

Eduard Fraenkel

v. Meyer 3

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. XII.

CONTINENS

EURIPIDIS HELENAM, ALCESTIN, HERCULEM FURENTEM, PHOENISSAS.

EDD.

AUG. IUL. EDM. PFLUGK,

GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR,

ET

REINHOLDUS KLOTZ,

PHILOS. DR. ET PROFESSOR IN UNIV. LITT. LIPS., SEM. PHILOL. REG. ADIUNCTUS, SOCIETATIS GRAECAE SODALIS.

GOTHAE, MDCCCXLII.

SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.

(LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.)

EURIPIDIS
TRAGOEDIAE.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS INSTRUXIT

REINHOLDUS KLOTZ.

VOL. II. SECT. IV.

CONTINENS

PHOENISSAS.

GOTHAE, MDCCCXLII.

SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.

(LONDINI APUD BLACK ET ARMSTRONG.)

PRAEFATIO.

Euripidis Phoenissas, quam fabulam scimus iam olim in veterum criticorum reprehensiones incidisse, nostra quoque aetate videmus vituperari a multis, quod neque consilium, quo Euripides ipsum fabulae argumentum sibi sumpserit, probari queat, et in eo exsequendo singulos locos non ita tractaverit poeta, quemadmodum ipsi censeant tractandos fuisse. Et afferunt isti quidem aliquid, sed nequaquam tamen omnia vera, quae illi praecipiunt. Multa enim, quae in hac Euripidis fabula notata a criticis sunt aut etiam acerbe exagitata, ita videntur comparata esse, ut, si non purgari, at excusari saltem debeant: alia autem iniustam prorsus invenerunt vituperationem: nonnulla etiam in earum rerum explicatione atque existimatione posita sunt, quas hodie vix possumus inquirere atque investigare, nedum ita exaudire atque enucleare, ut certum de iis iudicium fieri possit.

Quae quum ita essent, in hac interpretatione Phoenissarum scholastica earum rerum rationem habendam minus putavi, praesertim quum re expertus intellexissem

imperitos puerorum animos iudicio nondum aliqua librorum lectione confirmato facile in deteriorem partem trahi et, quum leviora quaedam ac tenuiora iure vituperare didicissent, etiam ea, quae egregie facta essent, ocius contemnere et negligere. Qui autem iam magis confirmati animo, etiam aetate provectiores sunt, ii, quemadmodum optime agnoscunt quod pulcrum ac venustum est in veterum auctorum scriptis, sic sine annotatione nostra ipso prudenti magistro duce etiam illa facile iudicabunt, quae minus probari posse videantur. Et cum his quidem fortasse etiam ea communicari a praeceptoribus poterunt, quae Sam. Frider. Nath. Morus in Dissertatione de Euripidis Phoenissis, edita Lipsiae a. MDCCLXXI., et Godofr. Hermannus in praefatione huius fabulae Lipsiae a. MDCCCXL. editae disputaverunt. Quamquam hunc quidem virum summum multa acerbius dicere in Euripidem negare non possumus. Cuius disputationem, quum legimus, videtur vix digna fabula esse, quae denuo edatur hodie, nedum ut a iuventute sedulo legenda et cognoscenda esse videatur. Quod longe secus est. Nam quum discesseris ab illis, quae iure vituperari posse videantur, quae ipsa pauciora esse existimo, quam plerique critici statuerunt, haec fabula tam lautam habet rerum ac verborum copiam, tam aptas tamque utiles ad discendum sententias, tam egregias singulorum locorum continet descriptiones, tantam denique vim in hominum incorruptorum mentes exercet, ut mihi illa fabula ad interpretationem scholasticam vel accommodatissima esse videatur.

Omissa igitur ista neque utili valde et non necessaria disputatione id maxime operam dedi, ut ea, quae ab Euripide scripta essent, interpretarer potius atque explicarem, quam ostenderem, quemadmodum non scribenda fuissent, ea autem, quae ab Euripide scripta non essent, non

valde desiderarem. Fit enim, nescio quomodo, ut in hoc maxime genere aliud probetur ab alio. Neque vero, dum utili verborum explicatione ac iucundiore etiam moris veteris atque universae antiquitatis demonstratione retinerem puerorum animos, ad steriles de metris melicis disputationes, quas multi sine maiore fructu etiam in scholis suscipiunt, vocandos putavi, quia de plerisque locis ita inter se dissentiunt grammatici, ut non solum alius ab alio, verum plerique etiam a se ipsi desciscant, quod alio tempore aliud solent probare neque certas mutationum suarum rationes reddunt: tutius autem est ea docere iuventutem, quae certam in se habent rationem firmiusque aliquanto fundamentum, quam illa, de quibus neque consentiunt docti neque unquam consentient.

Sperabam igitur in hoc quoque genere, si ea, quae certiora esse viderentur, probarem ac reciperem, quae ambigua, annotarem, quae plane dubia atque obscura essent, relinquerem, me satisfacturum esse omnibus iis, qui rem recte existimarent.

Praeterea post ea, quae ad Herculem Euripidis a. MDCCCXL. editam et ad novam Medeae editionem hoc ipso anno disputavi, de universa ratione mea, quam in adornanda hac Euripidearum fabularum editione inivi, nihil habeo dicere. Illud restat, ut commemorem me in annotatione ad Medeae v. 526. p. 62., quum dicerem de verbi κυρνοῖς significatione, in eo erravisse, quod pronuntiavi videri mihi Aristophanem in Ranis v. 1004 seq. eum ipsum Euripidis locum descripsisse, quod secus esse ex ipso Aristophanis loco, si eum diligentius consideramus, necesse est intelligi. In extrema autem annotatione ad Argumentum Phoenissarum p. 12. non recte verba: *ἐν τῷ δευτέρῳ*, ad ordinem fabularum retuli, quum pertinerent ad alteram partem fabulae. Tum ad eius-

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΙΟΚΑΣΤΗ.
ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΧΟΡΟΣ ΦΟΙΝΙΣΣΩΝ ΠΑΡΘΕΝΩΝ.
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ΕΤΕΟΚΛΗΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΜΕΝΟΙΚΕΥΣ.
ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΕΤΕΡΟΣ ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Προλογίζει δὲ ἡ Ἰοκάστη.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ[1]).

Ἐτεοκλῆς παραλαβὼν τὴν τῶν Θηβῶν βασιλείαν ἀποστερεῖ τοῦ μέρους τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Πολυνείκην· φυγὰς δ' ἐκεῖνος εἰς Ἄργος παραγενόμενος ἔγημε τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως Ἀδράστου. κατελθεῖν δὲ εἰς τὴν πατρίδα φιλοτιμούμενος, πείσας τὸν πενθερὸν[2]) συνήθροισεν ἀξιόχρεων στρατὸν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ εἰς Θήβας ἐλήλυθεν[3]). ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ Ἰοκάστη ἔπεισεν αὐτὸν ὑπόσπονδον ἐλθεῖν εἰς τὴν πόλιν καὶ διαλεχθῆναι πρότερον τῷ ἀδελφῷ περὶ τῆς ἀρχῆς· δεινοπροσωπήσαντος[4])

---

1) Habent hoc primum argumentum praeter editiones inde ab Aldo omnes plerique libri, uti Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 33. 56. 59. 76. Guelph. Mosqu. D. Taur. Aug. Havn. Quod argumentum quum in aliis libris aliis verbis conceptum legeretur, ego in eo constituendo, ut in tenui causa nec magnopere cura digna, Aug. Matthiae potissimum secutus sum.

2) *πείσας τὸν πενθερόν*, quod haec verba aptius cum illis verbis, quae ad participium *φιλοτιμούμενος* pertinent, coniuncta non sunt, omisi ego librorum Florr. Guelph. Mosqu. auctoritate *καί* particulam, qua vulgo ea verba connectuntur cum antecedentibus. Haec est enim loci sententia: Quod Polynices reverti in patriam concupiverat, persuasit (de ea re) socero atque exercitum satis magnum collegit etc.

3) Verba *κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ εἰς Θήβας ἐλήλυθεν*, quia omissa sunt in multis libris, in aliis autem varie leguntur, uncis circumdedit A. Matthiae. Fortasse e libris Florr. Guelph. Mosqu. simpliciter scribendum est: *συνήθροισεν ἀξιόχρεων στρατὸν ἐπὶ τὰς Θήβας*, omissis reliquis verbis.

4) Verbum *δεινοπροσωπεῖν*, quod ex hoc uno loco affertur a lexicographis, recte iam H. Stephanus ita interpretatus est: atrocem vultum prae se ferre. Atrox autem is est, qui non solum in alterius sententiam concedere non vult, verum etiam malum minatur alteri. Quod revera fecit Eteocles.

1*

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΙΟΚΑΣΤΗ.
ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΧΟΡΟΣ ΦΟΙΝΙΣΣΩΝ ΠΑΡΘΕΝΩΝ.
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ΕΤΕΟΚΛΗΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΜΕΝΟΙΚΕΥΣ.
ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΕΤΕΡΟΣ ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Προλογίζει δὲ ἡ Ἰοκάστη.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ[1]).

Ἐτεοκλῆς παραλαβὼν τὴν τῶν Θηβῶν βασιλείαν ἀποστερεῖ τοῦ μέρους τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Πολυνείκην· φυγὰς δ' ἐκεῖνος εἰς Ἄργος παραγενόμενος ἔγημε τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως Ἀδράστου. κατελθεῖν δὲ εἰς τὴν πατρίδα φιλοτιμούμενος, πείσας τὸν πενθερὸν[2]) συνήθροισεν ἀξιόχρεων στρατὸν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ εἰς Θήβας ἐλήλυθεν[3]). ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ Ἰοκάστη ἔπεισεν αὐτὸν ὑπόσπονδον ἐλθεῖν εἰς τὴν πόλιν καὶ διαλεχθῆναι πρότερον τῷ ἀδελφῷ περὶ τῆς ἀρχῆς· δεινοπροσωπήσαντος[4])

---

1) Habent hoc primum argumentum praeter editiones inde ab Aldo omnes plerique libri, uti Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 33. 56. 59. 76. Guelph. Mosqu. D. Taur. Aug. Havn. Quod argumentum quum in aliis libris aliis verbis conceptum legeretur, ego in eo constituendo, ut in tenui causa nec magnopere cura digna, Aug. Matthiae potissimum secutus sum.

2) *πείσας τὸν πενθερόν*, quod haec verba aptius cum illis verbis, quae ad participium *φιλοτιμούμενος* pertinent, coniuncta non sunt, omisi ego librorum Florr. Guelph. Mosqu. auctoritate *καί* particulam, qua vulgo ea verba connectuntur cum antecedentibus. Haec est enim loci sententia: Quod Polynices reverti in patriam concupiverat, persuasit (de ea re) socero atque exercitum satis magnum collegit etc.

3) Verba *κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ εἰς Θήβας ἐλήλυθεν*, quia omissa sunt in multis libris, in aliis autem varie leguntur, uncis circumdedit A. Matthiae. Fortasse e libris Florr. Guelph. Mosqq. simpliciter scribendum est: *συνήθροισεν ἀξιόχρεων στρατὸν ἐπὶ τὰς Θήβας*, omissis reliquis verbis.

4) Verbum *δεινοπροσωπεῖν*, quod ex hoc uno loco affertur a lexicographis, recte iam H. Stephanus ita interpretatus est: atrocem vultum prae se ferre. Atrox autem is est, qui non solum in alterius sententiam concedere non vult, verum etiam malum minatur alteri. Quod revera fecit Eteocles.

δὲ ὑπὸ τῆς τυραννίδος τοῦ Ἐτεοκλέους, ἡ μὲν Ἰοκάστη τὰ τέκνα εἰς φιλίαν συναγαγεῖν οὐκ ἠδύνατο· Πολυνείκης δὲ ὡς πρὸς πολέμιον λοιπὸν παραταξάμενος [5]) ἀνεχώρησε τῆς πόλεως. ἔχρησε δὲ ὁ Τειρεσίας νικήσειν τοὺς ἐκ τῆς πόλεως, ἐὰν ὁ παῖς Κρέοντος Μενοικεὺς σφάγιον Ἄρει γένηται. ὁ μὲν οὖν Κρέων ἠρνήσατο ἐπιδοῦναι τῇ πόλει τὸν παῖδα· ὁ δὲ νεανίσκος ἐβούλετο, καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ φυγὴν μετὰ χρημάτων διδόντος, ἑαυτὸν ἀπέσφαξε. Θηβαῖοι δὲ τοὺς ἡγεμόνας τῶν Ἀργείων ἔσφαξαν [6]). Ἐτεοκλῆς δὲ καὶ Πολυνείκης μονομαχήσαντες ἀνεῖλον ἀλλήλους. ἡ μὲν οὖν μήτηρ αὐτῶν νεκροὺς εὑροῦσα [7]) τοὺς υἱοὺς κατέσφαξεν ἑαυτήν· ὁ δὲ ταύτης ἀδελφὸς Κρέων παρέλαβε τὴν δυναστείαν. οἱ δὲ Ἀργεῖοι τῇ μάχῃ ἡττηθέντες ἀνεχώρησαν. Κρέων δὲ δυςχερῶς φέρων, τοὺς μὲν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ τῶν πολεμίων πεσόντας οὐκ ἔδωκεν εἰς ταφήν, Πολυνείκην δὲ ἀκήδευτον ἔρριψεν, Οἰδίπουν δὲ φυγάδα τῆς πατρίδος ἀπέπεμψεν, ἐφ' ὧν μὲν οὐ φυλάξας τὸν ἀνθρώπινον νόμον, ἐφ' ὧν δὲ τὴν ὀργὴν λογοποιήσας [8]), οὐδὲ παρὰ τὴν δυςτυχίαν ἐλεήσας.

ΚΑΙ ΑΛΛΩΣ [9]).

Περιπαθεῖς ἄγαν αἱ Φοίνισσαι τῇ τραγῳδίᾳ· ἀπώλετο γὰρ ὁ Κρέοντος υἱὸς ἀπὸ τοῦ τείχους ὑπὲρ τῆς πό-

---

5) ὡς παρὰ πολέμιον λοιπὸν παραταξάμενος. Sic recte nuper edidit G. Hermannus. Libri partim ὡς πρὸς πολέμιον παραταξάμενος, partim ὡς πρὸς πόλεμον λοιπὸν παραταξάμενος, alii etiam multi omittunt verba: ὡς πρ. πολ. λ. A. Matthiae πρὸς πόλεμον retinuerat. Quod autem G. H. Schaeferus optavit παραταξόμενος, opus non est. Vide Euripidis Medeam v. 780 seqq.: παῖδας δὲ μεῖναι τοὺς ἐμοὺς αἰτήσομαι; Οὐχ ὡς λιποῦσα πολεμίας ἐπὶ χθονὸς Ἐχθροῖσι παῖδας τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι. cum nostra annotatione et Pflugkii p. 85. ed. II.

6) ἔσφαξαν. Sic libri noti. Brunckius, fortasse e cod. Reg., edidit ἔκτειναν, quem secutus est Porsonus. G. Hermannus scripsit ἔτρεψαν. Nihil causae est, quamobrem mutetur librorum scriptura.

7) νεκροὺς εὑροῦσα. Sic pro vulgato εὑροῦσα νεκροὺς scripsi e libris Florr. Guelph. Mosqu.

8) τὴν ὀργὴν λογοποιήσας est proprie iram pro ratione habens, id est, irae obediens.

9) Quae subieci veterum grammaticorum iudicia, iam inde ab Aldo vulgata, ea in multis etiam libris habentur, uti in Flor. 33. Taur. Havn. Aug. prius, posterius in Flor. 10. Taur. Havn.

λέως ἀποθανών· ἀπέθανον δὲ καὶ οἱ δύο ἀδελφοὶ ὑπ᾽ ἀλλήλων· καὶ Ἰοκάστη ἡ μήτηρ αὐτῶν ἑαυτὴν ἀνεῖλεν ἐπὶ τοῖς παισί. καὶ οἱ ἐπὶ Θήβας στρατευόμενοι Ἀργεῖοι ἀπώλοντο, καὶ ἄταφος ὁ Πολυνείκης πρόκειται, καὶ ὁ Οἰδίπους τῆς πατρίδος ἐκβάλλεται, καὶ σὺν αὐτῷ ἡ θυγάτηρ Ἀντιγόνη. ἔστι δὲ τὸ δρᾶμα καὶ πολυπρόσωπον καὶ γνωμῶν πολλῶν μεστόν τε καὶ καλῶν[10]. Ὁ χορὸς[11]) ἐκ τῶν Φοινισσῶν παρθένων, ὅθεν καὶ τὸ δρᾶμα ἐπεκλήθη, τῶν ἐκ τῆς Παλαιτύρου.

ΚΑῚ ΑΛΛΩΣ.

Ἔστι μὲν ταῖς σκηνικαῖς ὄψεσι καλὸν τὸ δρᾶμα, ἐπεὶ καὶ παραπληρωματικόν[12]· ἥ τε ἀπὸ τῶν τειχέων Ἀντιγόνη θεωροῦσα μέρος οὐκ ἔστι δράματος, καὶ ὑπόσπονδος Πολυνείκης οὐδενὸς ἕνεκα παραγίνεται, ὅ τε ἐπὶ πᾶσι μετ᾽ ᾠδῆς ἀδολέσχου φυγαδευόμενος ὁ Οἰδίπους[13] προσέρριπται διὰ κενοῦ.

ΑΛΛΗ ΥΠΟΘΕΣΙΣ[14].

Ἁρπασθείσης Εὐρώπης ὑπὸ Διὸς γενομένου ταύρου, καὶ μετακομισθείσης ἀπὸ Φοινίκης διὰ θαλάττης εἰς Κρήτην, ὁ μὲν πατὴρ αὐτῆς Ἀγήνωρ ἔπεμψε τὸν υἱὸν Κάδμον ἐπὶ ζήτησιν τῆς κόρης, εἰπών, εἰ μὴ ταύτην εὑρὼν

10) Sic libri ab A. Matthiae collati. Barnesius et Brunckius: *γνωμῶν πολλῶν καὶ καλῶν μεστόν*. G. Hermannus: *γνωμῶν πολλῶν μεστὸν καὶ καλῶν*, nescio, unde.

11) *Ὁ χορὸς κτέ.* Haec omittit cod. Havn. Valckenarius et Brunckius uncis circumdederunt.

12) Quod ante verba: *ἐπεὶ καὶ παραπληρωματικόν*, Brunckius et Hermannus lacunae signa posuerunt, annoto nihil mihi hinc excidisse videri. Hoc dicit criticus: Est haec fabula scenicis ornamentis pulcherrima, quia etiam complementa multa habet, id est, eiusmodi scenas, quae, cum ipsa fabula quum aptius non cohaereant, non accesserunt nisi ornatus causa. Concisa haec oratio et maxime Aristotelis propria in tali critico non offendet.

13) Probo quidem *ὅ τε* in antecedentibus verbis, sed tamen articulum ante *Οἰδίπους* repetitum non repudio. Saepe enim quum antiquiores, tum scriptores posterioris aetatis articulum in eiusmodi locis repetitum habent. Vide quae dixi in praef. ad Euripidis Herc. fur. p. X. ed. Pflugk.

14) Hoc argumentum primus e cod. Guelpherbytano edidit A. Matthiae, resectis oraculo et aenigmate Sphingis, quae vulgo his subiecta legebantur, et eadem in hoc ipso argumento pleniore habentur.

ἄξοι, μηδ' ἂν [15]) αὐτὸν ἐπανελθεῖν οἴκαδε. Κάδμος δὲ οὐκ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειε [16]), μόνην ἔφυω τῆς ἀπορίας λύσιν καταφυγεῖν εἰς Ἀπόλλω κἀκ τούτου γνῶναι τί δεῖ ποιεῖν. ἐλθὼν οὖν εἰς Δελφοὺς ἤρετο τοῦτον περὶ τῆς ἀδελφῆς [17]): καὶ ὃς χρᾷ μὲν οὐδὲν αὐτῷ περὶ τῆς Εὐρώπης, λέγει δὲ ὡς ἐξελθόντα ἐκεῖθεν, ἀκολουθήσαντα βοΐ, οἷ ἂν αὕτη γε πέσῃ, κἀκεῖ κτίζειν πόλιν. ὁ δὲ πεισθεὶς τῷ χρησμῷ τὴν μὲν πρὸς τὴν πατρίδα ἐπάνοδον εἴασε, βοῦν δὲ κατὰ τύχην εὑρὼν ἡγεμόνα τῆς ὁδοῦ ἐποιήσατο. ἐλθούσης δὲ αὐτῆς ἐν ᾧ νῦν ἑστήκασι τόπῳ αἱ Θῆβαι, κἀκεῖ παραχρῆμα πεσούσης, ἔγνω τε οὗτος τὸν χρησμὸν τελεσφόρον, καὶ πόλιν ἑπτάπυλον κτίζει τὰς Θήβας ὁμωνύμους τῶν ἑκατονταπύλων Αἰγυπτίων Θηβῶν, χρησάμενος ἐπιστήμονι τῆς οἰκοδομῆς καὶ ἐργάτῃ Ἀμφίονι τῷ μουσικῷ· τοῦτον γάρ φασιν ἀνακρουόμενον μέλος θέλγειν τε τῷ μέλει τοὺς λίθους, καὶ ἀλληλαλλήλως αὐτῶν τιθεμένων ἀποδεῖξαι τὰ τείχη· πύλας δὲ ἔχειν τὴν πόλιν ἑπτά, ἐπειδὴ καὶ οἱ τῆς λύρας τόνοι ἑπτά εἰσι. καὶ τὸ μὲν μυθῶδες τοιοῦτον· πέπλασται δὲ διὰ τὸ ἄκρως ἡρμόσθαι τὰ τείχη πρὸς ἄλληλα. ἡ γὰρ ἁρμονία μουσικῆς ἴδιον.

Κάδμος οὖν, γήμας τῆς Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως παῖδα Ἁρμονίαν, ἐγέννησε Πολύδωρον, ὁ δὲ Λάβδακον, ὁ δὲ Λάϊον. οὗτος [18]) ἀφικόμενός ποτε εἰς Ἦλιν καὶ τὸν τοῦ Πέλοπος υἱὸν Χρύσιππον ἰδών, ὃς ἦν ἐξ ἄλλης αὐτῷ γυναικὸς καὶ οὐκ ἐκ τῆς θυγατρὸς Οἰνομάου Ἱπποδαμείας,

---

15) ἂν omittendum censuit L. Dindorfius. Sed recte potuit hoc dici etiam per conditionem.

16) ὅ τι καὶ δράσειε cod. Guelph. habet et non erat factum nisi negligentia, quod in ed. pr. καὶ omissum erat. Vide A. Matth. Vol. VI. p. 272.

17) Verba ἐλθὼν οὖν — περὶ τῆς ἀδελφῆς incuria omiserat A. Matthiae. Reprehendit ipse in annotatione l. l.

18) Eandem narrationem attulit A. Matthiae ex argumento in cod. Flor. 33. catalogo personarum subiecto: „Λάϊος ἀπὸ Θηβῶν παραγενόμενος κατὰ τὴν ὁδὸν ἐθεάσατο Χρύσιππον τὸν υἱὸν τοῦ Πέλοπος καὶ τοῦτον (cod. τοῦτο) ἐρασθεὶς ἠξίου αὐτὸν (cod. αὐτοῦ) παραγενέσθαι αὐτῷ (cod., ut videtur, αὐτῷ)· τοῦ δὲ (cod. τὸν δὲ) μὴ τοῦτο ποιῆσαι βουληθέντος, ἥρπασεν αὐτὸν ὁ Λάϊος λάθρα τοῦ ἑαυτοῦ πατρός. Ἐπειτα δὲ αὐτοῦ, θρηνοῦντος διὰ τὴν τοῦ παιδὸς ἀπώλειαν, ὕστερον ἔμαθε, καὶ μαθὼν κατηράσατο τῷ αὐτὸν ἀνελόντι μὴ παιδοποιῆσαι· εἰ δὲ τοῦτο γένηται, ὑπὸ τοῦ τικτομένου ἀναιρεθῆναι."

καὶ ἄλους τούτου κατάκρας τῷ ἔρωτι, ἁρπάσας εἰς Θήβας ἤνεγκε. καὶ συνῆν αὐτῷ τὰ ἐρωτικά, πρῶτος ἐν ἀνθρώποις τὴν ἀῤῥενοφθορίαν εὑρών, καθὼς δὴ καὶ ὁ Ζεὺς ἐν θεοῖς τὸν Γανυμήδην ἁρπάσας. ὁ δὲ Πέλοψ μαθὼν τοῦτο κατηράσατο Λαΐῳ μηδέποτε μὲν παῖδα τέκειν, εἰ δ' ἄρα καὶ συμβαίη, ὑπ' αὐτοῦ τοῦτον ἀναιρεθήσεσθαι. διὰ ταῦτα πολὺν ἤδη χρόνον ὁ Λάϊος ἄπαις ὢν παραγίνεται εἰς Πυθίαν καὶ παίδων αἰτεῖ γονήν. καὶ ἀκούει τοιόνδε χρησμόν·

Λάϊε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς[19]·
τέξεις μὲν φίλον υἱόν, ἀτὰρ τόδε σοι μόρος ἔσται[20]),
παιδὸς ἑοῦ χείρεσσι λιπεῖν βίον[21])· ὣς γὰρ ἔνευσε[22])
Ζεὺς Κρονίδης, Πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι[23]) πιθήσας,
οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν· ὁ δ' ηὔξατό σοι τάδε πάντα.

ὡντινων θεσπισμάτων τῇ τῆς γυναικὸς Ἰοκάστης ἐπιθυμίᾳ καὶ ἡδονῇ ὥςπερ ἐκλαθόμενος[24]) Λάϊος, ἤ, ὥς τινές φασι, μιᾷ τῶν ἡμερῶν βαρυνθεὶς τῷ οἴνῳ καὶ συνελθὼν

---

19) Vulgo post *αἰτεῖς* interrogationis signum positum est. Cod. Havn. punctum habet, quem secutus est G. Dindorfius. Equidem in eiusmodi locis colon idoneum esse puto ad distinguendam orationem, quod reposui. Praeterea commemoro hoc idem oraculum praemitti in libris etiam Oedipo regi Sophoclis.

20) Pro hoc versu, quem ita, ut lib. Guelph., exhibent etiam August. Havn. Taur., Flor. 59. et Aldina offerunt: *δώσω τοι φίλον υἱόν· ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστί*, qui versus vulgo legebatur in hoc oraculo, a Barnesio quidem interposito *σὲ* ante *πεπρωμένον ἐστί*.

21) *παιδὸς ἑοῦ χείρεσσι λιπεῖν βίον.* Sic cod. Guelph. August. Florr. Havn., quibus accedunt Leidd. Taur., nisi quod hi *χείρεσι* peccant. Vulgo inde ab Aldo edebatur: *σοῦ παιδὸς χείρεσσι λιπεῖν φάος*, unde mutatis reliquis verbis falso A. Matthiae *φάος* retinuerat.

22) *ὣς γὰρ ἔνευσε.* Sic Aldus, Guelph. Taur., *ὣς Ζεὺς ἔνευσε* Havn., *ὣς ἐπένευσε* Leidd., *ὣς γὰρ ἐπένευσε* Flor.

23) *στυγεραῖς ἀραῖσι.* Sic Aldus, Guelph. Taur. *στυγεραῖς* om. Havn., *στυγεραῖσιν ἀραῖς* Flor.

24) G. Hermannus haec ita edidit: *ὥςπερ* * * *, ἐκλαθόμενος Λάϊος*, quasi auctoritas quaedam huius opinionis excidisset. Non credo auctorem huius argumenti hoc facere voluisse. Haec enim opinio communis erat, altera, quam deinceps commemoravit, a quibusdam tradita. *Ὥςπερ ἐκλαθόμενος* autem usitato more dicendi coniunctim dicuntur, ut *ὥςπερ* sit quasi. Conf. Xenophontis Disciplinam Cyri lib. IV. cap. 3. §. 3: *ὁ δὲ Κῦρος θεωρῶν τὰ τῶν Μήδων ἔργα καὶ Ὑρκανίων, ὥςπερ κατεμέμφετο αὐτὸν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κτέ.*, coll. cap. 1. §. 13.

τῇ αὐτοῦ γυναικὶ Οἰδίποδα σπείρει. καὶ μετὰ τὸ τεχθῆναι αὐτὸν ἀναπεμπάσας τοὺς χρησμοὺς καὶ φόβον λαβὼν, διατορήσας τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ χρυσέους κρίκους[25]) διαπερονησάμενος ῥίπτει διὰ τῶν οἰκείων βουκόλων εἰς τὸ ὄρος τὸν Κιθαιρῶνα, ὡς ὑπὸ θηρίων ἐνταῦθα ἀναιρεθησόμενον. ἔτυχε δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ τοὺς Πολύβου νομέας βασιλέως Κορίνθου βόσκειν ἐκεῖ· οἳ καὶ τὸ βρέφος εὑρόντες καὶ ἀνελόμενοι φέρουσι πρὸς τὴν Πολύβου γυναῖκα Μερόπην. ἦν γὰρ ἀπαιδίᾳ[26]) δυστυχοῦσα· καί πως πείθει τὸν ἄνδρα Πόλυβον αὐτὴ τοῦτο τεκεῖν. ἀνδρωθεὶς δὲ ὁ παῖς καί τινι τῶν ἐκεῖ συνελθὼν εἰς ἔριν, οἷα δὴ γίνεται, ὡς οὐκ εἴη Πολύβου παῖς ὄνειδος ἔσχε παρ' αὐτοῦ. ὅθεν ἀναστὰς ἀφικνεῖται πρὸς τὸν Ἀπόλλω πευσόμενος περὶ τούτου. καὶ ὡς ἔσται φονεὺς τοῦ πατρὸς μανθάνει καὶ ὡς τῇ τεκούσῃ συνέσοιτο, ταυτὶ μόνα· τίνες δὲ εἶεν αὐτῷ οἱ γονεῖς, σαφῶς οὐ μανθάνει. ἐπανιὼν δὲ ἐκεῖθεν ὑπήντησε Λαΐῳ, ἀφικνουμένῳ καὶ αὐτῷ πρὸς Ἀπόλλω, ἐφ' ᾧ περὶ τοῦ ἐκτεθέντος παιδὸς γνῶναι, εἰ τέθνηκε. καὶ ὁ τοῦ Λαΐου θεράπων αὐτῷ κελεύει μικρὸν ὑποχωρῆσαι τῷ βασιλεῖ. Οἰδίπους δὲ ὑπεροψίᾳ κρατούμενος καὶ τοῦτο μηδὲν ἐνεγκὼν κτείνει τε τὸν θεράποντα καὶ σὺν αὐτῷ τὸν δεσπότην, οὐκ εἰδώς, ὡς πατροκτόνος γέγονεν, ἑνὸς μόνου τῶν συνεπομένων Λαΐῳ διαφυγόντος, ὃς δὴ καὶ τὸν φόνον ὕστερον

---

25) Aug. Matthiae quum edidisset: *καὶ χρυσοῦς κρίκους διαπερονησάμενος*, in annotatione (Vol. VI. p. 272.) dixit cod. non *χρυσοῦς*, sed *χρυσέους κρίκους* sive *χρυσέοις κρίκοις* habere. Hinc tamen non recte quis faceret, si vellet dativum recipere. *διαπερονησάμενος* enim ad armillas rectius refertur, quod pedes iam perfossi fuisse dicuntur, ac sic etiam apud Dionysium Halicarn. in Antiqu. Rom. lib. IX. cap. 64. reponendum est e cod. Vaticano: *Ὁ ὕπατος — σαυνίου διὰ τοῦ θυρεοῦ διαπερονηθέντος τιτρώσκεται τὸν μηρόν*, pro vulgato: *σαυνίῳ — διαπερονηθείς*. De re recte animadvertit G. Hermannus ad huius fab. v. 26. scholiastas aureas fibulas, quibus Oedipus oculos sibi effodisset, quae commemorarentur v. 806., confudisse cum ferramentis, quibus Oedipi pedes perfossi erant infantis, cl. Schol. Hom. ad Iliad. II, 45. et Eustathio p. 650, 48.

26) Cod. *ἀπαιδίαν δυστυχοῦσα*. Id etiam si ferri poterat, quia posteriores scriptores saepe ad hoc verbum accusativum adiungunt, nolui tamen in re minuta nimium curiosus videri et *ἀπαιδίᾳ δυστυχοῦσα* auctore A. Matthiae retinui.

διεσάφησεν, ὥς φησι Σοφοκλῆς ἐν Οἰδίποδι τυράννῳ. τότε οὖν Οἰδίπους τοὺς τοῦ Λαΐου ἵππους λαβὼν καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ, καταλαμβάνει τὴν Κόρινθον, καὶ διδοὺς ταῦτα πάντα Πολύβῳ τροφὰς ἐκεῖθεν ἀναχωρεῖ, τὸν περὶ τῆς πατροκτονίας καὶ τῆς τῇ μητρὶ συνελεύσεως χρησμὸν δεδιώς· ᾤετο γὰρ πατέρας αὐτοῦ τῷ ὄντι Πόλυβον καὶ τὴν ἐκείνου γυναῖκα εἶναι. καὶ ἀφικνεῖται πρὸς Θήβας, αἳ δὴ καὶ ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς ἐχειμάζοντο τότε, χρησμούς τε ῥαψῳδούσης καὶ ὅντινα βούλοιτο τῶν πολιτῶν ἁρπαζούσης καὶ διαφθειρούσης, διὰ τὸ μὴ συνιέναι σφᾶς τῶν ὑπ' αὐτῆς λεγομένων χρησμῶν. ἐπήγαγε δὲ ταύτην ὁ Ἄρης Θηβαίοις, ἀμυνόμενος αὐτοὺς διὰ τὸν τοῦ παιδὸς δράκοντος φόνον, ὃν ὁ Κάδμος ἀνεῖλε καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ ἔσπειρεν, ἐξ ὧν ἀνεφάνησαν οἱ Γίγαντες. ἦν δὲ τέρας ἡ Σφὶγξ πρόςωπον μὲν ἔχουσα παρθένου, στῆθος δὲ καὶ χεῖρας καὶ πόδας καὶ ὄνυχας λέοντος, οὐραίαν δὲ δράκοντος, πτερὰ δὲ ὄρνιθος, δι' ὧν ἵπτατο. ἔτυχε δὲ τοῦτο εἰποῦσα τοιοῦτό τι [27]) τοῖς Θηβαίοις τότε αἴνιγμα [28]), ὡς Ἀσκληπιάδης ἀναγράφει·

---

27) Aptius haec verba inter se coniuncta sunt. Hinc recte *καί*, quod A. Matthiae de suo ante *τοιοῦτό τι* posuerat, nunc repudiatum est.

28) Hoc Sphingis aenigma, quod item Sophoclis Oedipo regi in libris praemitti solet, posuit etiam Scholiasta ad huius fab. v. 50., tum Athenaeus lib. X. p. 456. B. et Tzetzes ad Lycophr. v. 7., omnes Asclepiadem auctorem secuti. Asclepiades enim Tragilensis, Isocratis discipulus, sex voluminibus tragoediarum argumenta (*τὰ τραγῳδούμενα*) persecutus erat, ut tradidit Stephanus Byzantius s. v. *Τράγιλος* p. 281, 13. ed. Westerm. Quartum huius operis volumen commemorat Harpocration s. v. *δυςαύλης*. Praeter Harpocrationem, qui etiam s. v. *Μελανίππειον* illius scriptoris mentionem facit, et Stephanum etiam Apollodorus II, 1, 3. III, 1, 2., Plutarchus in Vitis dec. orat. p. 837. C. Athenaeus l. l., Hesychius s. v. *ῥησίαρχος*, ac potissimum scholiastae et grammatici veteres Asclepiadem saepe pro auctore afferunt, qui, quum haud raro etiam ipsos poetarum locos pro testimoniis posuisset, a multis falso poeta habitus est, ut ab Heynio ad Apollod. lib. II. cap. 1. §. 3. p. 977. ed. princ. Scriptorum fragmenta collegit I. X. Werferus in Actis philol. Monac. Vol. II. fasc. 4. p. 489 seqq. Vide etiam G. I. Vossium de historicis Graecis p. 158 seq. ed. Westerm. — De hoc aenigmate autem eiusque solutione omnino conferantur ea, quae docte commentatus est Fr. Iacobsius ad Anthol. Gr. Vol. III. P. II. p. 550 seqq. Nam habetur hoc aenigma etiam in Anthol. Palat. Vol. II. p. 564.

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς καὶ τετράπον[29]), οὗ μία φωνή, καὶ τρίπον· ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν ἑρπετὰ κινεῖται[30]) ἀνά[31]) τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον. ἀλλ' ὁπόταν πλεόνεσσιν ἐρειδόμενον ποσὶ βαίνῃ, ἔνθα μένος γυίοισιν ἀφαυρότερον πέλει αὐτοῦ· οὗπερ ἀγνοουμένου ἐκήρυξε Κρέων ὁ ἀδελφὸς Ἰοκάστης τῆς βασιλίσσης, ὡς, ὅςτις εὕροι τὸ αἴνιγμα, τούτῳ συνάψειν τὴν ἀδελφήν. Οἰδίπους δέ, ὡς ἔφημεν, διάγων ἐκεῖ τότε, ἀκούσας τὰ κηρύγματα λύει τε τὸ αἴνιγμα τῆς Σφιγγὸς καὶ τὴν μητέρα οὐκ εἰδὼς εἰς γυναῖκα λαμβάνει. ἔλυσε δὲ οὕτως[32]), ὥς φασι·

Κλῦθι καὶ οὐκ ἐθέλουσα, κακόπτερε Μοῦσα θανόντων,
 φωνῆς ἡμετέρης, σὸν τέλος ἀμπλακίης.
ἄνθρωπον κατέλεξας, ὅς, ἡνίκα γαῖαν ἐφέρπει,
 πρῶτον ἔφυ τετράπους νήπιος ἐκ λαγόνων·
γηραλέος δὲ πέλων τρίτατον πόδα βάκτρον ἐρείδει,
 αὐχένα φορτίζων, γήραϊ καμπτόμενος.

ἀκούσασα δὲ τὴν λύσιν ἡ Σφὶγξ ἑαυτὴν ἀναιρεῖ παραχρῆμα ῥίψασα τοῦ ἀέρος. Οἰδίπους δὲ συνὼν τῇ μητρὶ καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς φύσας τέσσαρας, ἄῤῥενας μὲν Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην, θηλείας δὲ Ἀντιγόνην καὶ Ἰσμήνην, ὡς ἔγνω τὸ μίασμα ὕστερον, ἐτύφλωσεν ἑαυτόν. Ἐτεοκλῆς δὲ καὶ

29) *τετράπον* et versu seq. *τρίπον*. Hae formae poetarum propriae recte ex aliquot libris repositae sunt, quamquam multi quidem libri habent *τετράπουν* et *τρίπουν*, quae formae a metro repudiantur h. l.

30) *ἑρπετὰ κινεῖται* edidit Aldus, quem h. l. critici secuti sunt. Sed libri aut *γίνεται* habent, ut Guelph. Schol. Taur., aut *γίνηται*, ut apud Tzetz. et in Anth. Palat. scriptum est, aut *γίνονται*, ut in Flor. Havn., ap. Athen., aut *γείνονται*, ut Taur. in arg. et libri Athenaei. De hac et reliqua varietate lectionis vide A. Matthiae Vol. VI. p. 273.

31) Mirum, ni fuerit: *κατά τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον*.

32) Hanc aenigmatis solutionem primus edidit Gale e schol. ined. Aeschyli ad Apollod. p. 67. Emendavit deinde Valckenarius ad schol. ad v. 50. Habent enim praeter cod. Guelph. h. l. etiam libri Aug. Leid. Taur. in schol. hos versus. Aliud solutionis exemplum posuit Barnesius e Thebaicis in hunc modum:

Ἄνθρωπον δ' ἀνέφηνε τόδ' ἔμμεναι, ὃς κατὰ πρώτην
νηπιέην βαθμοῦ πειρώμενος οἶμον ἐρέσσει
τετράβατον, χείρεσσιν ὁμοῦ καὶ γούνασιν ἕρπων·
πλειότερον δὲ λαβὼν μελέων σθένος, ὀρθὸς ὁδεύει
ταρσοῖς ἀσφαλέεσσι· μαλὼν δ' ἐπὶ γῆρας ἀβληχρὸν
βάκτρῳ σκιμπτόμενος τρίπλουν πόδα νωθρὸς ἐπείγει.

Πολυνείκην, ἐθέλοντες πως ἀφανίσαι τὸ ὄνειδος, κατακλείσασθαι αὐτὸν ἐν οἰκίσκῳ, ἵν' ὑπὸ μηδενὸς θεωρούμενος εἰς λήθην ἥξοι τὸ κατ' ἐκεῖνον. καὶ ὃς τοῦτο ὑπεραλγήσας ἀρᾶται τούτοις τὴν βασιλείαν σιδήρῳ μερίσαι. οἱ δὲ τὰς τοῦ πατρὸς ἀρὰς δεδιότες μηχανῶνται τοιόνδε· ἔχεσθαι τῆς ἀρχῆς ἕνα παρ' ἕνα καὶ ταύτης παραχωρεῖν θατέρῳ θάτερον. ὁ τοίνυν Ἐτεοκλῆς, ἅτε πρῶτος ὢν τοῦ ἀδελφοῦ[33]), καὶ πρῶτος τῆς ἀρχῆς ἥψατο, Πολυνείκης δὲ ὑπεχώρησε, καὶ τελεσθέντος ἐνιαυτοῦ ἀφίκετο πρὸς τὸν ἀδελφόν, αἰτῶν καὶ αὐτὸς ἄρξειν ἐνιαυτόν. Ἐτεοκλῆς δὲ οὔτε[34]) ἐξέστη τῆς ἀρχῆς καὶ ἄτιμον τὸν ἀδελφὸν ἀπέπεμψεν, ὃς καὶ πλανώμενος ἦλθεν εἰς Ἄργος, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως Ἀδράστου λαβὼν θυγατέρα πείθει τὸν κηδεστὴν συνάρασθαι τούτῳ πρὸς τὴν τῆς βασιλείας ἀνάληψιν· καὶ πλείστην ὅσην παραλαβὼν στρατιὰν ἐπιστρατεύει τῷ ἀδελφῷ. ὅπως δὲ ἡ μήτηρ ἐθέλουσα πρὸ τῆς συμπλοκῆς διαλλάξαι τοὺς παῖδας οὐδὲν ἴσχυσε, καὶ ὡς ἔχρησε Τειρεσίας, εἰ ὁ Κρέοντος υἱὸς Μενοικεὺς ἀνέλοι ἑαυτὸν ἐπὶ τὸν τοῦ δράκοντος φωλεόν, κρατήσειν Ἀργείων Θηβαίους, καὶ ὡς γέγονε ταῦτα, καὶ οἱ τῶν Ἀργείων ἡγεμόνες πεπτώκασι πάντες πλὴν Ἀδράστου, καὶ ὡς μονομαχήσαντες πρὸς ἀλλήλους Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης ὑπ' ἀλλήλων ἑκάτεροι ἀνῃρέθησαν, καὶ ὡς ἐλθοῦσα πρὸς αὐτοὺς Ἰοκάστη καὶ τεθνηκότας εὑροῦσα συναπέσφαξεν ἑαυτήν, καὶ ὡς Κρέων ἁψάμενος τῆς ἀρχῆς Ἐτεοκλῆν μὲν θάπτει, Πολυνείκην δὲ ἄταφον εἴασε, καὶ Οἰδίπουν τῆς πόλεως ἐξήλασε, πάντα ταῦτα Εὐριπίδης ἔνδον κατὰ λεπτὸν διηγεῖται.

Ἔστι δὲ τὸ παρὸν δρᾶμα τῶν ἄγαν ἐξαιρέτων, διανοίαις καὶ γνώμαις πολλαῖς καὶ καλαῖς καὶ ποικίλαις ἀν-

---

33) τοῦ ἀδελφοῦ. Quod Lud. Dindorfius scribendum proposuit: ἅτε πρῶτος ὢν τῶν ἀδελφῶν, recepit Guilielmus frater: id multo est deterius, quam libri Guelph. scriptura, quod turbat concinnitatem orationis. Πρῶτος ὢν τοῦ ἀδελφοῦ dicitur eodem modo, quo πρωτεύων τοῦ ἀδελφοῦ. Hanc constructionem iam Homerus praeivit Iliados lib. XIII. v. 502: *Αἰνείας δὲ πρῶτος ἀκόντισεν Ἰδομενῆος.* et maxime posteriores scriptores frequentarunt.

34) Huic οὔτε in sequentibus καί respondet, constructione non inusitata antiquiore tempore, usitatissima autem apud posteriores. Vide quae dixi ad Devarium Vol. II. p. 714.

θεῶν καὶ μεταχειρίσαι ἀρίστη, καὶ διὰ πάντων ἐπαινετέον, εἰ καὶ ἀπίθανον ἔχει τὴν εἰς Θήβας Πολυνείκους ἔφοδον. ἐπιγέγραπται δὲ ἀπὸ τοῦ χοροῦ *Εὐριπίδου Φοίνισσαι* παρ' ἀντιδιαστολὴν τῶν *ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας Αἰσχύλου*. ταύτῃ γὰρ τῇ ὑποθέσει κἀκεῖνος χρῆται ἐν τῷ δευτέρῳ[35]. αὐτὰς δὲ τὰς παρθένους ἐκ Φοινίκης Ἀγηνορίδαι θυσίαν τῷ Ἀπόλλωνι ἔπεμψαν, αἵτινες καὶ πρὸς Δελφοὺς ἐρχόμεναι παρέβαλον ταῖς Θήβαις διὰ τὸ καὶ τὸν Κάδμον, ὡς ἔφημεν, ἐκ Φοινίκης εἶναι. καὶ καταλαβόντος τοῦ πολέμου ἠναγκάσθησαν μένειν αὐτόθι, μέχρις ἂν ἡ μάχη λωφήσῃ.

35) ἐν τῷ δευτέρῳ, scil. δράματι, ex eo ordine, qui etiam nunc recte in editionibus Aeschyli obtinetur.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν

v. 1—6. Habent hoc mortales, ut in deploranda calamitate non tam ipsam rem spectent, sed primam potius malorum causam accusent, unde quasi fati necessitate mala, in quibus iam versentur, profecta sint. Itaque quum saepe alias talia leguntur apud Euripidem, tum in Medeae exordio nutrix Argus navis aedificationem lamentatur, ut ad infelices dominae nuptias descendat, et hoc loco Iocasta ab ea luce, qua olim Cadmus Thebas pervenisset, initium fecit deplorandarum calamitatum, quibus nunc eius posteri conflictentur. Vide Schol. ad v. 4. Vol. V. p. 4. ed. Matth. Versibus Latinis expressit hoc exordium Accius in Phoenissis suis, quas ad exemplum Euripidearum composuit, in hunc modum: Sol, qui micantem candido curru atque equis Flammam citatis fervido ardore explicas, Quianam tam adverso augurio et inimico omine Thebis radiatum lumen ostendis tuum? Vide Priscianum de versibus comicis p. 1325 seq. ed. Putsch. et Apuleium in Floridis II, 10. p. 348. ed. Elmenhorst.

v. 1. Ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδόν] Pertinere hoc ad signiferum orbem, per quem sol veloci curru volvatur, annotarunt et ad h. l. Scholiastae et Eustathius ad Hom. Iliad. lib. IV. p. 446. extrema, qui: Εὐριπίδης, inquit, τὸν ἥλιον τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνειν ἔφη ὁδόν, διὰ τῶν ζῳδίων οὕτω κίνησιν φράζων. Ἄστρα autem h. l. esse τοὺς οἴκους τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου, coll. Arati Phaenom. v. 542 seqq., docet Scholiasta. Ἄστρον enim, quod est Latine astrum, sic differt ab ἀστήρ, stella, ut nostra Gestirn et Stern inter se discrepant. Est enim astrum e pluribus stellis constans, quum ἀστήρ singularem stellam significet; coll. Suidas v. ἀστήρ. Quod autem hunc ipsum locum dicuntur imitati esse et ipse Euripides in epigram-

καὶ χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις
Ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα,
ὡς δυστυχῆ Θήβαισι τῇ τόθ' ἡμέρᾳ
ἀκτῖν' ἐφῆκας, Κάδμος ἡνίκ' ἦλθε γῆν

v. 3. *εἱλίσσων* formam propter metrum necessariam multi nunc libri comprobarunt, Flor. omnes, Taur. Havn., tum Aristides Tom. I. p. 279. Iebb. Tuetur hanc formam etiam Moschopulus ad Hesiodi *ἔργ. καὶ ἡμέρ.* v. 412. p. 220 seq. ed. Gaisf. scribens: *ὃς καὶ θοαῖς ἵπποις εἱλίσσει τὴν ἑαυτοῦ φλόγα παρ' Εὐριπίδῃ.* Neque multum abhorret Mosqu. D. *εἱλήσσων* scribens. Olim *ἑλίσσων* legebatur, quam verbi formam, quod erat solutae orationis magis propria, habent etiam quaedam grammaticorum citationes, veluti Macrobii Saturnal. lib. I. c. 17.

v. 5. Quod in extremo hoc versu in vett. edd. et cod. Aug. d. Havn. adscriptum legitur *θεῶν*, id recte existimavit G. Hermannus natum esse e glossemate *Θηβῶν*, quod olim ad vocem *γῆν τήνδε* adiectum fuisset.

mate, quod est apud Athenaeum lib. II. p. 61. B: *Ὦ τὸν ἀγήραντον πόλον αἰθέρος Ἥλιε τέμνων, Ἆρ' εἶδες τοιόνδ' ὄμματι πρόσθε πάθος;* et Theodectes tragicus in Bellerophonte apud Stobaeum tit. X. p. 126, 46 (p. 67. Grot.): *Ὦ καλλιφεγγῆ λαμπάδ' εἱλίσσων φλογὸς Ἥλιε, ποθεινὸν πᾶσιν ἀνθρώποις σέλας, Εἶδές τιν' ἄλλον πώποτ' εἰς οὕτω μέγαν Ἐλθόντ' ἀγῶνα καὶ δυσέκφευκτον κρίσιν;* tum Seneca in Hercule furente v. 592 seqq.: O lucis alme rector et coeli decus, Qui alterna curru spatia flammifero ambiens, Illustre laetis exseris terris caput, Da, Phoebe, veniam, si quid illicitum tui Videre vultus, horum oratio, in simili causa occupata, necessario similia usurpavit verba ac fortasse etiam Theodectes et Seneca aliquem colorem suae orationi ab Euripidis sumserunt; sed tamen nullo modo haec imitatio dicenda est, ut mirer Barnesium cautum interpretem in Valckenarii sententiam h. l. concessisse.

v. 1. 2. *Ὦ τὴν ἐν ἄστροις — ἐμβεβὼς δίφροις*] Antiqua apud Scholiastam fama commemoratur, esse a Sophocle Euripidem notatum, quod hi duo versus praemisisset, ab Euripide autem Sophoclem, quod in Electrae initio verba: *Ὦ τοῦ στρατηγήσαντος ἐν Τροίᾳ ποτέ*, voci *Ἀγαμέμνονος παῖ* praeposuisset. Recte G. Hermannus ad Soph. Electr. v. 1., qui prior alterum notasset, eum cavillatum esse ait meruisseque, ut par pari referretur. Utrumque enim exordium omissis illis versibus exile et imperfectum videri.

v. 3. *θοαῖς ἵπποισιν*] Quod dicit Scholiastes *λείπει ἡ σύν, ἵν' ᾖ σὺν θοαῖς ἵπποισι*, falsum est, etsi nuper scholiastae annotatio explicandi causa repetita a quodam interprete est. Nam multo aliud dicit poeta, quod simplicem dativum posuit, quo vim, qua illud efficeret Sol, significaret. Cf. Rost. §. 106, 1. a. cum ann. p. 517 seq. Tum Scholiasta de his ipsis equis: *τέσσαρες δὲ εἰσί, Κρόνος, Αἴθων, Ἀστραπή, Βροντή, ἄλλοι δὲ φασίν, ὡς δύο, Λάμπων καὶ Φαέθων.* Corrigit

τήνδ' ἐκλιπὼν Φοίνισσαν ἐναλίαν χθόνα·
ὃς παῖδα γήμας Κύπριδος Ἁρμονίαν ποτὲ
Πολύδωρον ἐξέφυσε, τοῦ δὲ Λάβδακον
φῦναι λέγουσιν, ἐκ δὲ τοῦδε Λάϊον.
ἐγὼ δὲ παῖς μὲν κλῄζομαι Μενοικέως,

v. 6. **ἐναλίαν** formam confirmant multi libri. Pauciores habent **εἰναλίαν**, quam verbi formam recte statuerunt grammatici non usurpari a tragicis nisi in carminibus melicis. Vide Dawesii Misc. crit. p. 196. interpp. ad h. l. et ad Euripidis Hec. v. 39.

v. 10. *μὲν* om. Harl. Flor. 33. Aug. d., quod factum est propterea, quia, quum in antiquis libris usitato more scriptum esset *κλήιζομαι*, id grammatici *κληΐζομαι* potius, ut in Harl. Aug. b. d. Havn. Flor. 2. 34. vett. edd. revera scriptum legitur, quo fit, ut versus una syllaba redundet, quam *κλῄζομαι* pronuntiandum putaverunt, quod in Guelph. Flor. reliquis, Victor. habetur et recte inde a Barnesio editum est. Respondet huic *μέν* non *τὲ* post *Κρέων*, sed *δέ* post *καλοῦσι*, oppositis inter se, ut saepe alias, genere et nomine.

Valckenarius *Ἠῷος, Αἴθοψ* vel etiam *Αἴθων κτέ.* In his nominibus et ipsi auctores et codices saepe inter se discrepant. Praeter Hyginum, quem excitavit Valckenarius, fab. CLXXXIII: Eous — Aethops — funales sunt mares: feminae iugariae, Bronte — Sterope etc., compara Fulgentium lib. I. c. 11. et Mythographos nuper ab Angelo Maio Romae repertos I. num. 113. II. num. 21. III. num. 8. §. 6. (p. 202, 31. ed. Bod.), quibus constanter hi equi Erythraeus, Aethon, Lampos, Philogeos dicuntur. Vide annot. Bodii Vol. II. p. 38. 80.

v. 5 seq. *ἦλθε γῆν τήνδ'*] Vide annot. ad Medeae v. 7. p. 14. ed. II.

v. 6. *ἐκλιπὼν Φοίνισσαν ἐναλίαν χθόνα*] Hoc, si sententiam spectas, plane idem est atque illud, quod infra v. 204. in simili causa dicitur: *Φοινίσσας ἀπὸ νάσου. Φοίνισσαν* enim *ἐναλίαν χθόνα* dicit Euripides eam insulam, in qua Tyrus urbs condita erat. Cf. Steph. Byzant. s. v. *Τύρος*, p. 286, 24 seqq. ed. Westerm. Etenim quod voluit Tib. Hemsterhusius ad Luciani Iud. vocal. p. 87., qui intelligenter de universo hoc loco explicavit, *χθόνα* de ipsa urbe dici, non satis subtiliter disputavit. Nam ubicunque *χθών, χώρα, γῆ* de aliqua urbe dicitur, semper adhaerescit etiam quaedam territorii significatio et finium, qui ad eam civitatem pertineant.

v. 7 seq. *ὃς παῖδα γήμας Κύπριδος Ἁρμονίαν κτέ.*] V. tab. genealogicam XI. a. post Apollodorum Heynii. Quod autem iam antiquo tempore vitio verterunt Euripidi, quod singula huius generis non satis accurate persecutus esset, laudandus potius est Euripides, quod et ea, quae alieniora erant ab hac ipsa fabula, praetermisit et illa, quae in hac ipsa fabula deinceps explicatius dicuntur, reliquit. Recte poetam de ea re iam purgavit Scholiasta ad h. l. — *Κύπριδος Ἁρμονίαν.* De parentibus Harmoniae, de quibus non consentiunt scriptores, copiosius disputavit Scholiasta ad h. l., veteres auctores Dercylum, Ephorum Cumanum, Demagoram Samium memorans, quorum primus Thebani Dracontis filiam eam dixit

Κρέων τ' ἀδελφὸς μητρὸς ἐκ μιᾶς ἔφυ·
καλοῦσι δ' Ἰοκάστην με, τοῦτο γὰρ πατὴρ
ἔθετο, καλεῖ δὲ Λάϊός μ'· ἐπεὶ δ' ἄπαις

v. 11. *μητρὸς ἐκ μιᾶς ἔφυ*] Sic Flor. 5. 34. Aug. b, Havn. ipsis literis scriptum exhibent. Quod quum olim per compendium scriptum esset *μρός*, de quo compendio praeter Valckenarium ad h. l. vide annot. crit. ad Medeae v. 99. p. 24, in quosdam libros venit *ματρὸς ἐκ μιᾶς*, quod Aldus edidit et reliqui ante Valckenarium, in Flor. 2. *μιᾶς ἐκ ματρός*. Ab aliis librariis etiam audacius, obliterato fortasse compendio *μρος*, quasi legeretur *γρος*, scriptum est: *ἐκ μιᾶς γαστρὸς ἔφυ*, uti in cod. Flor. 33, et Harl. Scilicet meminerant librarii formulae non minus usitatae *ἐκ γαστρὸς μιᾶς φῦναι*. Hinc tamen non debebant G. Burgesius et A. Matthiae scribere: *γαστρὸς ἐκ μιᾶς ἔφυ*. Neque enim leve deteriorum duorum librorum indicium anteferendum erat optimorum et plurimorum librorum luculento testimonio neque depravanda Euripidei sermonis elegantia formula ad hunc locum minime idonea. Nam etsi Homerus Iliad. lib. XXIV. v. 496. Priamum dicentem facit: *ἐννεακαίδεκα μέν μοι ἰῆς ἐκ νηδύος ἦσαν*, tamen hoc loco tum demum vera esset illa formula, si aut invidiosa esset oratio, aut res omnino in maiorem modum exaggeranda videretur. Hanc causam facile agnoscimus in Homeri

fuisse, alter Electrae, Atlantis filiae, ultimus Electrae et Iovis. Apollodorus lib. III. cap. 4. §. 2. eam ait Martem et Venerem habuisse parentes. Vide Eustath. ad Perieg. 391. Munk. ad Hygini fab. VI. Heynium ad Apollodori l. l.

v. 11. *μητρὸς ἐκ μιᾶς ἔφυ*] Vide annot. criticam.

v. 12. *καλοῦσι δ' Ἰοκάστην με*· Ἀσφαλίζεται τὴν ὀνομασίαν τῆς ἡρωΐνης, ἐπεὶ οἱ παλαιότεροι Ἐπικάστην καλοῦσιν. Καὶ Ὅμηρος [Odyss. lib. XI. v. 271.]· Μητέρα δ' Οἰδιπόδαο ἴδον καλὴν Ἐπικάστην. SCHOLIASTA. Haec adeo causa fuit, quamobrem omnino vocem in persona Iocastae adiiceret: *τοῦτο γὰρ πατὴρ ἔθετο*, qua illa significaret hoc verum nomen esse, quippe sibi ab ipso patre inditum parvae. In hac autem voce permirum est alios *ὄνομα* supplendum dixisse, G. H. Schaeferum autem *καλεῖν* simplicius, quum nihil prorsus omissum sit. *Τοῦτο* enim sic respicit ad *Ἰοκάστην*, quod in antecedentibus legitur, ut, quoniam non ipsa persona, quae necesse est efferatur genere feminino, spectatur, sed tantum modo nomen Iocastae intelligitur, neutrum genus requiratur necessario, sed ut nihil tamen quasi omissum supplendum sit. Etenim ut dicimus *τὸ Ἰοκάστη*, non intellecto *ὀνόματος* verbo, si nomen *Ἰοκάστη* significamus, sic etiam *τοῦτο* refertur ad id, quod in superiore oratione habetur, *Ἰοκάστην*, sic, ut nullum constructionis adminiculum extrinsecus assumendum sit.

v. 14. *χρόνια*· Ἤγουν χρονίως, ἐπὶ πολλὴν παράτασιν χρόνου ἔχων τὴν μετ' ἐμοῦ συνοίκησιν ἐν τοῖς δώμασιν. SCHOLIASTA. Nempe eodem modo *χρόνια* hic dicitur, quo saepe Graeci scriptores ac maxime poetae adiectivo utuntur, ubi adverbium poni poterat. Simillimus huic loco est locus Sophoclis de Oedipo Colon. v. 441 seq.: *πόλις βίᾳ ἤλαυνέ μ' ἐκ γῆς χρό-*

ἦν, χρόνια λέκτρα τἄμ' ἔχων ἐν δώμασιν,
ἐλθὼν ἐρωτᾷ Φοῖβον, ἐξαιτεῖ θ' ἅμα
παίδων ἐς οἴκους ἀρσένων κοινωνίαν.

l. l.: invidiam licet videre in Theognidis versu, quo abusus est Burgessius, 299 seq: *Οὐδ' ἐθέλει φίλος εἶναι, ἐπὴν κακὸν ἀνδρὶ γένηται, Οὐδ' ἦν ἐκ γαστρός, Κύρνε, μιᾶς γεγόνῃ.* Horum nihil cadit in hunc locum, cui simplex oratio debetur; cf. infra v. 156: *ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματρὸς πολυπόνῳ μοίρᾳ;* et quem G. Hermannus attulit Sophoclis locum ex Antigona v. 144 seq.: *ὦ πατρὸς ἑνὸς μητρός τε μιᾶς φύντε κτέ.*

v. 16. Quod nonnulli libri deteriores pro *παίδων* offerunt *τέκνων*, id non minus repudiandum est, quam quod multi scriptores v. 18. contra Euripidis codices et Scholiastam Aristophanis ad Ranas v. 1209., qui uno consensu *τέκνων* ibi tuentur, offerunt *παίδων*, veluti Origenes c. Cels. II. p. 73. Schol. ad h. l. in cod. Taur. Aug. Schol. Pindari ad Olymp. II. v. 65., aut quod v. 18. Maximus Tyrius XIX, 5. *δαιμόνων ἄτερ* exhibet pro *δαιμόνων βίᾳ*, et v. 19. *εἰ γὰρ φυτεύσεις* vel *ἢν γὰρ φυτεύσῃς* pro *εἰ γὰρ τεκνώσεις*, aut quod v. 20. Origenes l. l. *δι' αἱμάτων* pro *δι' αἵματος* scriptum habet. Talia enim aut a festinantibus librariis aut ab ipsis scriptoribus, memoriae suae nimium confisis, saepe peccata sunt. Vide annot. crit. ad Medeae v. 1078. p. 108 seq.

νιον, quem locum rectius G. Hermannus interpretatus est quam P. Elmsleius, quod dixit in voce *χρόνιον* fere repeti quod v. 438. dictum erat *χρόνῳ*. Vide Rost. §. 100, 2. annot. p. 471 seq. ed. VI. Matth. Gr. Gr. ampl. §. 446, 8. p. 834. ed. II.

v. 15. *ἐλθὼν ἐρωτᾷ Φοῖβον*] Bene haec interpretatus est Scholiasta in cod. August. *Ἐρωτᾷ μέν*, inquit, *τῆς ἀπαιδίας τὴν αἰτίαν, αἰτεῖ δὲ τῆς ἀῤῥενογονίας τὴν εὐτυχίαν.* Rectissime autem verba: *ἐξαιτεῖ θ' ἅμα κτέ.* per *τὲ* particulam adiiciuntur, quod res ipsa iam constat per priora *ἐλθὼν ἐρωτᾷ Φοῖβον*, et illa verba non coniunguntur, sed annectuntur antecedentibus. Cf. Rost. §. 134, 5. b. β. p. 723. ed. VI. me ad Devar. Vol. II. p. 743 seq. ac mox v. 21. 23.

v. 16. *παίδων ἐς οἴκους ἀρσένων κοινωνίαν*] Iniuria Porsonus vituperavit Musgravium, quod is *κοινωνίαν* consuetudinem, *ὁμιλίαν*, interpretatus esset. Nam quod ipse ait hanc esse loci sententiam, ut ipse et ego communes liberos haberemus; ut ipse ex me liberos procrearet, non tamen eo ostendit, quid intelligendum esset *κοινωνία*, praesertim quum illi loci, quos attulit, potius in Musgravii, quam in rationem suam conveniant. Pertinet autem hoc loco *κοινωνία* aperte ad communitatem eam, quae in usu et consuetudine mariti et uxoris posita est, quod Musgravius per *ὁμιλίαν*, veteres Scholiastae per *συναυλίαν* — sic enim explicant — significare voluerunt. Efficitur hoc eiusmodi locis, quos in rem suam adhibuit Porsonus, veluti si Baccharum v. 1272. quaerenti Cadmo: *τίς οὖν ἐν οἴκοις παῖς ἐγένετο σῷ πόσει;* reddit Agave: *Πενθεύς, ἐμῇ τε καὶ πατρὸς κοινωνίᾳ.* Quod recte vertit Barnesius: Quis igitur filius tuo marito domi natus est? Pentheus, mea et patris consuetudine. Quamquam enim *κοινωνία* Graece

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς καὶ τετράπον[29]), οὗ μία φωνή,
καὶ τρίπον· ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
ἑρπετὰ κινεῖται[30]) ἀνά[31]) τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον.
ἀλλ' ὁπόταν πλεόνεσσιν ἐρειδόμενον ποσὶ βαίνῃ,
ἔνθα μένος γυίοισιν ἀφαυρότερον πέλει αὐτοῦ·

οὗπερ ἀγνοουμένου ἐκήρυξε Κρέων ὁ ἀδελφὸς Ἰοκάστης τῆς βασιλίσσης, ὡς, ὅστις εὕροι τὸ αἴνιγμα, τούτῳ συνάψειν τὴν ἀδελφήν. Οἰδίπους δέ, ὡς ἔφημεν, διάγων ἐκεῖ τότε, ἀκούσας τὰ κηρύγματα λύει τε τὸ αἴνιγμα τῆς Σφιγγὸς καὶ τὴν μητέρα οὐκ εἰδὼς εἰς γυναῖκα λαμβάνει. ἔλυσε δὲ οὕτως[32]), ὥς φασι·

Κλῦθι καὶ οὐκ ἐθέλουσα, κακόπτερε Μοῦσα θανόντων,
φωνῆς ἡμετέρης, σὸν τέλος ἀμπλακίης.
ἄνθρωπον κατέλεξας, ὅς, ἡνίκα γαῖαν ἐφέρπει,
πρῶτον ἔφυ τετράπους νήπιος ἐκ λαγόνων·
γηραλέος δὲ πέλων τρίτατον πόδα βάκτρον ἐρείδει,
αὐχένα φορτίζων, γήραϊ καμπτόμενος.

ἀκούσασα δὲ τὴν λύσιν ἡ Σφὶγξ ἑαυτὴν ἀναιρεῖ παραχρῆμα ῥίψασα τοῦ ἀέρος. Οἰδίπους δὲ συνὼν τῇ μητρὶ καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς φύσας τέσσαρας, ἄῤῥενας μὲν Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην, θηλείας δὲ Ἀντιγόνην καὶ Ἰσμήνην, ὡς ἔγνω τὸ μίασμα ὕστερον, ἐτύφλωσεν ἑαυτόν. Ἐτεοκλῆς δὲ καὶ

29) τετράπον et versu seq. τρίπον. Hae formae poetarum propriae recte ex aliquot libris repositae sunt, quamquam multi quidem libri habent τετράπουν et τρίπουν, quae formae a metro repudiantur h. l.

30) ἑρπετὰ κινεῖται edidit Aldus, quem h. l. critici secuti sunt. Sed libri aut γίνεται habent, ut Guelph. Schol. Taur., aut γίνηται, ut apud Tzetz. et in Anth. Palat. scriptum est, aut γίνονται, ut in Flor. Havn., ap. Athen., aut γείνονται, ut Taur. in arg. et libri Athenaei. De hac et reliqua varietate lectionis vide A. Matthiae Vol. VI. p. 273.

31) Mirum, ni fuerit: κατά τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον.

32) Hanc aenigmatis solutionem primus edidit Gale e schol. ined. Aeschyli ad Apollod. p. 67. Emendavit deinde Valckenarius ad schol. ad v. 50. Habent enim praeter cod. Guelph. h. l. etiam libri Aug. Leid. Taur. in schol. hos versus. Aliud solutionis exemplum posuit Barnesius e Thebaicis in hunc modum:

Ἄνθρωπον δ' ἀνέφηνε τόδ' ἔμμεναι, ὃς κατὰ πρώτην
νηπιέην βαθμοῦ πειρώμενος οἶμον ἐρέσσει
τετράβατον, χείρεσσιν ὁμοῦ καὶ γούνασιν ἕρπων·
πλειότερον δὲ λαβὼν μελέων σθένος, ὀρθὸς ὁδεύει
ταρσοῖς ἀσφαλέεσσι· μολὼν δ' ἐπὶ γῆρας ἀβληχρὸν
βάκτρῳ σκιμπτόμενος τριπλοῦν πόδα νωθρὸς ἐπείγει.

Πολυνείκην, φιλονείκως πως ἀφανίσαι τὸ ὄνειδος, κατακλείσαντες αὐτὸν ἐν οἰκίσκῳ, ἵν᾽ ὑπὸ μηδενὸς θεωρούμενος εἰς λήθην ἥκοι τὸ κατ᾽ ἐκείνου. καὶ ὃς τοῦτο ὑπεραλγήσας ἀρᾶται τούτοις τὴν βασιλείαν σιδήρῳ μερίσαι. οἱ δὲ τὰς τοῦ πατρὸς ἀρὰς δεδιότες μηχανῶνται τοιόνδε· ἔχεσθαι τῆς ἀρχῆς ἕνα παρ᾽ ἕνα καὶ ταύτης παραχωρεῖν θατέρῳ θάτερον. ὁ τοίνυν Ἐτεοκλῆς, ἅτε πρῶτος ὢν τοῦ ἀδελφοῦ[33]), καὶ πρῶτος τῆς ἀρχῆς ἥψατο, Πολυνείκης δὲ ὑπεχώρησε, καὶ τελεσθέντος ἐνιαυτοῦ ἀφίκετο πρὸς τὸν ἀδελφόν, αἰτῶν καὶ αὐτὸς ἄρξειν ἐνιαυτόν. Ἐτεοκλῆς δὲ οὔτε[34]) ἐξέστη τῆς ἀρχῆς καὶ ἀτίμως τὸν ἀδελφὸν ἀπέπεμψεν, ὃς καὶ πλανώμενος ἦλθεν εἰς Ἄργος, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως Ἀδράστου λαβὼν θυγατέρα πείθει τὸν κηδεστὴν συνάρασθαι τούτῳ πρὸς τὴν τῆς βασιλείας ἀνάληψιν· καὶ πλείστην ὅσην παραλαβὼν στρατιὰν ἐπιστρατεύει τῷ ἀδελφῷ. ὅπως δὲ ἡ μήτηρ ἐθέλουσα πρὸ τῆς συμπλοκῆς διαλλάξαι τοὺς παῖδας οὐδὲν ἴσχυσε, καὶ ὡς ἔχρησε Τειρεσίας, εἰ ὁ Κρέοντος υἱὸς Μενοικεὺς ἀνέλοι ἑαυτὸν ἐπὶ τὸν τοῦ δράκοντος φωλεόν, κρατήσειν Ἀργείων Θηβαίους, καὶ ὡς γέγονε ταῦτα, καὶ οἱ τῶν Ἀργείων ἡγεμόνες πεπτώκασι πάντες πλὴν Ἀδράστου, καὶ ὡς μονομαχήσαντες πρὸς ἀλλήλους Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης ὑπ᾽ ἀλλήλων ἑκάτεροι ἀνηρέθησαν, καὶ ὡς ἐλθοῦσα πρὸς αὐτοὺς Ἰοκάστη καὶ τεθνηκότας εὑροῦσα συναπέσφαξεν ἑαυτήν, καὶ ὡς Κρέων ἀψάμενος τῆς ἀρχῆς Ἐτεοκλῆν μὲν θάπτει, Πολυνείκην δὲ ἄταφον εἴασε, καὶ Οἰδίπουν τῆς πόλεως ἐξήλασε, πάντα ταῦτα Εὐριπίδης ἔνδον κατὰ λεπτὸν διηγεῖται.

Ἔστι δὲ τὸ παρὸν δρᾶμα τῶν ἄγαν ἐξαιρέτων, διανοίαις καὶ γνώμαις πολλαῖς καὶ καλαῖς καὶ ποικίλαις ἀν-

---

33) τοῦ ἀδελφοῦ. Quod Lud. Dindorfius scribendum proposuit: ἅτε πρῶτος ὢν τῶν ἀδελφῶν, recepit Guilielmus frater: id multo est deterius, quam libri Guelph. scriptura, quod turbat concinnitatem orationis. Πρῶτος ὢν τοῦ ἀδελφοῦ dicitur eodem modo, quo πρωτεύων τοῦ ἀδελφοῦ. Hanc constructionem iam Homerus praeivit Iliados lib. XIII. v. 502: Αἰνείας δὲ πρῶτος ἀκόντισεν Ἰδομενῆος. et maxime posteriores scriptores frequentarunt.

34) Huic οὔτε in sequentibus καί respondet, constructione non inusitata antiquiore tempore, usitatissima autem apud posteriores. Vide quae dixi ad Devarium Vol. II. p. 714.

σφυρῶν σιδηρᾶ κέντρα διαπείρας μέσον,
ὅθεν νιν Ἑλλὰς ὠνόμαζεν Οἰδίπουν.
Πόλυβου δέ νιν λαβόντες ἱπποβουκόλοι

v. 26. σφυρῶν σιδηρᾶ κέντρα διαπείρας μέσον] Sic omnes libri scriptum habent praeter Cantabrigiensem, qui habet μέσων pro μέσον. Id coniecerat Reiskius et nuper G. Hermannus, cod. Harl. pro Cantabrigiensi memorans, recepit. Quod etiam si ferri posset, quamquam μέσων male distractum esset a nomine suo σφυρῶν, tamen multo aptius id esse videtur, quod idem per libros unice probatur μέσον. Quod tamen non ita explicatum velim, ut A. Matthiae voluit, ut hoc esset κέντρα διαπείρας (διὰ) μέσον σφυρῶν aut (διὰ) μέσα σφυρὰ intelligendum, sed constructio σφυρῶν σιδηρᾶ κέντρα διαπείρας primum per se stat, neque alia est atque in Homeri Iliad. lib. XVI. v. 405: διὰ δ' αὐτοῦ πεῖρεν ὀδόντων, scil. ἔγχος, dein μέσον tamquam adverbialis notio accedit, quasi nostra lingua dicas: nachdem er durch die Knöchel eiserne Stachel gestofsen hatte mitten hindurch. Sic recte iam Scholiasta lib. Bar. 74. Guelph. Mosqu. D. grammaticam huius loci rationem enucleavit: Σφυρῶν· διὰ τῶν σφυρῶν, (ἤγουν add. Guelph.) τῶν ἀστραγάλων ἐλάσας κατὰ μέσον (κατὰ τὸ μέσον Bar. Mosqu.) σιδηρᾶ κέντρα. Scholia-

v. 26. σφυρῶν σιδηρᾶ κέντρα διαπείρας μέσον] De constructione horum verborum vide annotationem criticam.

v. 27. ὅθεν νιν Ἑλλὰς ὠνόμαζεν Οἰδίπουν] Hunc versum, quem tamquam subditicium excludi voluit Valckenarius, rectissime novissimi editores tutati sunt. Neque enim verba quidquam continent, quod ab Euripidis oratione abhorreat, et sententia ipsa eiusmodi est, ut hoc loco poni commode potuerit, praesertim quum ne Sophocles quidem in Oedipo rege v. 1036. Br. nominis Oedipodis explicatione abstinuerit: ὥστ' ὠνομάσθης ἐκ τύχης ταύτης, ὃς εἶ, ut Euripidi, qui magis etiam eiusmodi res consectatus est, nullo modo contra librorum omnium ac Scholiastae testimonium is versus eripi queat. Attulerunt ex eius Phrixo quod habetur apud Schol. ad huius fabulae v. 6: Κίλιξ, ἀφ' οὗ καὶ Κιλικία κικλήσκεται, Φοίνιξ θ', ὅθενπερ τοὔνομ' ἡ χώρα φέρει.

v. 28. ἱπποβουκόλοι] Βουκόλος proprie quidem boum pastor dicebatur, sed, ut fit, mox consuetudine loquendi omnes cuiuscunque pecoris pastores βουκόλοι dicti sunt. Hinc composuit Euripides ἱπποβουκόλον et Homerus dixit in Iliad. lib. XX. v. 221: Τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο, ubi vide quae Eustath. posuit p. 1281, 11., et Eupolis βουκολεῖσθαι αἶγας secundum Gloss. Sangerman., tum Aelianus de nat. anim. lib. XII. c. 44. p. 285, 29. ed. Iacobs. οἱ — βουκόλοι τῶν ἵππων, ad quem locum Fr. Iacobsius Vol. II. p. 487. attulit βουκολεῖσθαι ἵππον e Philostrati Heroic. 19. p. 750. et ἱπποκόμος τῶν καμήλων ex eiusdem Vit. Ap. II. 1. p. 19. Non male Scholiasta ad h. l. comparavit etiam Homericum illud: νέκταρ ἐῳνοχόει ex Iliad. lib. IV. v. 3.

v. 30. τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον] Quod verba ὠδίνων πόνος unam paene notionem efficiunt, adiectivum ὁ ἐμὸς non iam ad ὠδίνων adiunctum est, sed ad πόνος aut

φέρουσ' ἐς οἴκους εἴς τε δεσποίνης χέρας
ἔθηκαν. ἣ δὲ τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον
μαστοῖς ὑφεῖτο καὶ πόσιν πείθει τεκεῖν.

stes autem cod. Aug. et Taur., a quo explicatur: *διὰ μέσων τῶν σφυρῶν τὰ σιδηρᾶ κέντρα πείρας*, non tam singula verba, quam ipsam sententiam videtur spectavisse, ut non recte A. Matthiae suspicatus sit hunc in libro suo *μέσων* scriptum invenisse. De accusativo *μέσον* pro adverbio posito ne quis dubitet, apponam Homeri locum ex Odyss. lib. XIV. v. 299 seq.: *Ἡ δ' ἔθεεν Βορέῃ ἀνέμῳ ἀκραέϊ, καλῷ, Μέσσον ὑπὲρ Κρήτης.*

v. 27. Hic versus primus est, quem Valckenarius suppositum esse putavit. Defendit recte iam Porsonus. Vide annot. exeget.

v. 30. *τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον*] Sic Scholiasta scripta habet et explicat haec verba, tum Leid. A. Cant. C. K. L. Vict. Guelph. Florentini praeter 10. 33. omnes et edd. inde a Cantero. *τῶν ἐμῶν ὠδίνων πόνον* Leid. 2. Taur. Mosqu. D. Aug. b. c. Havn. *τὸν ἐμῶν ὠδίνων πόνον* Flor. 10. 33.

v. 31. *τεκεῖν*] Sic libri et Scholiastae. C. F. Nagelius in Actis Soc. Trai. IV. p. 296. sine idonea causa mutata omni sententia scribi vult *τρέφειν*. Vide explicationem.

potius coniunctam notionem *ὠδίνων πόνος*. Simillima attulit A. Matthiae ex Euripidis Andromacha v. 585: *οὑμὸς δέ γ' αὐτὴν ἔλαβε παῖς παιδὸς γέρας*, ad quem locum vide quae annotavit Pflugkius p. 54. ed. Goth, ex eiusdem Ione v. 1337. (v. 1352. ed. Herm.): *ὁρᾷς τόδ' ἄγγος χερὸς ὑπ' ἀγκάλαις ἐμαῖς;* tum Pindari Olymp. VIII. v. 55: *Πέργαμος ἀμφὶ τεαῖς, ἥρως, χερὸς ἐργασίαις ἁλίσκεται*, quo in loco, si discesseris ab alio Graecae orationis colore, *τεαῖς — χερὸς ἐργασίαις* est fere idem quod nostro sermone: durch deine Hand-Arbeiten. Cf. Matth. §. 446. 10. annot. 1. p. 835 seq. ed. II. — De re comparavit Valckenarius Iobi Graeci cap. 2. v. 9: *υἱοὶ καὶ θυγατέρες, ἐμῆς κοιλίας ὠδῖνες καὶ πόνοι κτέ.*

v. 31. *μαστοῖς ὑφεῖτο καὶ πόσιν πείθει τεκεῖν*] Mire hoc loco et veteres critici et recentiores argutati sunt. Ac primum quidem Scholiastae ad hunc ipsum locum explicare studuerunt, quamobrem Merope, Polybi uxor, Oedipum, quamvis mutilatum perforatis pedibus, pro suo venditare voluisset. Quibus facile responderi potest. Ista enim de perfossis pedibus narratio in gratiam nominis *Οἰδίπους* inventa est neque omnino in eius historia quidquam momenti habere videtur. Hinc non opus erat ab Euripide, praesertim in persona Iocastae, quae pulchrum puerum suum ut mater habebat, eius rei rationem reddi, quamobrem etiam sic Merope eum suscipere voluisset. Et hoc quidem loco nemo facile quaestionem de pedibus perforatis movebit, quum is puer etiam perfossis pedibus pulcher videri potuerit. Quamquam Euripides in alia fabula narrationem de mutilatis pedibus ita posuisse videtur, ut ad totam causam aliquid haberet, quod esset inconveniens, quia Aristophanes in Ranis v. 1192. ed. Dind. de ea causa reprehendit poetam nostrum. Quod autem mammas praebuisse dicitur puero Merope, consentu-

ἤδη δὲ πυρσαῖς γένυσιν ἐξανδρούμενος
παῖς οὑμός, ἢ γνοὺς ἤ τινος μαθὼν πάρα,
ἔστειχε τοὺς φύσαντας ἐκμαθεῖν θέλων
πρὸς δῶμα Φοίβου, Λάϊός θ' οὑμὸς πόσις

v. 34. *τοὺς φύσαντας*] Strabo XVI. p. 1105. C. *τοὺς τεκόντας*. Id non debebat arripere Valckenarius. Nam et Strabo in hoc nomine facile errare potuit et nihil causae est, quamobrem dici non possit *οἱ φύσαντες* eodem iure, quo *οἱ τεκόντες* de utroque parente. Nam patrem saepissime ab Euripide *τὸν φύσαντα* dici notum est. Praeter ea quae attulit Porsonus, Medeae v. 1059. et fragm. ex Inone apud Stob. XXXVIII. p. 140. (ap. Matth. num. X. Vol. IX. p. 200.), maxime huc facit locus Euripidis ex Ione v. 1580 seq. ed. Herm.: *Ὡς ἥδε τίκτει σ' ἐξ Ἀπόλλωνος πατρός, Δίδωσι δ' οἷς ἔδωκεν, οὐ φύσασί σε.* Nam quod dici potuit negative, potuit etiam affirmative. *τοὺς φυτεύσαντας* parentes dixit Sophocles Oed. Col. v. 1377. Br. alii.

v. 36. *μαστεύων μαθεῖν*] *μαστεύων ἰδεῖν* Cant. L. M., quattuor alii apud Burtonum, tum Flor. 6. 18. 21. 34., itemque cum var. lect. *μαθεῖν* Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. MS. Coll. Corp. Chr. Vulgo et in reliquis libris, quorum Harl. et Aug. d. *ἰδεῖν* pro var. lect. habent, legitur *μαστεύων μαθεῖν*. *ἰδεῖν* mihi primum e compendio *μ̃θεῖν* ortum videtur, tum autem ab iis librariis arreptum, qui Laii profectionem non ad oraculum referebant et, quum alibi formulam *ἰδεῖν εἰ* legissent, quam satis Graecam esse ostendit G.

neum est eam peperisse, sed quod peperisset non vixisse, aut, quum puellam peperisset, puerum maluisse eumque Polybo supposuisse. Quamquam illud probabilius est, quod peperisset non vixisse, quia nunquam illius infantis mentio fit, quae deberet fieri, si Merope suum partum removisset et pro eo Oedipum adoptasset. Nam quod G. Hermannus suspicatur, Meropen fortasse coram marito simulasse se mammam praebere infanti, quum non peperisset, id minus etiam probabile est. Sed quidquid id est, non multum facit ad hunc Euripidis locum, qui per sese, nisi de industria obscura quaeris, recte intelligi potest. Euripides enim sic rem narrat, quasi Merope pepererit et, quum id, quod peperisset, non viveret, Oedipum a mariti pastoribus ad se allatum susceperit maritoque persuaserit esse hunc puerum a se partu editum. Id quum nihil absurdi in se contineat, non potest reprehendi Euripides, quod sic ac non aliter rem finxerit. Et perderet potius causam, quam sustentaret, qui *τρέφειν* pro *τεκεῖν* scribi vellet. Nam id paene aegre fert Iocasta, quod aliena mulier ipsius puerum pro suo venditasset. Quod secus esset, si ut in alieno Merope Polybo persuasisset, ut nutriret.

v. 32. *πυρσαῖς γένυσιν*] Mentum rutilatum dicit propter rutilum nascentis barbae fulgorem. Explicat hunc locum Hesychius: *Πυρσαῖς γένυσιν· ταῖς ξανθαῖς θριξί.* Vide Theocriti Idyll. VI. v. 2: *ἦς δ' ὁ μὲν αὐτῶν Πυῤῥός, ὁ δ' ἡμιγένειος*, et quae ad eum locum habet Scholiasta, huius quoque loci mentionem faciens, tum Aeschyli Persas v. 316: *πυρσὴν ζαπληθῆ δάσκιον γενειάδα Ἔτεγγε*, infra v. 1160: *ἄρτι δ' οἰνωπὸν γένυν Καθηματωσεν.* Recte denique Valckenarius contulit Statii Theb. lib. IV. v. 335 seq.: Exspecta,

τὸν ἐκτεθέντα παῖδα μαστεύων μαθεῖν,
εἰ μηκέτ' εἴη. καὶ ξυνάπτετον πόδα
εἰς ταὐτὸν ἄμφω Φωκίδος σχιστῆς ὁδοῦ.

Hermannus allato e Sophoclis Aiace v. 6: Ὅπως ἴδῃς, Εἴτ' ἔνδον εἴτ' οὐκ ἔνδον, hoc ita recipiebant, quasi ille omnino ad explorandam hanc rem peregre profectus esset, id quod in hunc locum minime cadit. Erat enim Laius quoque sciscitatum oraculum Delphos profecturus. Sic recte Euripidis locum intellexit etiam Strabo XVI. p. 1105. C. (p. 762.), qui haec habet: Ὁ χρηστηριαζόμενος ἣν τότε πολὺς καὶ τρέχων εἰς μὲν Δωδώνην —, εἰς δὲ Δελφούς. τὸν ἐκτεθέντα παῖδα μαστεύων μαθεῖν, Εἰ μηκέτ' εἴη. Αὐτὸς δ' ὁ παῖς ἔστειχε τοὺς τεκόντας ἐκμαθεῖν θέλων πρὸς δῶμα Φοίβου., ab eoque aliquid testimonii peti potest etiam scripturae μαθεῖν. Nam etsi ille, ut modo in voc. τοὺς τεκόντας vidimus, errore hoc scribere poterat pro ἰδεῖν, mirum tamen esset eundem errorem in multos ac bonos Euripidis libros eodem modo pervenisse. Unus Bothius nuper ἰδεῖν iudicio suo comprobavit: ceteri critici cauti et circumspecti μαθεῖν veriti sunt deserere.

v. 38. ἄμφω] Sic libri omnes. Musgravius ἀμφί, iuxta, ut ipse interpretatus est, scribi maluit, quod recte ait G. Hermannus ne Graecum quidem esse. Vide explicationem.

dum maior honos, dum firmius aevum, Dum roseis venit umbra genis.

v. 33. ἢ γνοὺς ἤ τινος μαθὼν πάρα] aut per se e quibusdam indiciis cognitum hoc habens, se non esse Polybi filium ac Meropes, aut ab aliquo edoctus de ea re. Similiter in simili causa dicit Sophocles in Oedipo rege v. 714: Αὐτὸς ξυνειδὼς ἢ μαθὼν ἄλλου πάρα. De re videatur idem Sophocles in eadem fabula v. 779 seqq. Br., ubi narratur Oedipum inter pocula haec ab aliquo audivisse quasi maledictum, se patri suo suppositum esse.

v. 34. τοὺς φύσαντας ἐκμαθεῖν θέλων] Suspicatur Valckenarius haec ante oculos habuisse Pacuvium in Atalanta ap. Non. p. 495, 26. Merc.: Parentum incertum investigandum gratia. De verbis τοὺς φύσαντας vide annot. crit.

v. 35. Λάϊός θ' οὑμὸς πόσις] Recte Glossatores cod. Barocc. et Guelph. m. l. supplent: ἔστειχε πρὸς τὸ δῶμα τοῦ Φοίβου. Vide annotat. criticam ad v. 36.

v. 37. εἰ μηκέτ' εἴη] Dici etiam poterat: εἰ οὐκέτ' εἴη, sed μηκέτι dixit, quod veretur potius, ne uspiam ille sit.

v. 38. εἰς ταὐτὸν ἄμφω Φωκίδος σχιστῆς ὁδοῦ] Εἰς ταὐτὸν τῆς σχιστῆς ὁδοῦ τῆς Φωκίδος συνάπτουσι τὸν πόδα, ἤτοι συντυγχάνουσιν ἐπὶ τῆς σχιστῆς ὁδοῦ. Οὕτω δὲ καλεῖται, ἐπειδὴ σχίζει τὴν ἐπὶ Βοιωτίαν καὶ Θήβας καὶ Ἀττικὴν καὶ Κόρινθον ὁδόν. SCHOLIASTA. Ceterum argutatus est Musgravius in explicandis verbis εἰς ταὐτὸν — σχιστῆς ὁδοῦ. Est hoc, quasi Latine dicas: in hoc idem, quod efficitur per plures vias, quae conveniunt. Sic recte ad sententiam G. Hermannus: Εἰς ταὐτὸν σχιστῆς ὁδοῦ, inquit, nihil est aliud quam εἰς ταὐτόν, ὅ ἐστι τὴν

καί νιν κελεύει Λαΐου τροχηλάτης·
ὦ ξένε, τυράννοις ἐκποδὼν μεθίστασο.
ὁ δ᾽ εἷρπ᾽ ἄναυδος, μέγα φρονῶν. πῶλοι δέ νιν
χηλαῖς τένοντας ἐξεφοίνισσον ποδῶν.
ὅθεν, τί τἀκτὸς τῶν κακῶν με δεῖ λέγειν;

v. 40. ὦ ξένε] Sic Scholiasta et bona pars librorum, tum Diog. Laert. in Diogene Cyn. §. 55. Gregorius Nazianzenus Tom. II. p. 208. D. ὦ ξεῖνε Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 18. 21. 34. Vict. Aug. b. ξένιε Flor. 10. Commemoro haec propterea, ut appareat, quam parum librarii olim metrum curarint in his formis parilibus constituendis. Sic v. 1. multi ἐλίσσων pro εἱλίσσων habent, v. 30. τῶν ἐμῶν pro τὸν ἐμὸν, et quae sunt similia. Hinc iudicari poterit, quo iure nuper A. Seidlerus apud G. Hermannum infra v. 85. quod libri habent: δὸς δὲ ξύμβασιν τέκνοις transponendum potius putarit: ξύμβασιν δὲ δὸς τέκνοις, quam simpliciter σύμβασιν scribere. Hoc est enim in scirpo nodum quaerere.

v. 45. τροφεῖ] Sic libri. Valckenarii coniectura, minime necessaria, τροφεῖα versum pessumdat. Vide explicationem.

v. 47. Κρέων ἀδελφὸς] Sic omissa copula libri Bodlej. omnes, ambo codd. Reg. Societ. Mosqu. D. Florentini, Guelph., nisi quod in hoc inserta copula a librario est; tum Scholiasta in cod. Leid. et Guelph. m. 1.; ac sic ediderat iam Grotius, tum Kingius σχιστὴν ὁδόν, cl. Sophoclis Oed. rege v. 733: Φωκὶς μὲν ἡ γῆ κλῄζεται· σχιστὴ δ᾽ ὁδὸς Εἰς ταὐτὸ Δελφῶν κἀπὸ Δαυλίας ἄγει. Cf. Pausan. X, 5, 3. 4.

v. 39. καί νιν κελεύει Λαΐου τροχηλάτης] atque eum appellat auriga Laii. κελεύει non dicitur per ἀνακολουθίαν ita, ut deinceps oratio directa inferatur pro indirecta, in qua opinione videtur prior Scholiasta fuisse. Rectius Scholiasta alter: Εἰ δὲ ληφθείη τὸ κελεύει ἀντὶ τοῦ προστακτικῶς ἔφη πρὸς αὐτόν, σώζεται ὁ λόγος ἅπας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος.

v. 43. τί τἀκτὸς τῶν κακῶν με δεῖ λέγειν;] quid ea commemorem, quae alieniora sunt a malis meis? Uberius hunc locum tractavit Sophocles in Oedipo reg. v. 806 seqq. ed. Brunck., non tamen, ut ab Euripide Sophoclem de ea re carpi putem.

v. 44 seq. καὶ λαβὼν ὀχήματα Πολύβῳ τροφεῖ δίδωσιν] Narratur hoc, ut appareat Oedipum nunc quidem ad Apollinis oraculum non perrexisse iter, neque vero praedandi causa Laium occidisse. De eadem re Antimachus, quem commemorat Scholiasta, in Lyde cecinerat: Εἶπε δὲ φωνήσας· Πόλυβε, θρεπτήρια ταῦτα Ἵππους τοὶ δώσω δυσμενέων ἐλάσας. Quod autem Valckenarius hinc aliquid praesidii petit coniecturae suae: Πολύβῳ τροφεῖα δίδωσιν, qua versus evertitur, nihil est. Recte enim iam Porsonus annotavit Πολύβῳ τροφεῖ sic fere intelligendum esse, quasi alia orationis forma usus poeta dixisset: Πολύβῳ, ὅτι αὐτὸν ἔθρεψε. Etiam Hesychius, quem idem affert, in voce: Πολύβῳ τροφεῖ, quam ipse exponit: τῷ ἀναθρέψαντι Πολύβῳ, tuetur librorum scripturam. — Ceterum ὀχήματα de uno curru dici amplificandae orationis gratia, sicut paulo ante v. 40. τυράννοις de rege uno, iam

παῖς πατέρα καίνει, καὶ λαβὼν ὀχήματα
Πολύβῳ τροφεῖ δίδωσιν. ὡς δ' ἐπεζάρει
Σφὶγξ ἁρπαγαῖσι πόλιν, ἐμὸς τ' οὐκ ἦν πόσις,
Κρέων ἀδελφὸς τἀμὰ κηρύσσει λέχη,
ὅστις σοφῆς αἴνιγμα παρθένου μάθοι,

et plerique recentiores critici. *Κρέων δ' ἀδελφὸς* est in Flor. 2. Vict. Taur. Venet. a. b. *Κρέων ὁ ἀδελφὸς* in Flor. 21. Aldus et reliqui libri habent: *Κρέων τ' ἀδελφός*; hoc idem habuit et defendit Scholiasta in cod. Guelph. m. 2. Is enim ait ita retinendum esse τὲ post *Κρέων*, ut hinc tamen ordiatur apodosis et hoc τὲ deinceps excipiatur, mutata paulum constructione, a. δὲ particula, quae est post τυγχάνει. Sed haec constructio admodum impedita esset eo, quod legenti aut audienti non facile agnosci posset apodosis. Itaque et hanc rationem repudio et alteram, quam idem Scholiasta proposuit, ut post λέκτρα denique nascatur apodosis eaque per δὲ particulam introducatur. Haec enim constructio esset non minus molesta. Una relinquitur ratio, qua *Κρέων τ' ἀδελφὸς* defendas, si apodosin incipias iam a verbis *ἐμὸς τ' οὐκ ἦν πόσις* et huic enuntiationi hanc alteram subiicias: *Κρέων τ' ἀδελφὸς τἀμὰ κηρύσσει λέχη*. Sed quum libri plerique τὲ post *Κρέων* omittant, rectissime tamen illi fecerunt, qui, eiecta τὲ particula post *Κρέων*, in ea ipsa voce apodosin incipiebant, quos nos cum novissimis editoribus secuti sumus.

observavit Scholiasta: *'Οχήματα ἀντὶ τοῦ ὄχημα, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ* [Oed. reg. v. 763.]· *'Απήνη δ' ἦγε Λάϊον μία.*

v. 45 seq. *ὡς δ' ἐπεζάρει Σφὶγξ ἁρπαγαῖσι πόλιν*] „'Επεζάρει legitur etiam Rhes. v. 442. Arcadum est, teste Eustathio, qui cum ζέρεθρον, βάραθρον comparat ad Il. *Γ*. p. 381, 20. *M*. p. 909, 27. (288, 39. 871, 16.). Ζέλλω dixere iidem, ut videtur, pro βάλλω, ap. Hesych. et Etymolog. p. 408, 48." PORSON. Contra Scholiastae ad h. l. paene uno consensu ἐπιζαρεῖν deducunt ab ave rapaci, cui nomen ζαρὸς fuerit, ut Graecum ἐπιζαρεῖν Latino incubare respondeat. Sic sane Rhesi locus: *'Αλλ' οἷα πόντον Θρῄκιον φυσήματα Κρυσταλλόπηκτα Παίονάς τ' ἐπεζάρει κτέ.* simillimus est Virgiliano de Aeneidos lib. I. v. 93: Ponto nox incubat atra. Sed videtur tamen ficta haec res esse a grammaticis nihilque aliud ἐπιζαρεῖν significasse nisi ἐπιβαρεῖν, quod posteriores scriptores usurparunt, vel ἐπιβρίθειν, ut Euripides propter rei atrocitatem antiquam ac minus usitatam formam verbi posuerit, quae, dum Latino incubare responderet, in ore populi manserat, posteriore autem aetate in Arcadas exsulatum abierat.

v. 46. *Σφὶγξ· Τὴν Σφίγγα ἱστοροῦσι παρθένου μὲν ἔχειν πρόσωπον, χεῖρας δὲ καὶ πόδας λέοντος καὶ στῆθος, πτερὰ δὲ ὄρνιθος· λέγουσι δὲ καὶ θυγατέρα εἶναι Τυφῶνος καὶ 'Εχίδνης, ἄλλοι δὲ Χιμαίρας.* SCHOLIASTA. Posterius falsum est et a grammaticis tantummodo ex Hesiodi loco Theog. v. 326. perperam conclusum. V. Apollodorum lib. III. cap. 5. §. 8. et quae ad eum locum annotavit Heynius.

v. 47. *Κρέων ἀδελφὸς τἀμὰ κηρύσσει λέχη*] Haec verba absolutam sententiam per se efficiunt: Creon frater connubium meum praeconis vo-

τούτῳ ξυνάψειν λέκτρα. τυγχάνει δέ πως
αἴνιγμ' ἐμὸς παῖς Οἰδίπους Σφιγγὸς μαθών,
ὅθεν τύραννος τῆσδε γῆς καθίσταται,
καὶ σκῆπτρ' ἔπαθλα τῆσδε λαμβάνει χθονός·
γαμεῖ δὲ τὴν τεκοῦσαν οὐκ εἰδὼς τάλας,
οὐδ' ἡ τεκοῦσα παιδὶ συγκοιμωμένη.

v. 50. αἴνιγμ' ἐμὸς παῖς· Τινὲς γράφουσι· Μούσας ἐμὸς παῖς, ὃ καὶ βέλτιον. Μούσας δὲ φησὶ τὰ αἰνίγματα, διότι ἐμμελῶς προσεφέρετο τότε ἡ Σφίγξ. SCHOLIASTA in codd. Aug. Taur. Receperunt μούσας nuper F. H. Bothius et G. Hermannus. Id etsi dici quodammodo potuit etiam hoc loco ab Euripide, qui infra v. 814. venisse ait Sphinga ἀμουσοτάταισι σὺν ᾠδαῖς, ad quem locum Scholiasta: Ὠιδήν, inquit, κακόμουσον τὸ αἴνιγμά φησιν, et rursus v. 1035: Διρκαίων ἅ ποτ' ἐκ Τόπων νέους πεδαίρουσ' Ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν κτέ., ad quem locum rursus Scholiasta annotat μοῦσαν intelligi τὸ αἴνιγμα, tamen credo ego ab huius loci simplicitate, in quo Iocasta oratione non fucata quae ad intelligendam fabulam necessario sunt exponit, hunc abhorrere orationem. Ac potuerunt sane grammatici, ut ostentarent ingenium et eruditionem suam, quemadmodum nunc multi critici hoc idem faciunt, de suo talia in Euripidis orationem inferre. Sic paulo post ad v. 52. Scholiasta cod. Aug. similem coniecturam veterum criticorum affert. Retinui igitur constantem omnium librorum scripturam αἴνιγμ' ἐμὸς παῖς cum reliquis criticis.

v. 51. „Hunc versum, Valckenarii indicium secuti, deleverunt Brunckius, Beckius, Porsonus, uncis inclusit Matthiae. Poterat sane abesse: non est tamen, cur ferri nequeat, quum, etsi fere idem quod sequens versus continet, tamen ille rei magis declarandae inserviat. Quem enim magnopere offendat, si quis dicat: Ex quo rex factus est, datumque ei sceptrum praemii loco? Argutatur Valckenarius, quum etiam ei subiicit. Deinde his per epexegesin adiiciuntur quae sequuntur: ὅστις — μάθοι, τούτῳ ξυνάψειν λέκτρα, quo etiam minus repetita notio λέκτρα post λέχη offensioni esse poterit; vide ann. ad v. 22.

v. 52. καὶ σκῆπτρ' ἔπαθλα τῆσδε λαμβάνει χθονός] „Ἐπ' οὐδενὶ (nempe trium principum tragicorum) κεῖται τὸ ἔπαθλα, ἢ μόνῳ τῷ Εὐριπίδῃ· ὅθεν μεταγράφουσι τινές· τὸ δ' ἑξῆς· Καὶ σκῆπτρα χώρας τῆσδ' ὡς ἆθλα λαμβάνει. SCHOLIASTA cod. Aug. Nihil in eius verbis mutandum. Saepenumero enim factum est, ut in ordine verborum exponendo Scholiastae etiam aliis verbis explicandi causa uterentur. Ἔπαθλα, quod posteriores scriptores saepius usurparunt, nullam suspicionem movere poterit. Id alius Scholiasta etiam explicatius ita exponit: Ἔπαθλα· βραβεῖα τῆς εὑρέσεως τοῦ αἰνίγματος.

v. 54. οὐδ' ἡ τεκοῦσα παιδὶ συγκοιμωμένη] Est quoddam zeugma in his verbis. Neque enim oratio ita complenda est, quemadmodum in v. antecedente habetur, sed ex voce: γαμεῖ δὲ τὴν τεκοῦσαν οὐκ εἰδὼς τάλας, simpliciter repetendum est cogi-

τίκτω δὲ παῖδας παιδὶ δύο μὲν ἄρσενας,
Ἐτεοκλέα κλεινήν τε Πολυνείκους βίαν,
κόρας τε δισσάς· τὴν μὲν Ἰσμήνην πατὴρ
ὠνόμασε, τὴν δὲ πρόσθεν Ἀντιγόνην ἐγώ.
μαθὼν δὲ τἀμὰ λέκτρα μητρῴων γάμων
ὁ πάντ᾽ ἀνατλὰς Οἰδίπους παθήματα,

ὅθεν ad labefactandum versum adhibet." G. HERMANNUS.

v. 55. *δύο μὲν ἄρσενας*] *δύω* peccatur in Guelph. Flor. 6. 9. Aug. b. Tum *ἄρσενας* restituit primus Valckenarius e Leid. 1. (errat Matth. Leid. 2. memorans), eademque forma est in Barocciano et Flor. 34. Vulgo legebatur *ἄῤῥενας*. De Sophocle rem confecit Fr. Ellendt in Lexico Sophocleo Vol. I. p. 234. In Euripidis fabulis perpaucis locis libri inter *ἄρσην* et *ἄῤῥην* fluctuant, plerumque *ἄρσην* constanter offerunt.

v. 57. *κόρας δὲ δισσάς* scribendum coniecit Wakefieldus in Critical rev. Apr. 1801. p. 378., cui falso olim P. Elmsleius assensus erat in Classic. Iourn. Vol. XV. p. 205. Vide Orest. v. 22 seqq.: *ὦ παρθένοι μὲν τρεῖς ἔφυμεν ἐκ μιᾶς, Χρυσόθεμις Ἰφιγένειά τ᾽ Ἠλέκτρα τ᾽ ἐγώ, Ἄρσην τ᾽ Ὀρέστης κτέ.* Rost. §. 134. annot. 5. cc. p. 734 seq. ed. VI., tum nos ad Devarium Vol. II. p. 659 seq. Pflugk. ad Androm. v. 466. p. 47. ed. Goth.

v. 60. Hunc quoque versum repudiandum censuit Valckenarius, nulla idonea causa motus. Nam quod ait non iam istoc tempore haec de Oedipo praedicanda videri, facile apparet falli optimum virum. Tanta enim iam viderat mala, ut iam tunc dici posset *Ὁ πάντ᾽ ἀνατλὰς Οἰδίπους παθήματα.* Praeter librorum auctoritatem omnium etiam inde aliquid praesidii huic versui peti potest, quod multorum imitatione nobilitatus est, ut Gregorii Nazianzeni Tom. II. p. 251. D: *Ὁ πάντ᾽ ἀνατλὰς ἐν βίῳ παλαίσματα*, et Pseudo-Gregorii in Christo pat. v. 1494: *Ὦ πόλλ᾽ ἀνατλὰς μυρίοις αἰτήμασιν.*

tatione: *οὐδ᾽ ἡ τεκοῦσα εἰδυῖα ἦν παιδὶ συγκοιμωμένη.*

v. 55. *τίκτω δὲ παῖδας παιδί*] Est nota lex, quae in plerisque linguis obtinetur, ut verba ab una radice ducta aut ipsa vi sua inter se cognata etiam ita collocentur, ut eorum compositio magis appareat, sive oppositio in enuntiatione continetur, sive sine oppositione ea ponuntur. Sic hoc loco *τίκτω δὲ παῖδας παιδί* dicitur, ut id, quod contra opinionem est, magis appareat, et v. 44. dictum erat: *παῖς πατέρα καίνει*, eodem prorsus modo. Contra infra v. 82: *ὑπόσπονδον μολεῖν Ἔπεισα παιδὶ παῖδα*, potius quidam consensus rerum eo significari videtur, quod similia verba inter se excipiunt.

v. 56. *κλεινήν τε Πολυνείκους βίαν*] Haec periphrasis, si non propensiorem in Polynicem matris animum prodit, id quod G. H. Schaefero visum est, saltem studium matris regiam Polynicis auctoritatem agnoscendi ostendit. *Κλεινός* enim proprium vocabulum est de iis, qui imperium habent aut habere possunt; qua de re vide quae explicavi in praef. ad Euripidis Herc. fur. p. XV seq. ed. Goth.

v. 59. *τἀμὰ λέκτρα μητρῴων γάμων*] Quoniam *λέκτρα* iam ali-

εἰς ὄμμαθ᾽ αὐτοῦ δεινὸν ἐμβάλλει φόνον
χρυσηλάτοις πόρπαισιν αἱμάξας κόρας.
ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται,
κλήθροις ἔκρυψαν πατέρ᾽, ἵν᾽ ἀμνήμων τύχη
γένοιτο πολλῶν δεομένη σοφισμάτων.

v. 61. εἰς ὄμμαθ᾽ αὐτοῦ] Sic Scholiasta, Flor. 18. 21. 34. ὄμμαθ᾽ αὐτοῦ peccat Guelph. Reliqui libri et edd. vett. usque ad Barnesium εἰς ὄμματ᾽ αὐτοῦ, quod defendi quodammodo possit iis, quae explicavi in Quaestt. critt. lib. I. p. 95 seqq.

v. 64. κλήθροις] Sic primus edidit A. Matthiae e Flor. 33., cui accedunt Veneti a. b. apud G. Hermannum. Vulgo κλείθροις. Recte annotat Matthiae veteres grammaticos pronuntiationem Atticorum secutos videri, quod κλῆθρα potius quam κλεῖθρα scribendum putassent. Ipsos enim Atticos ΚΛΕΙΘΡΑ scripsisse.

V. 70. εὐχὰς θεοὶ κραίνωσιν] ἀρὰς Aldus et reliqui usque ad Valckenar. ediderunt, idque est in codd. Flor. 33. Havn. εὐχὰς habent reliqui codd. Florentini, Leidd. Flor. A. apud Valcken. Vict. Guelph. Mosqu. D., tum Moschopulus ad Hesiodi Ἔργ. καὶ ἡμ. v. 538. p. 267. ed. Gaisf. et Glossatores cod. Guelph. m. 1. Florr. 5. 6. 21. 56. 59. 76. Mosqu. D.: εὐχάς· τὰς κατ᾽ αὐτῶν quid de matrimonio significant, poterat sane simpliciter pergi: τὰ τῆς μητρός, ut voluit Scholiasta, sed non male tamen poeta fecit, quod paulo plenius rem descripsit eo, quod μητρῴων γάμων dixit, quia sic ea res, quae maximopere efferenda erat, magis apparet.

v. 61 seq. „Quod paucis, ut in prologo, tradit hic Euripides: Εἰς ὄμμαθ᾽ αὐτοῦ δεινὸν ἐμβάλλει φόνον χρυσηλάτοις πόρπαισιν αἱμάξας κόρας, plenius expresserat in Oedipo priore Sophocles v. 1279 seqq., quem Seneca sequitur in Oed. v. 962 seqq. In re simili Laberius apud Gellium N. A. X, 17: Aciem effodit luminis. Ovidius XIII. Metam. v. 561: Digitos in — lumina condit, Expilatque (sic Mss.) genas oculis — Immergitque manus. Lucanus VI, 541: Immergitque manus oculis, gaudetque gelatos Effodisse orbes. Euripidea Barthius adhibuit ad Stat. Theb. I. v. 71." VALCKENARIUS. Ceterum Euripides in Oedipo Laii servos Oedipum luminibus privantes fecerat, in quam rem attulit Scholiasta ad h. l. ex Euripidis fabula hos versus: Ἡμεῖς δὲ Πολύβου παῖδ᾽ ἐρείσαντες πέδῳ Ἐξομματοῦμεν καὶ διόλλυμεν κόρας.

v. 63. ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται] Adhibuit ad hunc locum explicandum Porsonus Statii versum e Theb. IV, 336., quem supra ad v. 32. alia de causa posuimus.

v. 64 seq. ἵν᾽ ἀμνήμων τύχη γένοιτο κτἑ.] Ἵνα τὸ κατ᾽ αὐτὸν ἐλεεινὸν δρᾶμα εἰς λήθην ἔλθῃ, δυσαπόνιπτον δοκοῦν καὶ πολλῆς δεόμενον μηχανῆς εἰς τὸ λαθεῖν, κρύπτουσι μὲν αὐτὸν ἐντὸς τοῦ οἴκου, ἵνα μηδενὸς ὁρῶντος τῷ χρόνῳ ἀμνήμων ἡ συμφορὰ γένηται. SCHOL.

v. 66. πρὸς δὲ τῆς τύχης νοσῶν] Universam calamitatem Euripides causam istarum dirarum facit. Singularem quandam occasionem istarum precum malarum memorat Athenaeus lib. XI. p. 465. E. F. de poculo, scriptorem Thebaidos cyclicae auctorem afferens, aliam, similem tamen, Scholiasta ad Sophoclis Oed. Colon. v. 1375. habet de cibo, auctorem parvae The-

ζῶν δ' ἔστ' ἐν οἴκοις, πρὸς δὲ τῆς τύχης νοσῶν
ἀρὰς ἀρᾶται παισὶν ἀνοσιωτάτας,
θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε.
τὼ δ' εἰς φόβον πεσόντε, μὴ τελεσφόρους
εὐχὰς θεοὶ κραίνωσιν οἰκούντων ὁμοῦ,

δηλονότι. Facile autem εὐχὰς in ἀρὰς commutari potuit ab iis, qui diras potius quam preces requirerent, quamquam etiam εὐχαὶ et preces ἀρὰς in se continere possunt. Quod autem Brunckius e praecepto Dawesiano scripsit κραίνοιεν pro κραίνωσι, quod praeter omnes libros etiam Moschopulus l. l. et Scholia agnoscunt, id hodie non est quod refutem. Vide Rost. §. 122. annot. 5. p. 650. ed. VI. coll. annot. 6. p. 653 seq. Matth. §. 520. p. 1000 seq. ed. II. Denique in hoc versu P. Elmsleius in Diario class. n. XVI. p. 420. scribendum esse existimat οἰκούντοιν ὁμοῦ, ut is sit dativus, appellans Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 803 seq.: *Οἰδίπου γένει Κραίνων παλαιὰς Λαΐου δυσβουλίας*, quod et ipsum necessarium non est. Vide quae annotavimus ad Medeae v. 910. p. 96. ed. II., tum Rost. §. 131. ann. 2. p. 711 seq. ed. VI.

baidos secutus, cuius etiam verba affert, isque adiungit rectissime: *τὰ δὲ παραπλήσια τῷ ἐποποιῷ καὶ Αἰσχύλος ἐν τοῖς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις*. Nam quod G. Hermannus, qui ad Sophoclis Oed. Col. v. 1377. p. 266 seq. diligenter haec omnia composuit, nihil ait in ea fabula, in qua exsecratio memoretur v. 701. 715., de eo dici, cur diris devoverit Oedipus filios suos, commemoro Scholiastam Sophoclis procul dubio v. 785 seqq. ex ea fabula ante oculos habuisse, ubi haec leguntur: *τέκνοις δ' ἀραίας Ἐφῆκεν ἐπίκοτος τροφᾶς, Αἰαῖ, πικρογλώσσους ἀρὰς κτἑ.*

v. 68. *θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε*] Proprie *δῶμα* de hereditate paterna intelligendum est, ut ad amussim Euripidis dictum respondeat Aeschyleo l. l.: *Τέκνοις δ' ἀραίας Ἐφῆκεν ἐπίκοτος τροφᾶς, Αἰαῖ, πικρογλώσσους ἀράς, Καί σφε σιδαρονόμῳ Δία χερί ποτε λαχεῖν Κτήματα.* Ac sic Iulianus Orat. VII. p. 228. B. haec habet: *ἡ τραγικὴ κατάρα ὑπὸ τοῦ δαίμονος εἰς ἔργον ἤγετο, τὰ πατρῷα γὰρ θηκτῷ σιδήρῳ διελάγχανον, τὰ πατρῷα* pro *δῶμα* dicens. Sed Euripides tamen ambiguo magis verbo usus est, quam Aeschylus et Iulianus, quod *δῶμα* etiam ad genus ipsum patris transferri poterat, ut aliquid de ipsa fratrum nece *αἰνιγματικῶς* hoc modo significetur. Ceterum posteriores scriptores saepe hunc versum Euripidis respiciunt, ut Plutarchus in Vita Pyrrhi cap. 9. Tom. I. p. 388. A., tum de fraterno amore Tom. II. p. 483. E.

V. 69 seq. *μὴ τελεσφόρους εὐχὰς θεοὶ κραίνωσιν*] „*Κραίνωσιν· Ἐκ παραλλήλου φησὶ τελεσφόρους τελειώσωσιν· ὤφειλε γὰρ ποιήσωσιν.*" SCHOL. Non est tamen hic pleonasmus, sed ut Latinum efficere, sic etiam Graecum *κραίνειν* saepe cum adiectivo componitur, veluti in Euripidis Medea v. 136 seq. dicitur: *Οὐδὲ συνήδομαι, ὦ γύναι, ἄλγεσι δώματος, Ἐπεί μοι φίλον κέκρανται*, ad quem locum vide quae annotavimus p. 27. ed. Pflugk. II.

V. 70. *οἰκούντων ὁμοῦ*] Vide annotationem criticam.

ξυμβάντ' ἔταξαν τὸν νεώτερον πάρος
φεύγειν ἑκόντα τήνδε Πολυνείκην χθόνα,
Ἐτεοκλέα δὲ σκῆπτρ' ἔχειν μένοντα γῆς
ἐνιαυτὸν ἀλλάσσοντ'. ἐπεὶ δ' ἐπὶ ζυγοῖς
καθέζετ' ἀρχῆς, οὐ μεθίσταται θρόνων,
φυγάδα δ' ἀπωθεῖ τῆσδε Πολυνείκην χθονός.
ὁ δ' Ἄργος ἐλθών, κῆδος Ἀδράστου λαβών,
πολλὴν ἀθροίσας ἀσπίδ' Ἀργείων ἄγει·
ἐπ' αὐτὰ δ' ἐλθὼν ἑπτάπυλα τείχη τάδε,

V. 74. ἐπὶ ζυγοῖς] ἐπὶ ζυγῷ lib. Put. Flor. 2. Vict. Vulgatam ceteri libri et Scholia satis tuentur, etiam Eustathius ad Iliad. IV, v. 166. p. 350, 38.

V. 75. ἀρχῆς] ἀρχων cod. Cantabr. M. et Reg. Societ. R. ap. Porsonum, Guelph. a m. sec.

V. 76. φυγάδα δ' ἀπωθεῖ] φυγάδ' ἀπωθεῖ Flor. 9. 10. 18. 33. Mosqu. D. Havn. Id natum videtur e scriptione φυγΑΔαπωθει. Vulgatam et metrum et ceteri libri ac Scholia confirmant.

V. 77. κῆδος Ἀδράστου] Flor. 2. Vict. κῆδός τ' Ἀδρ., id quod repudiatur iam a metro. Copulam καὶ falso requisivit etiam Schol. Guelph. m. 2.

V. 79. ἐπ' αὐτὰ] Sic Aldus et reliqui. ἐς αὐτὰ MS. C. C. C. Leidd. Mosqu. D. Flor. 5. 6. 9. 33. Etiam aliquot eorum librorum, qui vulgatam tuentur, ἐς αὐτὰ pro var. lect. habent, veluti Guelph. Aug. b. Nihil causae est, quamobrem ἐς αὐτὰ potius quam ἐπ' αὐτὰ scribamus.

V. 81. ἐγὼ δ' ἔριν λύουσ'] Valckenarius λύσουσ' scribi voluit. Secuti sunt L. et G. Dindorfii. Vide explicationem.

V. 84. ἀλλ' ὦ φαεννὰς — πτύχας] φαεννὰς formam usitatam Atticis repraesentant Leid. A. Cantabr. bibl. publ. Guelph. Flor. 2. 10. 33. 34. Vict., quibus accedit cod. Cant. M. φαενὰς scribens. Aldus et libri reliqui φαεινάς. Ex Ionis v. 1516. nunc sustulit A. Matthiae istam formam et φαενναῖς reposuit e codd. Par. E. G. Flor. 2. Vict., quem secutus est G. Hermannus, ac sic etiam

V. 71 seqq. τὸν νεώτερον πάρος — Πολυνείκην κτὲ.] Euripides hic vulgarem narrationem secutus est, Sophocles natu maiorem fecit Polynicem; cf. eius Oed. Colon. v. 376 seq. v. 1295. ed. Brunck. — Fortasse ad hunc locum pertinet quod habet Nonius p. 185, 18. ed. Merc.: „Accius Phoenissis: Vicissitatemque imperitandi tradidit."

V. 74. ἐπεὶ δ' ἐπὶ ζυγοῖς· Ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τῆς βασιλείας. Μετῆνοχε δὲ ἀπὸ τῶν κυβερνητῶν. τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ παρ' Ὁμήρῳ· Ζεὺς ὑψίζυγος. Ἐπὶ γὰρ τοῦ ὑψίστου ζυγοῦ καθήμενος, ὡς κυβερνήτης, πάντως φέρει τοὺς οἴακας. SCHOL. In transtris enim gubernatori locus erat. Valckenarius comparavit Aeschyli Agam. v. 1600 seq. ed. Well.: Σὺ ταῦτα φωνεῖς νερτέρᾳ προσήμενος Κώπῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός.

V. 78. πολλὴν ἀθροίσας ἀσπίδ' Ἀργείων ἄγει] Per ἀσπίδα significari τοὺς ἀσπιδοφόρους, i. e. τοὺς ὁπλίτας notum est. Et sic etiam historici saepe locuti sunt, atque ἀσπὶς ita significavit exercitum gravis armaturae, ut etiam adiectiva, quae ei notioni con-

πατρῷ' ἀπαιτεῖ σκῆπτρα καὶ μέρη χθονός.
ἐγὼ δ' ἔριν λύουσ' ὑπόσπονδον μολεῖν
ἔπεισα παιδὶ παῖδα, πρὶν ψαῦσαι δορός.
ἥξειν δ' ὁ πεμφθεὶς φησιν αὐτὸν ἄγγελος.
ἀλλ' ὦ φαεννὰς οὐρανοῦ ναίων πτύχας
Ζεῦ, σῶσον ἡμᾶς, δὸς δὲ σύμβασιν τέκνοις.
χρὴ δ', εἰ σοφὸς πέφυκας, οὐκ ἐᾶν βροτὸν
τὸν αὐτὸν ἀεὶ δυςτυχῆ καθεστάναι.

editum nunc est in Cyclope v. 353. secundum Flor. 1. 2. Vict., ut iam emendandum sit in fragm. inc. CLXII. (ap. Cornutum de nat. d. 20. p. 184. ed. Gale) φαεννὸς αἰθήρ. Tum pro πτύχας permulti libri πύλας, MS. C. C. C. Leid. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 21. 34. Mosqu. D. Aug. b., denique Harl. pro var. lect. Scilicet ignotum vocabulum cessit noto. Opposuit iam Valckenarius Homeri Iliad. lib. XI. v. 77: Δώματα καλὰ τέτυκτο κατὰ πτύχας Οὐλύμποιο, ac praeter reliquos libros etiam Scholiasta tuetur πτύχας scribens: πτύχας ἀντὶ τοῦ ἀκρωρείας. ἐὰν μὲν ἀπὸ τοῦ πτύξ, πτύχας, ἐὰν δὲ ἀπὸ τοῦ πτυχή, πτυχάς. Retinui contra Elmsleii praeceptum ad Medeae v. 1264. p. 302 seq. ed. Lips. πτύχας, quod et Homerus l. l. et ipse Euripides tuetur in Suppl. v. 981. scribens: πρὸς στέρνῳ πτύχα τέγξω.

V. 85. σύμβασιν] Sic solus Flor. 34. Ceteri libri ξύμβασιν. Hinc suspicatur Seidlerus scribendum: ξύμβασιν δὲ δὸς τέκνοις. Vide ad v. 40.

V. 86. χρὴ] Sic praeter Euripidis libros etiam Schol. in cod. Townleiano ad Iliad. Ν. 154. ap. Porson. ad Hec. 1236. Valckenarius sine idonea causa χρῆν. Idem mox non meliore iure scripsit βροτῶν pro βροτόν. Secuti tamen erant A. Matthiae et Dindorfii fratres. V. G. Hermannum ad Soph. Aiac. v. 977.

V. 87. ἀεὶ] Sic Paris. A. Cantabr. Harl. Flor. 34., quos libros etiam in aliis locis secutus sum.

veniunt, assumeret, veluti hoc loco πολλὴ ἀσπίς dicitur et apud Herodotum lib. V. cap. 30. ὀκτακισχιλίη ἀσπίς, tum apud Xenophontem in Expeditione Cyri lib. I. cap. 7. §. 10. ἀσπὶς μυρία καὶ τετρακοσία, ad quem locum vide quae annotavit Krügerus p. 59. ed. ampl.

V. 81. „Verissimum λύουσ'. Iocasta colloquium parans filiorum ἔλυε τὴν ἔριν, componendi belli initium faciebat: non item ἔλυσε, quod illi matrem non audirent. Falluntur qui talia de sola voluntate agendi intelligunt: vere enim incipit actus, sed ob impedimenta caret eventu. Atque haec causa est, cur omnium harum locutionum proprium sit tempus aut praesens aut imperfectum. V. annot. ad Demosthen. p. 44, 5." G. H. SCHAEFERUS. Etiam Latine eodem modo dicas: litem dirimens.

V. 82. ἔπεισα παιδὶ παῖδα] Vide ann. ad v. 55.

V. 83. ὁ πεμφθεὶς — ἄγγελος] Ὃς ἦν ὁ παιδαγωγός. SCHOL. Id adeo mox v. 96 seqq. explicat ipse.

V. 86 seq. Quod Valckenarius existimat, hinc desumptum esse, quod apud Athenago-

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ὦ κλεινὸν οἴκοις Ἀντιγόνη θάλος πατρί,
ἐπεί σε μήτηρ παρθενῶνας ἐκλιπεῖν
μεθῆκε μελάθρων ἐς διῆρες ἔσχατον,

V. 90. μελάθρων ἐς διῆρες] Sic libri Bodleiani omnes, Flor. A. Leid. B. Guelph. Florr. Mosqu. D., tum Etym. Magn. p. 274, 26. μελάθρων δ' ἐς διῆρες Aldus ac rell. usque ad Kingium.

V. 91. ἱκεσίαισι σαῖς] Sic primus Barnesius edidit. Confirmarunt Mosqu. D. Flor. A., reliqui Florr. Vict. Guelph. Havn. ἱκεσίαις σαῖς Aldus ac reliqui, in his Taur. August. b.

V. 93. μή τις] Valckenarius coniecit εἴ τις et id Musgravm legitur in legat. pro Christo cap. VI. p. 22: Ὤφειλε δ', εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ Ζεύς, μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ καθεστάναι, non assentior. Nam etsi perquam similis sententia est, tamen verba ipsa ita comparata sunt, ut etiam alium Euripidis locum ante oculos habere potuerit Athenagoras. Est enim sententia eiusmodi, ut a tragico poeta saepius admitti potuisse videatur. Illud autem multo improbabilius, quod Valckenarius ex eius loci verbo ὤφειλε aliquid praesidii suae coniecturae χρῆν petivit. Vide annot. crit.

V. 88 seqq. Ὁμηρικῷ ζήλῳ ἀνάγει Εὐριπίδης Ἀντιγόνην ἰδεῖν τὸ στράτευμα, ὥσπερ ἐκεῖνος Ἑλένην ἐποίησε· πλὴν ὅσον ἐκείνη μὲν τῷ Πριάμῳ δεικνύει τὰ τοῦ στρατεύματος, Ἀντιγόνῃ δὲ ὁ παιδαγωγὸς διηγεῖται. SCHOL. Euripidem imitatus est Statius in Theb. lib. VII. v. 243 seqq.

V. 88. ὦ κλεινὸν οἴκοις Ἀντιγόνη θάλος πατρί] Haec recte paraphrastes sic descripsit: Ὦ Ἀντιγόνη, ἔνδοξον τῷ πατρὶ βλάστημα ἐν τοῖς οἴκοις. Etenim dativus commodi πατρί, de quo vide quae diximus ad v. 17., eo minus offensioni poterit esse hoc loco, quod adiunctum adiectivum κλεινόν rationem constructionis satis declarat.

V. 90. μελάθρων ἐς διῆρες ἔσχατον] Est quaedam breviloquentia in huc constructione; hinc gloss. in Mosqu. D. non male: Εἰς διῆρες· ἀνελθεῖν δηλονότι. Quamquam nemo hodie opinabitur quidquam omissum aut supplendum esse. Ceterum per verba μελάθρων διῆρες ἔσχατον significatur id solarium, quod erat in altera contignatione regiae domus. Contulit in hanc rem G. Hermannus Excerpt. ex Graecis codd. Mss. apud Nanios cod. CCXIV. p. 491: Διήρης· ὁ ὑπερῷος οἶκος· ὁ δίστεγος· Εὐριπίδης — μέλαθρον [scribe μελάθρων] ἐς διῆρες ἔσχατον. Pollux IV, 129: ἡ δὲ διστεγία ποτὲ μὲν ἐν οἴκῳ βασιλείῳ διῆρες δωμάτιον, οἷον ἀφ' οὗ ἐν Φοινίσσαις ἡ Ἀντιγόνη βλέπει τὸν στρατόν.

v. 91. στράτευμ' ἰδεῖν Ἀργεῖον] Vide supra v. 25: δίδωσι βουκόλοισιν ἐκθεῖναι βρέφος, et Rost. §. 125. 7. p. 687 ed. VI.

Ibid. ἱκεσίαισι σαῖς] Est propter tuas preces aut precibus tuis commota. Simillimus locus est Sophoclis in Antigona v. 390: σχολῇ ποθ' ἥξειν δεῦρ' ἂν ἐξηύχουν ἐγὼ ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς, αἷς ἐχειμάσθην τότε. Vide Matth. §. 398. b. p. 728. ed. II. Rost. §. 106, 1. b. p. 518. ed. VI. Wex. ad Antig. l. l. p. 161.

v. 92. ἐπίσχες, ὡς ἂν προὐξερευνήσω] Rectissime iam Porsonus ad h. l. perspexit ὡς ἂν

στράτευμ' ἰδεῖν Ἀργεῖον, ἱκεσίαισι σαῖς,
ἐπίσχες, ὡς ἂν προὐξερευνήσω στίβον,
μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται,
κἄμοὶ μὲν ἔλθῃ φαῦλος, ὡς δούλῳ, ψόγος,

vio teste legitur etiam in uno libro Parisino e correctione. Vide explicationem.

v. 94. ἔλθῃ] Sic MS. C. C. C. Cantabr. MS. L. in Mus. Brit. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 10. 18. 21. 33. 34. Taur. Aug. b. Confirmant etiam scholia. Ante Kingium vulgo legebatur ἔλθοι, quod habent Leid. alter et Flor. A., e quibus libris falso revocaverat Valckenarius.

particulas in eiusmodi locis neutiquam idem quod ἕως ἂν vel ἔςτ' ἂν significare, sed propriam vim suam servare, ut consilium actionis et finem denotent ad experientiam illum per ἂν particulam revocatum. Ad rem demonstrandam Porsonus ac Schaeferus adhibuerunt hymn. in Cerer. 160: Εἰ δ' ἐθέλεις, ἐπίμεινον, ἵνα πρὸς δώματα πατρὸς Ἔλθωμεν. Odyss. I. v. 309 seqq.: Ἀλλ' ἄγε νῦν ἐπίμεινον — δῶρα — δῶρον ἔχων ἐπὶ νῆα κίῃς. Diod. Sicul. lib. XIX. c. 2: καὶ τοὺς τηρήσοντας, ἵνα τελευτήσῃ, παρακατέστησε, denique Latinum ut a Palladio pro tamdiu positum. Sic etiam Sophocles Philoct. v. 1329 seqq. ed. Br. explicandus est: Καὶ παῦλαν ἴσθι τῆσδε μήποτ' ἐντυχεῖν Νόσου βαρείας, ὡς ἂν αὐτὸς ἥλιος Ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν, Πρὶν ἂν τὰ Τροίας πεδί' ἑκὼν αὐτὸς μόλῃς κτλ.; quod Germanice dicas: dass nur die Sonne selber sich hier erhebt, dort wieder untergeht. Neque aliter interpretandum erit quod legitur in Sophoclis Oedipo Coloneo v. 1360 seq. ed. Br.: Οὐ κλαυστὰ δ' ἐστίν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οἰστέα Τάδ', ὥσπερ ἂν ζῶ, σοῦ φονέως μεμνημένος, id quod iam G. Hermannus recte interpretatus est. [illegible] vixam, [illegible] in his locis explanandis G. Wakefieldus [illegible]

phoclis Antigonam Vol. II. p. 113 seq., quem ego in viam revocavi ad Devarium Vol. II. p. 763.

v. 93 seq. μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται κτλ.] Quod Thomas Mag. s. v. φαντάσματα et Scholiasta ad h. l. φαντάζεται interpretantur φαίνεσθαι, per se falsum non est, quamquam alio quodam modo dicitur φαίνεται, alio φαντάζεται. Habet enim hoc vim adauctivam. — De modis indicativo et coniunctivo ab eodem μή suspensis recte iam statuerunt interpretes alterum esse visuri, quid sit vel non sit, alterum caventis, ne quid fiat, quod vitio verti possit. Vide G. Hermannum ad h. l., tum Rost. §. 122, II, 10. annot. 5. p. 651. ed. VI. et Matth. §. 519, 7. p. 949. ed. II. Apposite comparavit iam Musgravius Lucian. Hermot. §. 56: Εἰδέναι δέ, ὅπως ὁ ἀληθὴ λέγων ἐστίν, ὅρα, μὴ οὐχὶ μόριόν ἐστιν ἡμέρας, ἀλλὰ πολλῶν ἡμερῶν δέηται.

v. 94. κἄμοὶ μὲν ἔλθῃ φαῦλος] Εἰ γάρ τις [illegible] ἀντι[illegible] [illegible] καὶ τοῦ κα[illegible] [illegible] ἀλλ' [illegible] δούλῳ τυγχάνοντι [illegible] μάλιστα, [illegible] [illegible] [illegible] ἔλθῃ [illegible] [illegible] ἀπεκρίνατο δὲ [illegible] ἔλθῃ [illegible] καὶ [illegible] ποιεῖσθαι. SCHOL.

σοὶ δ', ὡς ἀνάσσῃ· πάντα δ' ἐξειδὼς φράσω,
ἅ τ' εἶδον εἰσήκουσά τ' Ἀργείων πάρα,
σπονδὰς ὅτ' ἦλθον σῷ κασιγνήτῳ φέρων
ἐνθένδ' ἐκεῖσε δεῦρό τ' αὖ κείνου πάρα.
ἀλλ' οὔτις ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις,
κέδρου παλαιὰν κλίμακ' ἐκπέρα ποδί·
σκόπει δὲ πεδία καὶ παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰς
Δίρκης τε νᾶμα, πολεμίων στράτευμ' ὅσον.

v. 95. *ὡς ἀνάσσῃ μέγα* Flor. 33.; id olim fuit: *ὡς ἀνάσσῃ μέγας*, et fluxit ex interpretatione horum verborum, de qua dixi in explicatione.

v. 103 seqq. Hoc carmen, quod *ἀνομοιόστροφον* appellant grammatici, iure statuit G. Hermannus ad *παρομοιόστροφα* referendum esse, qui, quum A. Seidlerus de verss. dochm. p. 240. hoc carmen in strophas et antistrophas coegisset, rectissime docuit in Elem. doctr. metr. p. 750 seqq. constare quidem hoc carmen e similibus strophis, sed tamen inter se non respondentibus, et quum triplicem similitudinem hae strophae haberent, et numeri genere et initio et exitu stropharum, tamen quae dissimilia invenirentur non ab librariis, sed a poeta ipso profecta videri. Illam autem

cod. Barocc. 74. Guelph. m. 2. Sic etiam alia scholia multa, in quibus φαῦλος explicatur aut ὀλίγος aut εὐτελής aut μικρός, et ad v. seq. adscriptum est: Σοὶ δὲ ἔλθῃ ψόγος ὡς ἀνάσσῃ, ἤγουν ἀναλόγως πρὸς τὸ ἀξίωμα τὸ σόν. In tanto veterum interpretum consensu permirum est, neminem nostrorum grammaticorum, quum vulgo verterent: Et mihi, ut servo, veniat mala reprehensio; tibique tamquam reginae, Grotius autem similem explicandi rationem inisset interpretatus: famuloque mihi res atque reginae tibi probrosa cedat, quidquam interpretandi causa attulisse. Mihi quidem illi Scholiastae, sive veterem auctorem secuti sunt, sive suo sensu haec invenerunt, quum propter ipsam verborum collocationem: φαῦλος, ὡς δούλῳ, ψόγος, σοὶ δ', αὐτῶς ἀνάσσῃ, tum propter oppositionem, quae maximopere exstat hoc in loco, verum vidisse videntur. Φαῦλος ψόγος est levis, facile contemnenda reprehensio, quemadmodum et adiectivum et adverbium saepissime dicitur; cf. Iphig. Aul. v. 850: Ἀλλ' ἀμελίᾳ δὸς αὐτὰ καὶ φαύλως φέρε, i. e. ac leviter feras. Vulgarem interpretandi rationem praeivit Paraphrastes ad v. 88: Καὶ ἐμοὶ μὲν ἔλθοι καὶ καταλάβοι κακὸς ψόγος ὡς δούλῳ, σοὶ δὲ καθὰ ἀνάσσῃ καὶ κυρίᾳ.

v. 95. *σοὶ δ', ὡς ἀνάσσῃ*] Haec ex ratione nostra, ad v. anteced. proposita, ita dicuntur, non quidem ut μέγας ψόγος ἔλθῃ supplendum sit, sed ut tamen istud ipsum ψόγον ἐλθεῖν in Antigona pro reginae ratione fiat. Modeste autem facit paedagogus, quod de reginae persona apertius non loquitur. Recte igitur haec omnia vertit Io. Minckwitz: Und mich, den Sklaven, zwar geringer Tadel trifft, doch dich, die Fürstin, [illegible]

v. 96. *ἅ τ' εἶδον εἰσήκουσά τ'*] Ita inchoavit orationem, quasi perrecturus esset: ἅ τ' εἰσήκουσα

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὄρεγέ νυν, ὄρεγε γεραιὰν νέᾳ
χεῖρ' ἀπὸ κλιμάκων, ποδὸς
ἴχνος ἐπαντέλλων.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ἰδού, ξύναψον, παρθέν'· εἰς καιρὸν δ' ἔβης·
κινούμενον γὰρ τυγχάνει Πελασγικὸν
στράτευμα, χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους.

similitudinem, quae in fine stropharum posita esset, exstare magis, veluti v. 105. ἴχνος ἐπαντέλλων. v. 111. πεδίον ἀστράπτει. v. 116. τείχεος ἥρμοσται etc.

v. 105. ἐπαντέλλων] Sic inde ab Aldo editum est. Libri plerique: ἐπανατέλλων. Confirmant Aldinam scripturam Hesychius et quaedam scholia.

v. 108. χωρίζουσι δ'] Valckenarius contra reliquorum librorum et Eustathii [ad Iliad. II. p. 239, 23. (p. 181, 22.)] auctoritatem ex uno libro Leidensi scripsit χωρίζουσιν om. δ', sed neque asyndeton huic loco convenit et δέ saepe ibi ponitur, ubi γάρ exspectaveris.

σα. Nam proprie debebat aut ἅ τ' εἶδον ἅ τ' εἰσήκουσα dicere, aut: ἅ εἶδόν τ' εἰσήκουσά τε. Sed paene legitima illa mutatio constructionis est. Vide praeter A. Matthiae Gr. Gr. ampl. §. 636. p. 1277. ed. II. Sommerum in Nov. annal. philol. et paedag. Vol. III. p. 409 seq. Hartung. de part. Gr. ling. Vol. I. p. 117.

v. 98. δεῦρό τ' αὖ] De τε αὖ coniunctis particulis dixi ad Luciani Gall. in Somn. §. 22. p. 63. et ad Devarium Vol. II. p. 209 seq. p. 749.

v. 99 seq. Dici poterat: ἀλλ' οὐδεὶς γὰρ ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις, κέδρου κτλ., aut: ἀλλ' οὔτις ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις, κέδρου οὖν κτλ., sed multo alacrior oratio est per asyndeton, neque ullo pacto probandus est A. Matthiae, qui verba: οὔτις ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις, a reliqua oratione separavit, nec is qui in lib. Flor. 34. Augusti. ita sustulit asyndeton, ut κλίμακα δ' ἐκπέρα scriberet.

v. 101 seq. Animadvertunt interpretes primum σκοπεῖν πεδία simpliciter construi, tum alio quodam modo σκοπεῖν παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰς Δίρκης τε νᾶμα. Non enim probo Scholiastarum explicationem, qui παρά etiam ad πεδία assumunt. Nobilissimi autem sunt Ismenus fluvius et Dircaeus fons propter Thebas fluentes.

v. 103. ὄρεγέ νυν, ὄρεγε] „Conspicitur, dum haec loquitur Antigona, capite tantum et pectore." G. HERMANNUS.

v. 106. Σύναψον. ἅρμοσον [illegible] χεῖρά σου τῇ ἐμῇ χειρί. SCHOL.

v. 108. χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους] Separant autem inter se cohortem quisque suam, quae usque adhuc, nec [illegible] parum servato gentis ordine, ad urbem accesserant. Exposuit rem [illegible] Eustathius ad Hom. Iliad. II. p. 181, 21.

σοὶ δ', ὡς ἀνάσσῃ· πάντα δ' ἐξειδὼς φράσω,
ἅ τ' εἶδον εἰσήκουσά τ' Ἀργείων πάρα,
σπονδὰς ὅτ' ἦλθον σῷ κασιγνήτῳ φέρων
ἐνθένδ' ἐκεῖσε δεῦρό τ' αὖ κείνου πάρα.
ἀλλ' οὔτις ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις,
κέδρου παλαιὰν κλίμακ' ἔκπερα ποδί·
σκόπει δὲ πεδία καὶ παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰς
Δίρκης τε νᾶμα, πολεμίων στράτευμ' ὅσον.

v. 95. *ὡς ἀνάσσῃ μέγα* Flor. 33.; id olim fuit: *ὡς ἀνάσσῃ μέγας*, et fluxit ex interpretatione horum verborum, de qua dixi in explicatione.

v. 103 seqq. Hoc carmen, quod *ἀνομοιόστροφον* appellant grammatici, iure statuit G. Hermannus ad *παρομοιόστροφα* referendum esse, qui, quum A. Seidlerus de verss. dochm. p. 240. hoc carmen in strophas et antistrophas coegisset, rectissime docuit in Elem. doctr. metr. p. 750 seqq. constare quidem hoc carmen e similibus strophis, sed tamen inter se non respondentibus, et quum triplicem similitudinem hae strophae haberent, et numeri genere et initio et exitu stropharum, tamen quae dissimilia invenirentur non ab librariis, sed a poeta ipso profecta videri. Illam autem

cod. Barocc. 74. Guelph. m. 2. Sic etiam alia scholia multa, in quibus *φαῦλος* explicatur aut *ὀλίγος* aut *εὐτελής* aut *μικρός*, et ad v. seq. adscriptum est: *Σοὶ δὲ ἔλθῃ ψόγος ὡς ἀνάσσῃ, ἤγουν ἀναλόγως πρὸς τὸ ἀξίωμα τὸ σόν*. In tanto veterum interpretum consensu permirum est, neminem nostrorum grammaticorum, quum vulgo verterent: Et mihi, ut servo, veniat mala reprehensio; tibique tamquam reginae, Grotius autem similem explicandi rationem inisset interpretatus: famuloque mihi res atque reginae tibi probrosa cedat, quidquam interpretandi causa attulisse. Mihi quidem illi Scholiastae, sive veterem auctorem secuti sunt, sive suo sensu haec invenerint, quum propter ipsam verborum collocationem: *φαῦλος, ὡς δούλῳ, ψόγος, σοὶ δ', ὡς ἀνάσσῃ*, tum propter oppositionem, quae maximopere exstat hoc in loco, verum vidisse videntur. *Φαῦλος ψόγος* est levis, facile contemnenda reprehensio, quemadmodum et adiectivum et adverbium saepissime dicitur; cf. Iphig. Aul. v. 850: *Ἀλλ' ἀμελίᾳ δὸς αὐτὰ καὶ φαύλως φέρε*, i. e. ac leviter feras. Vulgarem interpretandi rationem praeivit Paraphrastes ad v. 88: *Καὶ ἐμοὶ μὲν ἔλθοι καὶ καταλάβοι κακὸς ψόγος ὡς δούλῳ, σοὶ δὲ καθὰ ἀνάσσῃ καὶ κυρίᾳ*.

v. 95. *σοὶ δ', ὡς ἀνάσσῃ*] Haec ex ratione nostra, ad v. anteced. proposita, ita dicuntur, non quidem ut *μέγας ψόγος ἔλθῃ* supplendum sit, sed ut tamen istud ipsum *ψόγον ἐλθεῖν* in Antigona pro reginae ratione fiat. Modeste autem facit paedagogus, quod de reginae persona apertius non loquitur. Recte igitur haec omnia vertit Io. Minckwitz: Und mich, den Sklaven, zwar geringer Tadel trifft, doch dich, die Fürstin [illegible]

v. 96. *ἅ τ' εἶδον εἰσήκουσά τ'*] Ita inchoavit orationem, quasi perrecturus esset: *ἅ τ' εἰσήκου-*

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὄρεγέ νυν, ὄρεγε γεραιὰν νέᾳ
χεῖρ' ἀπὸ κλιμάκων, ποδὸς
ἴχνος ἐπαντέλλων.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ἰδού, ξύναψον, παρθέν'· εἰς καιρὸν δ' ἔβης·
κινούμενον γὰρ τυγχάνει Πελασγικὸν
στράτευμα, χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους.

similitudinem, quae in fine stropharum posita esset, exstare magis, veluti v. 105. ἴχνος ἐπαντέλλων. v. 111. πεδίον ἀστράπτει v. 116. τεῖχος ἥρμοσται etc.

v. 105. ἐπαντέλλων] Sic inde ab Aldo editum est. Libri plerique: ἐπανατέλλων. Confirmant Aldinam scripturam Hesychius et quaedam scholia.

v. 108. χωρίζουσι δ'] Valckenarius contra reliquorum librorum et Eustathii [ad Iliad. II. p. 239, 23. (p. 181, 22.)] auctoritatem ex uno libro Leidensi scripsit χωρίζουσιν om. δ', sed neque asyndeton huic loco convenit et δέ saepe ibi ponitur, ubi γάρ exspectaveris.

σα. Nam proprie debebat aut ἅ τ' εἶδον ἅ τ' εἰσήκουσα dicere, aut: ἅ εἶδόν τ' εἰσήκουσά τε. Sed paene legitima illa mutatio constructionis est. Vide praeter A. Matthiae Gr. Gr. ampl. §. 636. p. 1277. ed. II. Sommerum in Nov. annal. philol. et paedag. Vol. III. p. 409 seq. Hartung. de part. Gr. ling. Vol. I. p. 117.

v. 98. δεῦρό τ' αὖ] De τὲ αὖ coniunctis particulis dixi ad Luciani Gall. in Somn. §. 22. p. 62. et ad Devarium Vol. II. p. 209 seq. p. 749.

v. 99 seq. Dici poterat: ἀλλ' οὐδεὶς γὰρ ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις, κέδρου κτλ., aut: ἀλλ' οὔτις ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις, κέδρου οὖν κτλ. sed multo alacrior oratio est per asyndeton, neque ullo pacto probandus est A. Matthiae, qui verba: οὔτις ἀστῶν τοῖσδε χρίμπτεται δόμοις a reliqua oratione separavit, nec is qui in lib. Flor. 34. Augusti [illegible] ita sustulit asyndeton, ut κλίμακος δ' ἐκπέρα scriberet.

v. 101 seq. Animadvertant tirones primum σκοπεῖν πεδία simpliciter construi, tum alio quodam modo σκοπεῖν παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰς Δίρκης τε νᾶμα. Non enim probo Scholiastarum explicationem, qui παρά etiam ad πεδία assumunt. Nobilissimi autem sunt Ismenus fluvius et Dircaeus fons propter Thebas fluentes.

v. 103. ὄρεγέ νυν, ὄρεγε] „Conspicitur, dum haec loquitur Antigona, capite tantum et pectore." G. HERMANNUS.

v. 106. Σύναψον] ἅρμοσον τὴν χεῖρά σου τῇ ἐμῇ χειρί. SCHOL.

v. 108. χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους] Separant autem inter se cohortem quisque suam, quae usque adhuc nec agmine passim servato gentis ordine urbem accesserant. Exposuit rem [illegible] Eustathius ad Hom. Iliad. II. p. 181, 21: [illegible] Ὁμήρου [illegible]

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἰὼ πότνια παῖ Λατοῦς,
Ἑκάτα, κατάχαλκον ἅπαν
πεδίον ἀστράπτει.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

οὐ γάρ τι φαύλως ἦλθε Πολυνείκης χθόνα,
πολλοῖς μὲν ἵπποις, μυρίοις δ' ὅπλοις βρέμων.

v. 114. *χαλκόδετ' ἔμβολά τε*] Plerique libri et Scholiasta: *χαλκόδετά τ' ἔμβολα*. Lib. Flor. 10. et Havn. *χαλκόδετ' ἔμβολα*, quo probabilior fit A. Seidleri ratio, qui, ut dochmium pro dimetro iambico restitueret, scripsit: *χαλκόδετ' ἔμβολά τε*, quem cum reliquis criticis recentioribus nos quoque secuti sumus. De postposita τε particula vide Med. v. 752: *ὄμνυμι Γαῖαν λαμπρὸν Ἡλίου τε φῶς*. cum annotatione Pflugkiana p. 83. ed. II. Matthiae Gr. Gr. ampl. §. 626. p. 1277. ed. II.

v. 115. *λαϊνέοισιν* pro librorum *λαΐνοις* propter metrum scripsit idem Seidlerus, quem reliqui secuti sunt. Legerat *λαϊνέοισιν* iam Triclinius ad Sophoclis Aiacem v. 601.

v. 118 seqq. Quum nemo tempore superiore in hoc loco offendisset, quem libri omnes ita, uti repraesentavimus, scriptum exhibent, nuper G. Hermannus exstitit, qui negaret ullo modo haec

σας Εὐριπίδης ἔφη· τὸ χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους.

v. 109 seq. Non mirum est Dianam potissimum invocari ab Antigona hoc loco terroris depellendi gratia, quod et deam severae virginitatis cultricem decebat coli a virgine et hoc loco par erat id numen appellari, quod sagittis hostes petere atque aliquam belli partem sustinere posset. Vide infra v. 151 seqq. 192 seqq. Ex parte iam Scholiasta rem recte existimavit.

v. 110. *Ἑκάτα*] Credo ego propriam vim nominis *ἑκάτη*, quae longe iaculari queat, hoc loco obtinendam esse. Sic Scholiasta rem ipse quoque intellexit, a quo *Ἑκάτα* explicatur *τοξότις*, et apposite in eam rem laudavit A. Seidlerus Supplices Aeschyli v. 676: *Ἄρτεμιν δ' ἑκάταν γυναικῶν λόχους ἐφορεύειν*.

v. 110 seq. *κατάχαλκον ἅπαν πεδίον ἀστράπτει*] Ex facili hac translatione colorem quendam duxit Heliodorus lib. IX. cap. 14. p. 430, 9: *ἀργυροῖς τε καὶ ἐπιχρύσοις τοῖς ὅπλοις τὸ πεδίον καταστράπτον*. Similia ex Ennianis quidem versibus expressit Virgilius Aen. lib. XI. v. 601 seq.: Tum late ferreus hastis Horret ager campique armis sublimibus ardent, ad quem locum Servius hunc ipsum locum Euripideum recte quasi formulae fontem attulit. Praeterea Valckenarius Lucretii lib. II. v. 324 seq. comparavit: Fulgur ibi ad coelum se tollit, totaque circum Aere renidescit tellus etc. et de recentioribus Porsonus Miltoni Par. requ. III, 326: The field, all iron, cast a gleaming brown.

v. 112. *οὐ γάρ τι φαύλως ἦλθε Πολυνείκης χθόνα*] Cf. Rheum v. 598 seq.: *Ἄνδρα δ' οὐ πέπυσθε σύμμαχον Τροίᾳ μολόντα Ῥῆσον οὐ φαύλῳ τρόπῳ;* Hinc apparebit etiam scripturam cod. Taurinensis, optimi sane libri, *φαῦλος* contra ceteros

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἆρα πύλαι κλῄθροις χαλκόδετ' ἔμβολά τε
λαϊνέοισιν Ἀμφίονος ὀργάνοις
τείχεος ἥρμοσται;

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

θάρσει· τά γ' ἔνδον ἀσφαλῶς ἔχει πόλις.
ἀλλ' εἰσόρα τὸν πρῶτον, εἰ βούλει μαθεῖν.

ferri posse. Non minus enim v. 123. ineptum esse *λοχαγός* quam v. 148. in responsione paedagogi, tum nimis exile iustoque brevius esse quod dicat paedagogus: *Ἀλλ' εἰσόρα τὸν πρῶτον, εἰ βούλει μαθεῖν.* Scripsit igitur haec omnia in hunc modum:

Ἀλλ' εἰσόρα τὸν πρῶτον, εἰ βούλει μαθεῖν,
λοχαγόν, ὦ δέσποινα, τίς πόθεν γεγώς.
ΑΝΤΙΓ. *τίς οὗτος ὁ λευκολόφας,*
πρόπαρ ὃς ἁγεῖται στρατοῦ
πάγχαλκον ἀσπίδ' ἀμφὶ βρα-
χίονα κουφίζων;
αὔδασον, ὦ γεραιέ, τίς ὀνομάζεται.

Qua in re cur viro doctissimo assentiri non queam, nostra vulgatae scripturae interpretatio docebit.

rum librorum scripturam Scholiastae auctoritate firmatam nihil valere posse.

v. 114. *χαλκόδετ' ἔμβολά τε*] Hi vectes fuisse videntur, qui praeter usitata claustra portarum immittebantur ipsis moenibus ad defendendas portas. Valckenario videtur Statius Theb. lib. X. v. 510. haec ferratae robora portae appellavisse.

v. 115 seq. *λαϊνέοισιν Ἀμφίονος ὀργάνοις τείχεος*] Notissima est et a poetis quum Graecis tum Latinis celebratissima fabula Amphióna lyrae cantu Thebanos muros exstruxisse. Expressit hoc Seneca in Phoenissis v. 566 seqq.: Poteris has Amphionis Quassare moles, nulla quas struxit manus, Stridente tardum machina ducens onus, Sed convocatus vocis et citharae sono Per se ipse turres venit in summas lapis? Cf. Pausan. VI, 6. Apollod. Bibl. Gr. III, 5. §. 5. Hygini Fab. VI. et VII. Mythographum Maii I. num. 97. II. n. 74. n. 77. Sil. Ital. lib. XI. v. 443 seqq. Universam rationem fabulae explicare studuerunt Horatius in Arte poetica v. 394 seqq. et Mythographus Maii III, 8, 20. p. 212. ed. Bod. Vide C. O. Mülleri Geschichte hellen. Stämme und Städte I, 227. Lobeck. Aglaoph. Vol. I. p. 752.

v. 117. *θάρσει· τά γ' ἔνδον ἀσφαλῶς ἔχει πόλις*] Ridet, ut videtur, hunc Euripidis locum Lucianus in Iove tragoedo §. 3., ubi Iuppiter: *Θάρσει,* inquit, *τὰ νέρθεν ἀσφαλῶς ἔχει θεοῖς.* Sed hinc tamen non contenderim, quod visum est Porsono, Lucianum apud Euripidem *πόλει* pro *πόλις* legisse, quod praeter libros confirmat etiam Scholiasta.

v. 118. *ἀλλ' εἰσόρα τὸν πρῶτον, εἰ βούλει μαθεῖν*] Quia Antigona potissimum ad singulares exercitus Argivorum viros, qui auctoritate praestarent, cognoscendos in superiorem aedium partem adscenderat, obscura esse non potuit oratio paedagogi, quod

ΑΝΤΙΓΩΝΗ.

τίς οὗτος ὁ λευκολόφας,
πρόπαρ ὃς ἀγεῖται στρατοῦ
πάγχαλκον ἀσπίδ' ἀμφὶ βρα-
χίονα κουφίζων;

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

λοχαγός, ὦ δέσποινα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τίς πόθεν γεγώς;
αὔδασον, ὦ γεραιέ, τίς ὀνομάζεται;

v. 120. ὃς ἀγεῖται] Sic inde a Barnesio e libris tantum non omnibus editum est. Confirmant hanc scripturam etiam Scholiastae et Iulian. Caes. p. 313. C., qui, ut aliquot libri, ἡγεῖται scriptum habet. Olim legebatur ὃς ἄγει.

v. 121 seq. ἀμφὶ βραχίονα] Sic primus Valckenarius scripsit e MSS. Leidd. et schol. Confirmarunt Guelph. Florr. 2. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. Mosqu. D. Aug. b. Vulgo: ἀμφὶ βραχίονι.

v. 123. τίς πόθεν γεγώς;] Quum lib. Flor. 21. δέσποιναν τίναν τίς πόθεν; peccet, Flor. 18. 34. autem καὶ inter τίς et πόθεν habeant, dubitat G. Hermannus, an scriptum fuerit τίς τε καὶ πόθεν, omisso γεγώς. Ego levi paucorum librorum indicio nullo pacto postponendam existimo plurimorum et optimorum librorum auctoritatem, praesertim quum facile appareat explicationis causa interpositam fuisse καί particulam.

dixit tantummodo τὸν πρῶτον. Sic etiam v. 108. dixerat: χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους, non apposito ducum nomine, eoque minus hoc debet offensioni esse, quod Antigona cupida audiendi mox interrogatione sua satis prodit se paedagogi verba recte intellexisse.

v. 119. λευκολόφας] Formae λευκολόφας et λευκόλοφος ita inter se differunt, quasi nostro sermone dicas: der Weifsbüschler et der Weifsbuschige. Sic Aristophanes dixit in Acharn. v. 567. γοργολόφας. Plura eiusmodi nomina confinxit Lucianus in Tragodopodagra v. 198 seqq. Iis, quae Valckenarius ad l. l. et Elmsleius ad Aristoph. l. l. attulerunt, addas licet quem ego Clementi Alexandrino in Protrept. cap. II. §. 39. Vol. I. p. 33, 18. ed. meae reddidi: Διόνυσον — χοιροψάλαν.

v. 123. λοχαγός, ὦ δέσποινα] Nihil inepti in hac paedagogi responsione video. Nam quum Antigona interrogasset, quis ille esset, qui agmen duceret ante reliquum exercitum, recte responderi poterat a paedagogo esse hunc unum aliquem e septem illis ducibus, qui expugnatum Thebas venissent. Hi autem septem duces, quoniam λόχον unusquisque ducebat, proprio nomine λοχαγοὶ appellati sunt, in quam rem iam a Scholiasta allatus est Sophoclis locus ex Antigona v. 141 seq.: Ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ ἐφ' ἑπτὰ πύλαις Ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους ἔλιπον κτέ. Neque dissimile est Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 42. λοχαγέται. Sic etiam v. 148. λοχαγὸς recte dicitur, de quo loco infra explicabitur. Responsum paedagogi tum demum ineptum esset, si λοχαγὸς nihil aliud nisi ἡγεμόνα significaret. Nam ἡγεῖσθαι illum

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

οὗτος Μυκηναῖος μὲν αὐδᾶται γένος,
Λερναῖα δ' οἰκεῖ νάμαθ', Ἱππομέδων ἄναξ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἒ ἔ ὡς γαῦρος, ὡς φοβερὸς εἰσιδεῖν,
γίγαντι γηγενέτᾳ προσόμοιος,
ἀστερωπὸς ἐν γραφαῖσιν, οὐχὶ πρόσφορος
ἁμερίῳ γέννᾳ.

v. 124. *αὔδασον*] Quod A. Matthiae *αὔδησον* scribendum putavit, cuius rationem secuti sunt Dindorfii, recte annotat G. Hermannus, quum hic trimeter cum melicis cohaereat, iure Euripidem Doricam formam praeferendam iudicavisse.

v. 128. *γίγαντι γηγενέτᾳ*] Sic libri et Scholiasta. A. Seidlerus et G. Hermannus numerorum causa scripserunt *γίγαντί τε γηγενέτᾳ.* Mihi coniunctiva particula eo loco displicet.

v. 130. *ἁμερίῳ*] *ἁμερίων* scripsit Kingius e cod. Reg. Societ., quem secutus est Valckenarius. Falso, quamquam aliquot libri eam scripturam confirmant. Id enim nihil aliud olim fuisse nisi *ἁμερίοι*, i. e. *ἁμερίῳ*, probat Leid. B., in quo, quum ipse habeat *ἁμερίων*, glossema hoc habetur: *ἀνθρωπίνῃ γενεᾷ.* Optimi libri *ἁμερίῳ* tuentur.

ipsa Antigona agnovit. — Mox Antigona, parum contenta universa hac paedagogi responsione, magis etiam urget interrogando: *τίς πόθεν γεγώς; αὔδασον, ὦ γεραιέ, τίς ὀνομάζεται;* quo modo egregie poeta studium Antigonae singulos duces accuratius cognoscendi indicat. Quae ratio omnis deperiret, si ita verba Euripidis constituere velis, uti G. Hermannus nuper fecit.

v. 125. *οὗτος Μυκηναῖος.* Οὗτος Ἱππομέδων ἄναξ ὀνομάζεται, Μυκηναῖος μὲν κατὰ τὸ γένος, οἰκεῖ δὲ τὰ Λερναῖα νάματα, ἀντὶ τοῦ περὶ τὰ νάματα τῆς Λέρνης. ἔστι δὲ Λέρνη πηγὴ ἐν τῷ Ἄργει. SCHOL. Paulo accuratius Scholiasta ad v. seq.: *Λέρνη γὰρ πόλις καὶ πηγὴ τοῦ Ἄργους*, quocum consentit Pomponius Mela II, 3, 125. Mycenas autem, urbem Peloponnesi olim florentissimam, sedem regni Agamemnonis, ita Alexandri Magni tempore excisam fuisse, ut ne vestigium eius appareret, notum est. Vide Strabonem VIII, 6. Annotat Bothius esse tamen qui sitam fuisse urbem celeberrimam putent, ubi nunc sit vile oppidum, appellatum Hagios Adrianos.

v. 127. *ὡς γαῦρος·* ἐπηρμένος τῷ σώματι καὶ διὰ τοῦ σχήματος ἐμφανίζων τὸ αὔθαδες τῆς ψυχῆς. SCHOL.

v. 129. *ἀστερωπὸς ἐν γραφαῖσιν*] Ἀστεροειδὴς καὶ ποικίλος ἐν ταῖς γραφαῖς τῆς ἀσπίδος· εἰσὶ γὰρ κατάστικτα τὰ ὅπλα. SCHOL. Clypei stelliferi pictura, qua fuit insignis Hippomedon, accuratius infra describitur v. 1114 seqq. Sic *γραφή* etiam de figuris, quae in clypeo Adrasti erant coelatae, dicitur v. 1135.

v. 130. *ἁμερίῳ γέννᾳ*] τῇ τῶν ἀνθρώπων γενέσει καὶ φύσει· ἡμέριοι γὰρ ἀπὸ τοῦ πρὸς ἡμέ-

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

τόνδ' ἐξαμείβοντ' οὐχ ὁρᾷς Δίρκης ὕδωρ
λοχαγόν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἄλλος ἄλλος ὅδε τευχέων τρόπος.
τίς δ' ἐστὶν οὗτος;

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

παῖς μὲν Οἰνέως ἔφυ
Τυδεύς, Ἄρην δ' Αἰτωλὸν ἐν στέρνοις ἔχει.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὗτος ὁ τᾶς Πολυνείκεος, ὦ γέρον,
αὐτοκασιγνήτας νύμφας

v. 132. *λοχαγόν*] Hanc veterum editionum lectionem tuentur cod. Cantabrig., Leidenses ambo, tum cod. Reg. Societ. K. a secunda manu. Plerique sane codd. *λοχαγόν* omittunt, quam vocem recte nuper etiam G. Hermannus tutatus est. In seqq. *ἄλλος ἄλλος ὅδε τευχέων τρόπος* omnes libri consentiunt, at quod ex uno libro K., omisso *λοχαγόν*, edidit Kingius: *ἄλλος γὰρ ἄλλος τοῦδε τευχέων τρόπος*, mera corruptela sit a correctore metrico profecta.

v. 134. *Ἄρην*] Veterem hanc scripturam, quam nominatim tuentur Paris. A. Guelph. Flor. 2. 33. Taur. Havn., hic et alias reχαν ζῆν. SCHOL. V. Sophoclis Aiacem v. 398. Br. et Antigonam v. 789. Br., quibus in locis *ἀμέριοι ἄνθρωποι* dis opponuntur, Euripidis Iphig. Aul. v. 1331: *ἦ πολύμοχθον ἀμερίων* sc. *γένος*. et infra v. 1512. *αἵματος ἀμερίου*. Non usurpant autem tragici hanc vocem nisi Dorica forma.

v. 132. *ἄλλος ἄλλος· Ἄλλῳ, φησί, τρόπῳ πεποίκιλται οὗτος καὶ οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνος. ἡ δὲ δευτέρα ἐπαγωγὴ τοῦ ἄλλος ὡς ἂν ἐπιθαυμάζοντός γε.* SCHOLIASTA.

v. 134. *Ἄρην δ' Αἰτωλὸν ἐν στέρνοις ἔχει*] *Ὡς ἔχοντος αὐτοῦ τῆς ἀσπίδος τὸν περὶ τοῦ συὸς πόλεμον. Καλλίμαχος· Εἶμι τέρας Καλυδῶνος, ἄγω δ' Αἰτωλὸν Ἄρηα. Τινὲς δὲ Ἄρη τὴν τῶν ὅπλων κατασκευήν· θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἐγχωρίως καθώπλισται, ὡς οἱ Αἰτωλοί· τὸ δὲ στέρνον ἀντὶ τοῦ ὅλου σώματος εἶπεν. οἱ δὲ τὴν τῶν πολεμίων ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ἐπιστήμην, ὡς τῶν Αἰτωλῶν ἄριστα πολεμούντων.* SCHOL. Primam Scholiastae rationem super probavit Bothius, quod eam solam explicandi causa posuit, postremam fere interpretes recentiores. V. Abreschii Animadv. in Aeschylum p. 266. (in App. crit. et exeg. in Aeschyl. tragoed, Vol. II. p. 189. ed. Hal.), qui recte hunc locum composuit cum Aeschyli Agamemnone v. 76 seqq.: *Ὅ τε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων Ἔντος ἀνάσσων Ἰσόπρεσβυς, Ἄρης δ' οὐκ ἔνι χώρᾳ κτὲ.*, i. e. suo loco (in pectore) non est. Cf. ad eum locum Blomfield. et Wellauer. Aetolos autem, in barbarorum finibus positos, et fortissimos et vero ferocissimos fuisse permultis locis testantur scriptores veteres. Cf. Polybium (lib. XIII.

ὁμόγαμος κυρεῖ;
ὡς ἀλλόχρως ὅπλοισι, μιξοβάρβαρος.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

σακεσφόροι γὰρ πάντες Αἰτωλοί, τέκνον,
λόγχαις τ' ἀκοντιστῆρες εὐστοχώτατοι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

σὺ δ', ὦ γέρον, πῶς αἰσθάνει σαφῶς τάδε;

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

σημεῖ' ἰδὼν τότ' ἀσπίδων ἐγνώρισα,
σπονδὰς ὅτ' ἦλθον σῷ κασιγνήτῳ φέρων·
ἃ προσδεδορκὼς οἶδα τοὺς ὡπλισμένους.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τίς δ' οὗτος ἀμφὶ μνῆμα τὸ Ζήθου περᾷ

tinui. Valckenarius e Flor. A. scripserat Ἄρη, quod Florr. octo libri et Scholiasta habent.

v. 138. ἀλλόχροος codd. Leidd., Mosqu. D. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. ἀλλόχωρος Guelph. et pro var. lect. Flor. 6. Vulgatam praeter reliquos libros confirmant etiam scholia.

v. 145. τὸ Ζήθου] Sic Valckenarius scripserat e MSS. Leid., cuius ratio a multis libris comprobata est. Vulgo et in scholiis habetur τοῦ Ζήθου.

fragm. 1.) et Agatharchidem ap. Athenaeum lib. XII. p. 527. b. c., tum ithyphallum, quem servavit Duris ap. Athenaeum lib. VI. p. 253. f. v. 29 seq. (in Duridis fragm. ed. Hulleman. Trai. ad Rh. 1841. p. 110.) et quae ad eum locum annotavit Hullemanus p. 113 seq.

v. 135. οὗτος ὁ τᾶς Πολυνείκεος κτλ.] Οὗτός ἐστιν, ὦ γέρον, ὃς ὁμόγαμος καὶ ἀνὴρ τυγχάνει τῆς ἀδελφῆς τῆς νύμφης τῆς Πολυνείκους, ἀντὶ τοῦ ὃς ἔχει τὴν ἀδελφὴν τῆς γυναικὸς Πολυνείκους· ὅς ἐστι σύγγαμβρος Πολυνείκους. Ἀργεία δὲ ἐλέγετο γυνὴ Πολυνείκους (cf. Apollod. III, 6, 1.), ἀφ' ἧς Θέρσανδρος, Δηϊπύλη δὲ ἡ τοῦ Τυδέως (cf. Apollod. I, 9, 13.), ἀφ' ἧς Διομήδης. SCHOL. TAURIN. Ne quis autem in tribus genitivis offendat, qui offenderunt Reiskium αὐτοκασιγνήτα corrigentem, conferatur infra v. 159.

v. 138. μιξοβάρβαρος] Hesychius Tom. II. p. 360, 21: Μιξοβάρβαρος· Οὔτε βάρβαρος οὔτε Ἕλλην, ἀλλ' ἀμφοτέρων μετέχων. Scilicet in confinio barbariae siti et Graecam armaturam et barbarorum habebant, ut aequo Marte cum utrisque belligerare possent. Id adeo paedagogus ipse v. 139 seq. accuratius explicat.

v. 143. Hunc versum, qui supra v. 97. totidem verbis legitur, recte iam defendit Valckenarius. Est enim utroque loco ad sententiam necessarius et repetitio in tanta et rei et verborum simplicitate nullo modo potest caussam offensionis praebere.

v. 145. ἀμφὶ μνῆμα τὸ Ζήθου] Zethus, Iovis et Antiopae filius, frater Amphionis, una cum hoc Thebarum conditor, sed durior moribus quam frater fuit.

καταβόστρυχος, ὄμμασι γοργός, εἰσ-
ιδεῖν νεανίας;

(ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ)

λοχαγός,

(ΑΝΤΙΓΟΝΗ.)

ὡς ὄχλος νιν ὑστέρῳ ποδὶ
πάνοπλος ἀμφέπει.

v. 146 seq. εἰςιδεῖν] G. Hermannus nuper e Mosqu. D. Flor. 5. 6. 9. 18. 34. August. b. edidit ἐςιδεῖν, memorans v. 164., ubi eodem modo ex pluribus dactylis ad dochmium transeatur. Paulo ante permulti libri γοργός τ' legunt.

v. 148 seq. ΠΑΙΔ. λοχαγός. ΑΝΤΙΓ. ὡς ὄχλος νιν ὑστέρῳ ποδὶ Πάνοπλος ἀμφέπει] Sic libri omnes et editiones. Delevit

Hinc nobilissima illa altercatio nata, quam poetae Amphiona inter et Zethum factam descripserunt; vide Platonis Gorgiam p. 484. E. p. 485. E. cum Scholiastis et fragm. Euripidis ex Antiopa Vol. IX. p. 71 seqq. ed. Matth., tum facetam narrationem Horatii in Epist. lib. I. ep. XVIII. v. 41 seqq., ad quem locum annotavit Orellius Vol. II. p. 463. hanc ipsam scenam repraesentatam esse in anaglypho apud Winckelmannum Monum. ined. Vol. II. p. 113., ubi Amphion coram fratre lyram sub chlamydem abderet. Is autem Zethus dicitur maximum et celeberrimum monumentum sepulcrale prope Thebas habuisse. Vide Schol. ad h. l.

v. 146 seq. εἰςιδεῖν νεανίας] Respicitur in hac descriptione nomen Parthenopaei ipsum, quo ille non solum iuvenili, verum etiam virginali facie fuisse proditur.

v. 148 seq. ΠΑΙΔ. λοχαγός. ΑΝΤ. ὡς ὄχλος νιν κτέ.] Ut v. 23., sic etiam hoc loco primum paedagogus hoc significat, de quo quaerat Antigona, eum esse ducem septem illorum, qui Thebas pervenerint. Id quum omnino ad significandos singulos duces fieri necesse esset: sic enim v. 23. in Hippomedontis persona fit, sic v. 32. in Tydei, ubi paedagogus hoc ipsa interrogatione sua efficit, de reliquis autem alio quodam modo quaeritur: tum in persona Parthenopaei, qui iuvenili habitu erat, magis etiam ut fieret, requirebatur. Hinc eorum conatum neutiquam probare possum, qui verba haec: λοχαγός, ὡς ὄχλος νιν ὑστέρῳ ποδὶ πάνοπλος ἀμφέπει, ita coniunxerunt cum interrogatione Antigonae, ut ipsa etiam contra librorum testimonia λοχαγός haberet. Hoc quum praeivisset olim G. Hermannus (in Elem. doctr. metr. p. 753.), imitati sunt Dindorfii, frustra renitente A. Matthiae, et ipse huius rationis auctor rursus hoc vulgavit in editione sua anni 1840. Verba autem: ὡς ὄχλος νιν ὑστέρῳ ποδὶ πάνοπλος ἀμφέπει, mirum in modum male habita sunt ab interpretibus. Nam quum haec verba exclamationem in se continere putarent interpretes, alii, ut Valckenarius, quem secutus est Brunckius, scribendum praeceperunt: ὅσος ὄχλος νιν ὑστέρῳ ποδὶ πάνοπλος ἀμφέπει, alii autem, ut Porsonus, sic interpretati sunt: Ut turba eum sequitur! Neutra ratio vera est. His enim verbis Antigona, quum paedagogus dixisset hunc ducem esse e septem illis, ipsa explicat magistri sui responsionem, ut ὡς rationem reddat et nam verti possit, quasi nostro sermone dicas: HOFM. Ein Führer. ANTIG. Ja es folgt

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ὅδ' ἐστὶ Παρθενοπαῖος, Ἀταλάντης γόνος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλά νιν ἁ κατ' ὄρη μετὰ ματέρος
Ἄρτεμις ἱεμένα τόξοις δαμάσασ' ὀλέσειεν,
ὃς ἐπ' ἐμὰν πόλιν ἔβα πέρσων.

notas personarum G. Hermannus et in Elem. doctr. metr. p. 752. et in editione sua idemque fecerunt Dindorfii. Iniuria. Vide explicationem.

v. 152. τόξοις] τόξοισιν e correctione metrica cod. Reg. Societ. et Flor. 18. Receperunt Kingius et Bothius.

ihm auf der Ferse ein Heerhaufen in voller Rüstung.

v. 150. ὅδ' ἐστὶ Παρθενοπαῖος, Ἀταλάντης γόνος] Parthenopaeum, Milanionis sive Martis filium ex Atalanta, Arcadem, in septem ducibus commemorant Euripides etiam in Supplic. v. 888 seq., tum Aeschylus in Sept. adv. Theb. v. 547 seq., ad quem locum in scholiis peccatur Ἀντιόπης pro Ἀταλάντης, ut recte vidit Heynius, et Sophocles in Oedipo Coloneo v. 1320 seqq. ed. Elmsl. Confusus hic est iam a veteribus scriptoribus cum Parthenopaeo, Talai filio, qua de re consule Scholiastam ad Soph. Oed. Colon. l. l.: Ἔνιοι οὐ τὸν Ἀταλάντης φασὶ Παρθενοπαῖον στρατεῦσαι, ἀλλὰ τὸν Ταλαοῦ, ὃν ἔνιοι διὰ τοῦ κ Καλαὸν προσαγορεύουσι, καθάπερ Ἀρίσταρχος ὁ Τεγεάτης καὶ Φιλοκλῆς ἱστοροῦσι, συγγραφέων δὲ Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος. Genus Parthenopaei, Talai filii, explicat Schol. ad h. l. ex Antimacho, Arcadis ex Hellanico. De nostro Parthenopaeo vide Apollodor. lib. III. c. 6. §. 3. et lib. III. cap. 9. §. 2. cum Heynii annott., de Parthenopaeo Talai eundem lib. I. cap. 9. §. 13.

v. 151 seq. ἀλλά νιν ἁ κατ' ὄρη μετὰ ματέρος κτλ.] Quod Atalanta venationis studiosissima fuit ideoque cultrix Dianae — memoratur enim in iis personis, quae venationi apri Calydonii interfuerint; vide Apollod. I, 8, 2. —, commemorato eius nomine Antigona retinet hanc quasi ansam malae precationis in istius filium, quem illa dea, quacum eius mater venari soleat, perdat, quod expugnatum Thebas venerit. Dianam enim iam supra enarravimus ad v. 109 seq. cur potissimum invocaret Antigona. Nam quod Scholiastae ad h. l. memorant, propterea optari Dianae potissimum ultionem ab Antigona, quod illud numen, olim cultum, postea autem desertum ab Atalanta, gravem contra istam mulierem iram conceperit, id videtur ideo a grammaticis confictum esse, ut explicarent causam, quamobrem hic Diana appellaretur, certe abhorret ab huius loci et oratione et sententia ipsa. Nam satis idoneam causam istius precationis ipsa nominis commemoratio praebebat. Sic in Aristophanis Acharn. v. 92. commemorato Pseudartaba, quasi Persarum regis oculo, clamat Dicaeopolis: ἐκκόψειέ γε Κόραξ πατάξας τόν γε σὸν τοῦ πρέσβεως. et in eius Pluto v. 180. commemorata Timothei turri dicit Chremylus: ἐμπέσοι γέ σοι, et quae alia id genus multa leguntur.

v. 152. ἱεμένα] ὁρμωμένη, κορευομένη. GLOSS.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ἔχῃ τάδ', ὦ παῖ· σὺν δίκῃ δ' ἥκουσι γῆν
ὃ καὶ δέδοικα μὴ σκοπῶσ' ὀρθῶς θεοί.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματρὸς
πολυπόνῳ μοίρᾳ;
ὦ φίλτατ', εἰπέ, ποῦ 'στι Πολυνείκης, γέρον.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ἐκεῖνος ἑπτὰ παρθένων τάφου πέλας

v. 155. ὃ καὶ δέδοικα] Sic libri tantum non omnes. Aldus et perpauci libri, uti Leid. B. et in var. lect. Vat. 1., ᾧ καὶ δέδοικα, ex aperta correctione.

v. 156. ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματρὸς] Recte binos hos dochmios novissimi editores restituerunt, et ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ pro vulgato olim ποῦ ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ e libris tantum non omnibus recte scriptum est: Scholiastae enim annotatio, quae pertinet ad repetitum ποῦ v. 158., istum errorem procreavit: ματρὸς au-

v. 155. ὃ καὶ δέδοικα] Vide infra v. 263. et Hecubae v. 13: ὃ καί με γῆς ὑπεξέπεμψεν. cum annot. Pflugkii, tum Rost. §. 104. annot. 7. p. 498. extrem. ed. VI. Matth. §. 477. e. p. 893. ed. II. Ceterum recte A. Matthiae: „Verba," inquit, „videndi, adspiciendi, observandi saepe de dis usurpantur, iniuste factorum poenas exigentibus, proba contra remunerantibus. Vide quae notavi Miscell. philol. II. p. 19." Euphemismus autem est, quod paedagogus rem non aperte eloquitur.

v. 156. ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματρός] De dativo cum εἷς coniuncto vide Matth. §. 385, 1. Rost. §. 105, 5. annot. 8. p. 515 seq., quamquam non adeo conclusa constructio est et ἐμοὶ pertineat etiam ad verbum ἐγένετο.

v. 158. εἰπέ, ποῦ 'στι Πολ.] Repetito ποῦ bene designari cupidum videndi animum Antigonae recte iam observavit Scholiasta. Vide quae diximus in explicatione v. 123.

v. 159 seq. ἑπτὰ παρθένων τάφου πέλας Νιόβης] Negat Aristodemus apud Scholiastam ad h. l. unquam Thebis monumentum liberorum Niobes visum esse, ut haec Euripides de suo invenisse videatur. In numero autem liberorum Niobes videtur Euripides hic et in Cresphonte fragm. XI. p. 125. Matth. vulgarem opinionem secutus esse, sed valde discrepant inter se scriptores veteres in hac re. Homerus enim sex filios totidemque filias tribuit Niobae, Hesiodus decem filios totidemque filias, Sappho novem filios novemque filias, alii etiam minorem numerum definiverunt, ut Hellanicus apud Scholiastam ad h. l., ut vere iam Gellius Noct. Att. XX, 7. dixerit: miram et prope adeo ridiculam diversitatem fabulae apud Graecos poetas deprehendi super numero Niobae filiorum. Varie autem ea fabula tractata est a poetis, de quibus cf. potissimum Homeri Iliad. XXIV, 602 seqq. Ovidii Metamorph. VI, 146 seqq. et quae

Νιόβης Ἀδράστῳ πλησίον παραστατεῖ.
ὁρᾷς;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὁρῶ δῆτ' οὐ σαφῶς, ὁρῶ δέ πως
μορφῆς τύπωμα στέρνα τ' ἐξεικασμένα.
ἀνεμώκεος εἴθε δρόμον νεφέλας
ποσὶν ἐξανύσαιμι δι' αἰθέρος
πρὸς ἐμὸν ὁμογενέτορα, περὶ δ' ὠλένας
δέρᾳ φιλτάτᾳ βάλοιμι χρόνῳ

tem pro librorum scriptura *ματέρος* coniecerat G. Hermannus, quem reliqui secuti sunt.

v. 163. *ἐξεικασμένα*] Sic libri omnes. *ἐξῃκασμένα* Taur., quod ut non falsum, sic necessarium non puto. Cf. Rost. §. 67, 2. c. p. 186. ed. VI.

v. 166. *βάλοιμι χρόνῳ*] Sic libri, quam productionem quum G. Hermannus ferendam non putaret, nuper edidit e coniectura sua: *βάλοιμ' ἐν χρόνῳ*. Talia notanda, non corrigenda existimo.

commentatus est Heynius ad Apollodori Bibl. III, 5, 6., ab historicis, de quibus v. Schol. ad l. l. Heynium ad l. l., etiam a philosophis, de quibus comparetur Ciceronis Disp. Tusc. III, 26, 63. cum annotat. nostra p. 361., tum ab artificibus, de quibus vide Plinii Hist. nat. XXXVI, 4, 8. et potissimum Angeli Frabroni Dissert. sur les statues appartenantes à la fable de Niobe etc. Flor. 1779. fol. et Meyerum in Propyl. II, 1, 48 seqq. II, 2, 123 seqq. et quae attulit Chr. Dan. Beckius in Grundriſs der Archaeol. (Lips. 1816.) p. 221 seq.

v. 160. *Ἀδράστῳ πλησίον παραστατεῖ*] *Εἰκότως τούτῳ παρίσταται καὶ τοῦτον θεραπεύει, δι' οὗ τὴν εἰς τὴν πατρίδα κάθοδον προσεδόκα αὐτῷ γενέσθαι.* SCHOLIASTA. Ceterum hic Euripides Adrastum in numerum septem illorum retulit ex eorum ratione, quos etiam Apollodorus Bibl. III, 6, 3. secutus est, et Hyginus Fab. LXX, contra ipse in Supplicib. 872 seqq. Eteoclum pro Adrasto

sto nominat, quod idem fecerunt Aeschylus in Sept. adv. Theb. v. 381 seqq. et Sophocl. in Oed. Colon. v. 1316 seqq. ed. Elmsl. Animadvertit discrepantiam iam Script. argum. Aeschyleae tragoediae ap. Blomf., quem laudavit G. Hermannus, tum Scholiasta Euripidis ad huius fabulae v. 181.

v. 162. *μορφῆς τύπωμα στέρνα τ' ἐξεικασμένα*] Expressit haec Iulianus Orat. VIII. p. 247. D: *Οὐχὶ σαρκία καὶ νεῦρα καὶ μορφῆς τύπωμα στέρνων τε ἐξείκασμα πρὸς ἀρχέτυπον σώματος.* Cf. Wyttenb. Ep. crit. p. 23.

v. 163 seq. *ἀνεμώκεος εἴθε δρόμον νεφέλας κτλ.*] Hunc locum imitatus videtur Seneca in Phoen. v. 420 seq.: Quis me procellae turbine insanae vehens Volucer per auras ventus aetherias aget? Cf. etiam Soph. Oed. Col. v. 1081 seqq. Br.: *Εἴθ' ἀελλαία ταχύρρωστος πελειὰς αἰθερίας νεφέλας κύρσαιμ', αὐτῶν δ' ἀγώνων θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα.*

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ἔθη τάδ', ὦ παῖ· σὺν δίκῃ δ' ἥκουσι γῆν·
ὃ καὶ δέδοικα μὴ σκοπῶσ' ὀρθῶς θεοί.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματρὸς
πολυπόνῳ μοίρᾳ;
ὦ φίλτατ', εἰπέ, ποῦ 'στι Πολυνείκης, γέρον.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ἐκεῖνος ἑπτὰ παρθένων τάφου πέλας

v. 155. ὃ καὶ δέδοικα] Sic libri tantum non omnes. Aldus et perpauci libri, uti Leid. B. et in var. lect. Vat. 1., ᾧ καὶ δέδοικα, ex aperta correctione.

v. 156. ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματρὸς] Recte binos hos dochmios novissimi editores restituerunt, et ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ pro vulgato olim ποῦ ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ e libris tantum non omnibus recte scriptum est: Scholiastae enim annotatio, quae pertinet ad repetitum ποῦ v. 158., istam errorem procreavit: ματρὸς au-

v. 155. ὃ καὶ δέδοικα] Vide infra v. 263. et Hecubae v. 13: ὃ καὶ με γῆς ὑπεξέπεμψεν. cum annot. Pflugkii, tum Rost. §. 104. annot. 7. p. 498. extrem. ed. VI. Matth. §. 477. e. p. 893. ed. II. Ceterum recte A. Matthiae: „Verba," inquit, „videndi, adspiciendi, observandi saepe de dis usurpantur, iniuste factorum poenas exigentibus, proba contra remunerantibus. Vidi quae notavi Miscell. philol. II. p. 19." Euphemismus autem est, quod paedagogus rem non aperte eloquitur.

v. 156. ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματρός] De dativo cum εἷς coniuncto vide Matth. §. 385, 1. Rost. §. 105, 5. annot. 8. p. 515 seq., quamquam non adeo conclusa constructio est et ἐμοὶ pertineat etiam ad verbum ἐγένετο.

v. 158. εἰπέ, ποῦ 'στι Πολ.] Repetito ποῦ bene designari cupidum videndi animum Antigonae recte iam observavit Scholiasta. Vide quae diximus in explicatione v. 123.

v. 159 seq. ἑπτὰ παρθένων τάφου πέλας Νιόβης] Negat Aristodemus apud Scholiastam ad h. l. unquam Thebis monumentum liberorum Niobes visum esse, ut haec Euripides de suo invenisse videatur. In numero autem liberorum Niobes videtur Euripides hic et in Cresphonte fragm. XI. p. 125. Matth. vulgarem opinionem secutus esse, sed valde discrepant inter se scriptores veteres in hac re. Homerus enim sex filios totidemque filias tribuit Niobae, Hesiodus decem filios totidemque filias, Sappho novem filios novemque filias, alii etiam minorem numerum definiverunt, ut Hellanicus apud Scholiastam ad h. l., ut vere iam Gellius Noct. Att. XX, 7. dixerit: miram et prope adeo ridiculam diversitatem fabulae apud Graecos poetas deprehendi super numero Niobae filiorum. Varie autem ea fabula tractata est a poetis, de quibus cf. potissimum Homeri Iliad. XXIV, 602 seqq. Ovidii Metamorph. VI, 146 seqq. et quae

Νιόβης Ἀδράστῳ πλησίον παραστατεῖ.
ὁρᾷς;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὁρῶ δῆτ' οὐ σαφῶς, ὁρῶ δέ πως
μορφῆς τύπωμα στέρνα τ' ἐξεικασμένα.
ἀνεμώκεος εἴθε δρόμον νεφέλας
ποσὶν ἐξανύσαιμι δι' αἰθέρος
πρὸς ἐμὸν ὁμογενέτορα, περὶ δ' ὠλένας
δέρᾳ φιλτάτᾳ βάλοιμι χρόνῳ

tem pro librorum scriptura *ματέρος* coniecerat G. Hermannus, quem reliqui secuti sunt.

v. 163. *ἐξεικασμένα*] Sic libri omnes. *ἐξῃκασμένα* Taur., quod ut non falsum, sic necessarium non puto. Cf. Rost. §. 67, 2. c. p. 186. ed. VI.

v. 166. *βάλοιμι χρόνῳ*] Sic libri, quam productionem quum G. Hermannus ferendam non putaret, nuper edidit e coniectura sua: *βάλοιμ' ἐν χρόνῳ*. Talia notanda, non corrigenda existimo.

commentatus est Heynius ad Apollodori Bibl. III, 5, 6., ab historicis, de quibus v. Schol. ad l. l. Heynium ad l. l., etiam a philosophis, de quibus comparetur Ciceronis Disp. Tusc. III, 26, 63. cum annotat. nostra p. 361., tum ab artificibus, de quibus vide Plinii Hist. nat. XXXVI, 4, 8. et potissimum Angeli Fabroni Dissert. sur les statues appartenantes à la fable de Niobe etc. Flor. 1779. fol. et Meyerum in Propyl. II, 1, 48 seqq. II, 2, 123 seqq. et quae attulit Chr. Dan. Beckius in Grundriſs der Archaeol. (Lips. 1816.) p. 221 seq.

v. 160. *Ἀδράστῳ πλησίον παραστατεῖ*] *Εἰκότως τούτῳ παρίσταται καὶ τοῦτον θεραπεύει, δι' οὗ τὴν εἰς τὴν πατρίδα κάθοδον προσεδόκα αὐτῷ γενέσθαι.* SCHOLIASTA. Ceterum hic Euripides Adrastum in numerum septem illorum retulit ex eorum ratione, quos etiam Apollodorus Bibl. III, 6, 3. secutus est, et Hyginus Fab. LXX, contra ipse in Supplicibus 870 seqq. Eteoclum pro Adrasto nominat, quod idem fecerunt Aeschylus in Sept. adv. Theb. v. 381 seqq. et Sophocl. in Oed. Colon. v. 1316 seqq. ed. Elmsl. Animadvertit discrepantiam iam Script. argum. Aeschyleae tragoediae ap. Blomf., quem laudavit G. Hermannus, tum Scholiasta Euripidis ad huius fabulae v. 181.

v. 162. *μορφῆς τύπωμα στέρνα τ' ἐξεικασμένα*] Expressit haec Iulianus Orat. VIII. p. 247. D: *Οὐχὶ σαρκία καὶ νεῦρα καὶ μορφῆς τύπωμα στέρνων τε ἐξείκασμα πρὸς ἀρχέτυπον σώματος.* Cf. Wyttenb. Ep. crit. p. 23.

v. 163 seq. *ἀνεμώκεος εἴθε δρόμον νεφέλας κτλ.*] Hunc locum imitatus videtur Seneca in Phoen. v. 420 seq.: Quis me procellae turbine insanae vehens Volucer per auras ventus aetherias aget? Cf. etiam Soph. Oed. Col. v. 1081 seqq. Br.: *Εἴθ' ἀελλαία* [illegible] *αἰθερίας νεφέλας κύρσαιμ', αὐτῶν δ'* [illegible] *ὄμμα.*

φυγάδα μέλεόν. ὡς
ὅπλοισι χρυσέοισιν ἐκπρεπής, γέρον,
ἑῴοις ὅμοια φλεγέθων βολαῖς ἁλίου.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ἥξει δόμους τούςδ', ὥςτε σ' ἐκπλῆσαι χαρᾶς,
ἔνσπονδος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὗτος δ', ὦ γεραιέ, τίς κυρεῖ,
ὃς ἅρμα λευκὸν ἡνιοστροφεῖ βεβώς;

v. 168. ἐκπρεπής] Sic ediderat Valckenarius e Flor. A. Confirmarunt Flor. 2. 10. 33. Vict. Taur., qui hoc glossema habet διάδηλος. Vulgo et in plurimis libris εὐπρεπής, perpetua horum verborum confusione; aliquot libri etiam εὐτρεπής exhibent.

v. 169. ἁλίου] Sic G. Hermannus scripsit, quem recentiores praeter Bothium secuti sunt. Flor. 2. ἡλίου, reliqui libri ἀελίου.

v. 170. ἐκπλῆσαι] Sic Aldus et vett. edd., tum Flor. 18. Leid. B. Taur. Havn. Vulgo nunc e MSS. Kingii omnibus, Leid. A. Flor. A. Paris. A. Guelph. Florr. praeter 18. omnibus, Vict. Mosqu. D. Aug. b. editur ἐμπλῆσαι, quod ut non falsum, sic illud fortius esse existimo.

v. 171. τίς κυρεῖ] Quum in vett. edd. et libris MSS. non paucis, Flor. A. Leid. B. Harl. cod. Mus. Brit., Flor. 2. 10. 33. Taur. Havn., legeretur τίς πόθεν κυρεῖ, in aliis autem sane multis τίς πόθεν omisso verbo, veluti in cod. Coll. Corp. Chr. Leid. A. Mosq. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. b., recte fecerunt novissimi

v. 167. φυγάδα μέλεον] Olim haec verba quasi appositionem ad antecedentia πρὸς ἐμὸν ὁμογενέτορα retulerunt, quod per rationem grammaticam fieri nequit. Nunc recte interpretes inde a Porsono haec omnia coniunxerunt: περὶ δ' ὠλένας δέρᾳ φιλτάτᾳ βάλοιμι χρόνῳ φυγάδα μέλεον, ut aut hanc constructionem habeamus: ὠλένας περιβάλοιμι φυγάδα μέλεον vel ὠλένας βάλοιμι περὶ φυγάδα μέλεον δέρᾳ φιλτάτᾳ, brachia circumiacerem (circum) miserum exsulem in collo carissimo, aut ut, quod durius est, quum verba περὶ δ' ὠλένας δέρᾳ φιλτάτᾳ βάλοιμι per se constent, quasi liberior appositio ad hanc actionem accedant verba: φυγάδα μέλεον.

v. 169. ἑῴοις ὅμοια φλεγέθων βολαῖς ἁλίου] De accusativo ὅμοια pro adverbio posito vide Herod. III, 8: Σέβονται δὲ Ἀράβιοι πίστις ἀνθρώπων ὅμοια τοῖσι μάλιστα. Ibid. §. 57: ὅμοια τοῖσι πλουσιωτάτοισι. lib. VII. cap. 120: εἰ καὶ ἄριστον προείρητο ὅμοια τῷ δείπνῳ παρασκευάζειν. ὅμοιον ὥςτε habetur in Euripidis Oresta v. 688. Pors.

v. 171. ἔνσπονδος· Φίλιος, εἰρηναῖος, εἰρηνικός, μετὰ εἰρήνης. Τὸν Ὁμηρικὸν μιμεῖται ὁ Εὐριπίδης Μενέλαον, ὑπόσπονδον Πολυνείκην ἄγων εἰς τὰς Θήβας, ὡς ἐκεῖνος εἰς τὴν Ἴλιον εἰςῆλθε καταθησόμενος τὸν πόλεμον. SCHOLIASTA. Comparare iubet Bothius Iliad. III, 206. Dictyn Cret. I, 4 seqq.

v. 172. ὃς ἅρμα λευκὸν ἡνιοστροφεῖ] Λευκὸν τὸ ἅρμα φησὶ διὰ τοὺς ἵππους· ἐκ γὰρ τῶν ἵππων τὸ ἅρμα λέγει. SCHOL.

v. 174. σφάγια δ' ἅμ' αὐτῷ]

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ὁ μάντις Ἀμφιάραος, ὦ δέσποιν', ὅδε·
σφάγια δ' ἅμ' αὐτῷ, γῆς φιλαίματοι ῥοαί.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ λιπαροζώνου θύγατερ Ἀλίου
Σελαναία, χρυσεόκυκλον φέγγος,
ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα καὶ σώφρονα

editores, quod τίς κυρεῖ restituere maluerunt, quod in unum librum Reg. Societ. per coniecturam, ut opinor, receptum est, quam id quod, ut dicebam, multi libri offerunt: τίς πόθεν. Convenit enim unum illud sententiae et confirmatur quodammodo etiam Scholiastae testimonio: οὗτος δέ, ὦ γεραιέ, τίς ὑπάρχει, ὃς ἵππους λευκοὺς ἡνιοχεῖ ἐπιβεβηκώς; glossema autem cod. Guelph.: ἢ τὸ κυρεῖ περισσὸν ἢ τὸ πόθεν, demonstrat τίς πόθεν ipsum quoque e mera coniectura natum esse.

v. 176. *Σελαναία*] Defendit hanc formam Lobeckius in Paralipomenis p. 311. G. Hermannus ultimam eius nominis syllabam corripi voluit, incertus, idne *Σελαιναῖα* an *Σελαίναια* pronuntiandum esset.

v. 177. *ἀτρεμαῖα*] Sic primus Kingius edidit e cod. Soc. Reg. Habent hanc formam etiam alii libri, ut Flor. A. 2. 10. 33. Aug. d. Coll. Corp. Chr. Harl. Olim legebatur *ἀτρεμέα*, quod exhibent Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Taur.

Cf. infra v. 1109 seqq.: *Εἰς δὲ Προιτίδας Πύλας ἐχώρει σφάγι' ἔχων ἐφ' ἅρμασιν Ὁ μάντις Ἀμφιάραος.* Ceterum *φιλαίματοι ῥοαί* in seqq. recte iam interpretatus est G. Hermannus *αἵματος πολλοῦ ῥοαί*, sanguine plenas libationes, ut quod cod. Flor. 2. Vict. Aug. d. Havn. Vatic. 1. pro var. lect. exhibent *γῆς φιλαιμάτου ῥοαί* merum esse glossema appareat. Receptam scripturam iam agnoverant etiam Scholiastae, ipsi quoque *φιλαιμάτου* et *φιλαιμάτοιο* memorantes.

v. 175 seq. *Θύγατερ Ἀλίου Σελαναία*] Ἡσίοδος (Theog. v. 371.) φησὶν ἀδελφὴν Ἡλίου εἶναι τὴν Σελήνην· *Θεία δ' Ἠέλιόν τε μέγαν λαμπράν τε Σελήνην Γείνατο.* Αἰσχύλος δὲ καὶ φυσικώτερον θυγατέρα, παρόσον ἐκ τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς μεταλαμβάνει, ἀμέλει καὶ πρὸς τὰς ἡλιακὰς ὑποστάσεις μεταμορφοῦται ἡ σελήνη. SCHOLIASTA.

v. 177 seq. *ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα καὶ σώφρονα πώλοις μεταφέρων ἰθύνει*] Rectissime haec explicavit Scholiasta: *λίαν ἡσύχως καὶ εὐτάκτως τὴν μάστιγα ἔνθεν κἀκεῖθεν φέρων τοῖς πώλοις, ἰθύνει, αὐτοὺς δηλονότι, ἤγουν εἰς ὀρθὸν ἄγει.* neque aliter Eustathius p. 567, 35: *τοῦ δὲ μάστιξε περίφρασις ἀλλαχοῦ τὸ νώτῳ δ' ἐπέβαλλεν ἱμάσθλην· τὸ δὲ τραγικὸν περιφραστικώτερον ἐν τῷ κέντρα μεταφέρων ἰθύνει*, nisi quod in eius editionibus *μεταφέρων* circumfertur. In Scholiastae oratione facile intelligitur verbis *ἔνθεν κἀκεῖθεν* explicari vim praepositionis *μετά*, ut miror G. Hermannum, qui *καί* particula ante *σώφρονα* eiecta, *ἔνθεν ἐκεῖσε* ex

πώλοις μεταφέρων ἰθύνει.
ποῦ δ' ὃς τὰ δεινὰ τῇδ' ἐφυβρίζει πόλει
Καπανεύς;

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ἐκεῖνος προσβάσεις τεκμαίρεται
πύργων, ἄνω τε καὶ κάτω τείχη μετρῶν.

v. 178. *μεταφέρων*] *μετάφρενον* Eustathius ad Hom. Iliad. V. p. 557, 36. (p. 423, 22.) errore, ut videtur. Vide explicationem.

v. 180. Quum libri interiecto ante *προσβάσεις* numero *ἑπτὰ* versum uno pede longiorem haberent, scriptor libri Flor. A. *Καπανεύς* omisit, corrector metricus autem in lib. Soc. Reg. etiam audacius scripsit: *ἐκεῖνος ἑπτὰ προσβάσεις σκοπεῖ.* Recte videtur existimavisse Valckenarius, qui e similitudine v. 159. numerum ab librario adiectum esse pronuntiavit, quem reliqui critici secuti Euripidis oratione excidisse ratus, offensus etiam in pyrrichio *μετα*, totum locum ita constituerit: *ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα σώφρονα πώλοις ***** μεταφέρων ἰθύνει*, cuius audacissimae mutationis nullam satis idoneam causam dispicio.

v. 180. *ἐφυβρίζει*] *Μετὰ ὕβρεως ἀπειλεῖ τὰ χαλεπὰ τῇ πόλει.* SCHOL. Aeschyl. Sept. adv. Theb. v. 432: *Πύργοις δ' ἀπειλεῖ δείν', ἃ μὴ κράνοι τύχη.*

v. 181 seq. *ἐκεῖνος προσβάσεις τεκμαίρεται κτλ.*] Miro iudicio Bothius scripsit: *ἐκεῖνος. προσβάσεις τεκμαίρεται κτλ.*, quasi *ἐκεῖνος* monstrantis esset. Recte reliqui interpretes haec omnia coniunxerunt. De Capaneo comparavit Valckenarius praeter Philostrati Imag. I, 6. Statii Theb. X, 840: Ardua mox torvo metitur culmina visu.

v. 183. *βαρύβρομοι βρονταί*] Hunc locum risit Lucianus in Timone, §. 1: *ποῦ σοι νῦν ἡ ἐρισμάραγος ἀστραπὴ καὶ ἡ βαρύβρομος βροντὴ καὶ ὁ αἰθαλόεις καὶ ἀργήεις κεραυνός;*

v. 185 seq. *σύ τοι μεγαλανορίαν ὑπεράνορα κοιμίζεις*] In his multa novata sunt a criticis, partim a recentioribus, partim iam etiam ab antiquioribus. Ac primum quidem quum omnes libri et vett. edd. haberent *μεγαλανορίαν ὑπεράνορα* idque etiam Scholiastarum auctoritate, qui *μεγαλανορίαν* interpretantur *ὑπερηφανίαν, μεγαλαυχίαν, ἔπαρσιν, ἀλαζονείαν ὑπερήφανον* et quae sunt eiusmodi, et Eustathii, qui ad Hom. Iliad. IV. p. 462, 4. (p. 351, 38.) commutatis quidem verbis *μεγαλάνορα ὑπερηνορίαν*, ex hoc loco affert, testimonio confirmaretur, tamen quod verba *μεγαλανορίαν* et *ὑπεράνορα* inter se conciliari non posse viderentur, Valckenario, ille scribendum praecepit *μεγαληγορίαν*, quod voluit ipse eius Scholiastae auctoritate firmari, qui *μεγαλοῤῥημοσύνην* explicat, quae nulla est. Secuti tamen sunt Valckenarium Toupius, Brunckius, Beckius, Seidlerus, Hermannus olim, tum Dindorfii. At nuper G. Hermannus librorum auctoritatem explicavit et defendit. Rectissime. Nam et *μεγαλανορία* eodem modo usur-

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἰώ,
Νέμεσι καὶ Διὸς βαρύβρομοι βρονταί,
κεραύνιόν τε φῶς
αἰθαλόεν, σύ τοι
μεγαλανορίαν ὑπεράνορα κοιμίζεις·
ὅδ᾽ ἐστίν, αἰχμαλωτίδας
ὃς δορὶ Θηβαίας Μυκήναισι*

sunt.

v. 183. Νέμεσι] Sic liber Taurinensis, tum Suidas in vv. ἰώ, Νέμεσις, ὑψηλοτέρας. Libri plerique: Νέμεσις.

v. 184. κεραύνιόν τε φῶς] Sic auctore G. Hermanno e Flor. A. 2. 10. 21. 33. Vict. Taurin. Havn. Leid. B. Venet. a. b. August. d., tum e scholiis cod. Guelph. m. 2. et Flor. 33. scripsi pro vulgato: κεραύνιόν τε πῦρ.

patur a Pindaro Nem. XI. v. 44. ed. Boeckh.: ἀλλ᾽ ἔμπαν μεγαλανορίαις ἐμβαίνομεν κτέ., coll. Fr. Iacobs. ad Anthol. Gr. Tom. IX. p. 347., et verba a simili radice ducta frequenter a Graecis coniugata sunt, id quod allatis similitudinibus multis docuit Hermannus; tum Graeci etiam libenter similes syllabas ac voces cumulaverunt, qua de re vide quae explicavimus ipsi ad Medeam v. 365. p. 48. ed. Pflugk. II. et ad v. 475. p. 57. eiusd. ed. Deinde quum libri optimi ac plurimi haberent: σύ τοι — κοιμίζεις, veluti Leid. B. Paris. A. Flor. 2. 6. 9. 10. 33. Taur., quibus patrocinarentur etiam Leid. A. Flor. 18. 21. 34. Aug. b. Mosqu. D. Victor., qui κομίζεις scribendi errore offerrent, idque etiam Aldus et reliqui veteres vulgassent, tamen recentiores critici ex paucorum librorum testimonio (attulerunt var. lect. cod. K. Guelph., tum codd. Cant. M. R., denique Harlei., qui κομίζοις habet), quum Flor. A. κοιμίζων peccaret, ediderunt: σύ τοι — κοιμίζοις, quod mihi, verum ut dicam, propter usum τοὶ particulae vix Graecum esse videtur.

Veram scripturam iam Scholiastae explicaverunt: τὸ κοιμίζεις εἰ μὲν ō καὶ ῑ γράφεις, μερικόν ἐστι πρὸς μόνον τὸν Καπανέα· εἰ δὲ ῑ καὶ ῑ, καθόλου, οἷον· σὺ τὴν ὑπερηφανείαν κοιμίζεις, καὶ οὗτος, τοιοῦτος ὤν, κατενεχθήσεται. Huic igitur universae rationi horum verborum τοὶ particula unice convenit. Vide quae ad Devarium Vol. II. p. 735 seqq. explicavimus.

v. 188 seq. ὃς δορὶ Θηβαίας Μυκήναισι Λερναίᾳ τε δώσειν τριαίνᾳ] Hanc librorum omnium scripturam (leve enim est quod perpauci libri habent Μυκήναισιν) confirmant Scholiastae, qui ad infinitivum δώσειν alius aliud verbi supplendum existimant, ut mirer grammaticos recentiores, qui locum corruptum pronuntiarunt. Rectissime Valckenarius: „Mihi," inquit, „cum Battierio δώσειν minime videtur sollicitandum, quod codd. etiam constanter praeferunt: verborum dicendi frequens est ellipsis; imprimis illa convenit Antigonae, propter magniloquum Capanei tumorem indignanti." Antigona nimirum facinus Capa-

Λερναίᾳ τε δώσειν τριαίνᾳ,
Ποσειδωνίοις Ἀμυμωνίοις
ὕδασι, δουλείαν περιβαλών;
μήποτε, μήποτε τάνδ', ὦ πότνια,
χρυσεοβόστρυχον ὦ Διὸς ἔρνος Ἄρτεμι,
δουλοσύναν τλαίην.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ὦ τέκνον, εἴσβα δῶμα καὶ κατὰ στέγας
ἐν παρθενῶσι μίμνε σοῖς, ἐπεὶ πόθου
εἰς τέρψιν ἦλθες ὧν ἔχρῃζες εἰσιδεῖν.

v. 190. *Ποσειδωνίοις Ἀμυμωνίοις*] Sic multi libri et *Ποσειδωνίοις* quidem Flor. 2. 18. 21. 33. 34. Taurin., quam formam firmavit Valckenarius Etym. Magn. p. 226, 53: *διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται — καὶ τὰ ἀπὸ τῶν εἰς ῶν περισπωμένων — πλὴν τοῦ Ποσειδῶν Ποσειδώνιος*, tum *Ἀμυμωνίοις* Mosqu. D. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 33. 34. Taurin. Aug. b. Havn., etiam Leidd. A. B. eam formam habent. Olim *Ποσειδωνείοις* et *Ἀμυμωνείοις* legebatur.

v. 193. *χρυσεοβόστρυχον*] Sic Aldus et vett. edd., quam scripturam confirmant Flor. 2. 33. Taur. Havn., cod. Societ. Reg., Mus. Brit., Cantabr. a pr. m., tum Cantabr. M. pro var. lect., et Harl., qui habet *χρυσεοβόστρυχος*. *Χρυσεοβόστρυχε* Flor. A. Leidd. A. B. Flor. 5. 6. 9. 10. 18. 21. 34. Guelph. Aug. b. d. et sic Kingius, Valcken., Brunck., Musgr. Recte novissimi editores *χρυσεοβόστρυχον* restituerunt. Facile enim illud nasci potuit, si quis ad antecedentia respiceret. Tum *Ἄρτεμις* Flor. A. Leidd. A. B. Guelph. Flor. 5. a pr. m. 6. 9. 18. 21. Aug. b.

v. 199. *χωρεῖ*] Falsam scripturam *χώρει*, quam habet praeter veteres editiones cod. Havn., commemoravit iam Scholiasta.

v. 200. „Edd. et MSS. *γάρ*, praeter Flor. 10., in quo ut apud Stobaeum LXXIII, 36. *δὲ* est, quod Porsonus aliique receperunt. Ald. Aug. d. Havn.: *φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν γένος*

nei ipsum quasi futurum revera, id quod diceretur *δώσει*, noluit significare, itaque modum verbi infinitivum posuit, ad quem non magis certum quoddam verbum supplendum est quam ad Latinorum infinitivos historicos. Graece autem ita dici potuisse is recte existimabit, qui non formulas, sed veram modorum vim ac significationem e grammaticis didicerit. Manserunt enim permulta huius usus vestigia in certis quibusdam formulis. Nam etiam ibi, ubi certa lege infinitivus pro imperativo ponitur, hoc non fit nisi ita, ut factum simplex ponatur, quasi conveniens praesenti conditioni rerum, non ut infinitivus aliquam imperandi vim habeat.

v. 189, *Λερναίᾳ τε δώσειν τριαίνᾳ*] „Locum esse, qui dictus sit *Λερναία τρίαινα*, auctoribus Scholiasta et Nonno VIII, 242. monuit R. Ungerus in Thebanis paradoxis Vol. I. p. 193., qui de rebus Thebanis et diligentissime et copiosissime exposuit. Picturis et commentatione docta fabulam Amymonae illustravit Otto Iahnius in Vasorum picturis Hamburgi editis a. 1839. cap. V." G. HERM.

ὄχλος γάρ, ὡς ταραγμὸς εἰςῆλθεν πόλιν,
χωρεῖ γυναικῶν πρὸς δόμους τυραννικούς.
φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ,
σμικράς τ' ἀφορμὰς ἢν λάβωσι τῶν λόγων,
πλείους ἐπειςφέρουσιν· ἡδονὴ δέ τις
γυναιξὶ μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλας λέγειν.

ΧΟΡΟΣ.

(στρ. α'.)

Τύριον οἶδμα λιποῦσ' ἔβαν
ἀκροθίνια Λοξίᾳ

ἔφυ. Vide ad Sophocl. Philoct. 81. ad Androm. 181. Nihil moror I. A. Hartungium, cui, nisi γένος scribatur, non Graeca esse oratio visa est in Annal. Berol. 1839. m. Nov. n. 87." G. HERMANNUS.

v. 201. σμικράς τ' ἀφορμὰς] Sic primus Kingius e cod. Reg. Soc. Habent Mosqu. D. Guelph. Aug. b. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Ceteri libri σμικρὰς δ' ἀφορμάς, praeter Flor. 10. 33., qui copulam plane omittunt. Hos duos libros nuper secutus est G. Hermannus: ego maxime propter librorum auctoritatem τ' retinui. Mox τῶν λόγων Euripidis libri, Stobaei libri l. l. multi τῶν ψόγων, quod non accipio.

v. 203. ἀλλήλας] Sic primus Musgravius scripsit e MS. (Paris.) B. Exc. Put. Habent Cantabr. a pr. m. M. pro var. lect. (Paris. A.) Flor. 2. 10. 18. 21. 33. 34. Vict. Taurin. Tum Stob. in MS. Paris. et ed. princ. Olim legebatur ἀλλήλαις, quod habent Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. Aug. d. Havn., tum Etym. Magn. p. 420, 19. Choricius ap. Villois. Diatr. p. 19. Rectissime Porsonus: Ἀλλήλαις λέγουσιν est: dicunt inter se, ἀλλήλας λέγουσι: dicunt altera de altera. Vide Rost. §. 104, 4. p. 499. ed. VI.

v. 198. ὄχλος γάρ, ὡς ταραγμὸς κτέ.] Ἐπεὶ γὰρ ταραγμὸς εἰςῆλθεν εἰς τὴν πόλιν (nempe strepitus militaris appropinquantis Argivorum exercitus), ὄχλος γυναικῶν χωρεῖ εἰς τὰ βασίλεια, ἵν' ᾖ ὁ νοῦς· παραγενομένων τῶν Ἀργείων καὶ πολεμούντων τοῖς Θηβαίοις, ὄχλος γυναικῶν εἰς τὰ βασίλεια παραγέγονεν. λέγει δὲ τὰς τοῦ χοροῦ γυναῖκας, αἵτινες νεωστὶ ἦσαν ἀπὸ Φοινίκης ἐλθοῦσαι. SCHOLIASTA.

v. 205. ἀκροθίνια Λοξίᾳ] Vidit G. Hermannus in praef. ad hanc fabulam p. XI seqq. hic et v. 284., ubi hae virgines se dicunt esse δορὸς ἀκροθίνιον, ea verba non ita interpretanda esse, ut ipsas captivas hic haberemus virgines, sed videri illas selectas e Tyria urbe, cognata per Agenoridas Thebanae, mittique ad Apollinem Delphicum propter aliquam victoriam, quam de hoste non nominato a poeta retulisse Agenoridae viderentur; ἀκροθίνια enim etiam latius patere nec solum de ipsis praedae primitiis dici, sed significare quidquid in aliquo numero praestantissimum esset. Hoc per se non est improbabile, sed haec probabiliora mihi videntur

Φοινίσσας ἀπὸ νάσου
Φοίβῳ δούλα μελάθρων,
ἵν' ὑπὸ δειράσι νιφοβόλοις
Παρνασοῦ κατενάσθην,
Ἰόνιον κατὰ πόντον ἐλά-
τᾳ πλεύσασα, περιῤῥύτων
ὑπὲρ ἀκαρπίστων πεδίων

v. 207. **Φοίβῳ δούλα**] Sic inde ab Aldo vulgabatur, itaque habent Flor. 2. 10. Vict. Havn. Taurin. Contra Kingius et Valckenarius scripserunt **Φοίβου δούλα** idque est in Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 33. 34. Aug. b.

v. 208. **νιφοβόλοις**] Sic codd. omnes et Scholiastae. Mero errore Aldus scripserat **νιφοβόλοιο**, cuius vestigia reliqui presserunt usque ad Kingium.

v. 209. **κατενάσθην**] Sic libri et Scholiastae. Kingius et G. Hermannus coniecerunt **κατενάσθη**, quod receperunt Dindorfii. Vide explicationem nostram.

esse: illas virgines selectas, ut ipsae dicunt, e Tyria urbe mitti quidem propter victoriam olim ab Agenoris filio Phoenice de Tyro vetere reportatam, verum non ex expugnatae urbis praeda mitti, id quod per temporis rationem fieri non potest, sed in memoriam expugnatae urbis. Sic illae sunt ἀκροθίνια quidem expugnatae Tyri, sed tamen et iuvenili aetate et ex cognata Thebis urbe oriundae. Vestigia talis moris Euripides ex aliqua historia reprehendisse videtur. Nam sine exemplo vix poterat haec omnia fingere. De simili dedicatione fatidicae Tiresiae filiae, per Epigonos expugnatis Thebis facta, Valckenarius comparavit Diodorum Siculum IV, 56. cum annot. Wesselingii.

v. 207. **Φοίβῳ δούλα μελάθρων**] Haec verba aptius cum sententia quae sequitur finali coniungenda erant, quod ita virgines illae in iugis Parnassi collocari debebant, ut essent Apollini templi famulae. De dativo **Φοίβῳ** vide quae supra ad v. 17. annotavimus, coll. v. 205. De **ἱεροδούλοις** autem cf. A. Hirtii librum: Die Hierodulen, mit Beilagen von A. Boeckh und Phil. Buttmann. Berol. 1818.

v. 208 seq. **ἵν' ὑπὸ δειράσι νιφοβόλοις Παρν. κατενάσθην**] De ἵνα finali in re non facta cum indicativo coniuncto conferas Euripidis Iphig. Taur. v. 347. Matth.: **ἵν' αὐτοὺς ἀντετιμωρησάμην**. et Lysiae Defens. Simon. §. 21: **ἐβουλόμην δ' ἂν — Σίμωνα τὴν αὐτὴν γνώμην ἐμοὶ ἔχειν, ἵν' ἀμφοτέρων ἡμῶν ἀκούσαντες τἀληθῆ ῥαδίως ἔγνωτε τὰ δίκαια**, coll. eiusd. orat. de caede Eratosth. §. 40. **ἵνα μετ' ἐμοῦ τὸν μοιχὸν ἐτιμωρεῖτο**, tum Matth. §. 519. 6. Rost. §. 122. 13. p. 656 seq. ed. VI. me ad Devarium Vol. II. p. 630 seq.

v. 210. **Ἰόνιον κατὰ πόντον**] „Quod mare hoc intelligendum sit, docet Eustathius ad Dionysium v. 92: **λέγουσι δέ τινες καὶ τὸ ἀπὸ Γάζης μέχρις Αἰγύπτου πέλαγος Ἰόνιον λέγεσθαι ὁμοίως ἀπὸ τῆς Ἰοῦς**, quae sumpta sunt ex Stephano Byzantio [p. 147, 25. ed. We-

Σικελίας Ζεφύρου πνοαῖς
ἱππεύσαντος ἐν οὐρανῷ
κάλλιστον κελάδημα,

(ἀντ. α΄.)

πόλεος ἐκπροκριθεῖσ' ἐμᾶς
καλλιστεύματα Λοξίᾳ·
Καδμείων δ' ἔμολον γᾶν,

v. 212. *ἀκαρπίστων*] Sic codd. et Scholiastae, etiam Eustathius ad Hom. Iliad. p. 1001, 49. *εὐκαρπίστων* e correctione habent cod. Reg. Societ. et Mosqu. D., tum enarrator aliquis recentior huius loci. Vide explicationem.

v. 216. *πόλεος*] Sic primus Musgravius scripsit itaque cod. Havn. dicitur habere. Vulgo: *πόλεως*.

v. 218. *Καδμείων δ' ἔμολον*] Sic Flor. A. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. omnes, Aug. b. itaque iam Kingius e codd. suis ediderat, quem Valckenarius et recentiores praeter Porsonum omnes iure secuti sunt.

sterm.], apud quem nunc perturbata est scriptura. Per illud igitur mare dum vehuntur navi choricae virgines, quoniam adversus ab Siculo mari Zephyrus impedit, quominus Delphos navigari possint, remigando Thebas veniunt." G. HERMANNUS.

v. 211 seqq. *περιῤῥύντα ἀκάρπιστα πεδία Σικελίας* dici aequora ponti, quae circum Siciliam aestuent, recte intellexerunt hodie interpretes, et *ἀκάρπιστα πεδία* quidem in imitationem Homericae vocis *θάλασσα ἀτρύγετος* appellari mare praeter Schol. ad h. l. iam Eustathius ad Iliad. p. 1003, 60. (p. 1001, 51.) et Scholiasta Venet. ad Iliad. ο΄, 27. annotarant. Euripidis vocem expressit Horatius Carm. IV, 4, 43 seq.: Ceu flamma per taedas vel Eurus Per Siculas equitavit undas, ad quem locum de equitandi quidem verbo assimilavit Orellius Vet. Poet. in fragm. Censorino subiecto c. 14: Eure, beato lumine volitans, qui per coelum candidus equitas.

v. 214 seq. *ἐν οὐρανῷ κάλλιστον κελάδημα*] Haec verba Heindorfius ad Platonis Gorg. §. 135. et A. Matthiae per se stare et liberiorem appositionem ad universam caussam continere voluerunt, G. autem Hermannus recte eum accusativum retulit ad verbum *ἱππεύσαντος*, quia Zephyrus per Siculas undas equitans pulcro fremitu spiraret, cuius rei auctorem poterat adhibere etiam Scholiastam veterem, qui p. 62. itemque p. 64. ed. Matth. ipse quoque accusativum istum aptius cum participio *ἱππεύσαντος* in explicatione sua coniunxit.

v. 216. *ἐκπροκριθεῖσ'*] Ἐπιλεχθεῖσα ἐγὼ ἐκ τῆς ἐμῆς πόλεως, ὡς καλλίστευμά τι καὶ ἄγαλμα τῷ Λοξίᾳ. Ὡς πρὸς σημαινόμενον δὲ ἀπέδωκεν· ἐκ πολλῶν γὰρ ὁ χορός. SCHOLIASTA. Scilicet quum dixisset *ἐκπροκριθεῖσα*, mox dixit *καλλιστεύματα*. Sic v. 204 seq. *λιποῦσα* et *ἀκροθίνια* dicta sunt.

κλεινῶν Ἀγηνοριδᾶν
ὁμογενεῖς ἐπὶ Λαΐου
πεμφθεῖσ᾽ ἐνθάδε πύργους.
ἴσα δ᾽ ἀγάλμασι χρυσοτεύ-
κτοις Φοίβῳ λάτρις γενόμαν·
ἔτι δὲ Κασταλίας ὕδωρ

v. 219. Ἀγηνοριδᾶν] Sic Guelph. Havn. Taurin. et edd. vett. Ἀγηνοριδῶν Scholiasta. Ἀγηνωριδᾶν peccant Flor. 10. 33., tum Hervag. 2. Cant. Musgr. Ἀγηνωριδῶν Leidd. Flor. reliqui, Mosqu. D. Aug. b.

v. 221. πεμφθεῖσ᾽ ἐνθάδε πύργους] Sic Barnes. et Valcken. e Flor. A. Leidd. A. B. Gu. Flor. 5. 6. 9. 10. 18. 34. Olim versibus aliter dispositis legebatur per hiatum πεμφθεῖσα Ἐνθάδε πύργους.

v. 222. ἴσα]. Sic recte scripserunt recentiores. Olim ἴσαι legebatur. Tum χρυσοτεύκτοις Flor. omnes, Guelph. Havn. Taurin. Aldus et reliqui. χρυσεοτεύκτοις Bodlei. omnes, Mosqu. D. Paris. A. Aug. d. Ven. a. b. Musgravius χρυσεοτύποις scribendum putavit ex Electra v. 470. G. Hermannus, quum olim χρυσεοτύποις probasset, nuper, offensus etiam propter sententiam in vulgata

v. 219 seqq. κλεινῶν Ἀγηνοριδᾶν ὁμογενεῖς ἐπὶ Λαΐου κτέ.] Ἐνταῦθα εἰς τὴν τῶν Καδμείων γῆν ἀποσταλεῖσα, εἰς τοὺς οἴκους τοῦ Λαΐου καὶ τούτου τοὺς παῖδας συγγενεῖς ὄντας τῶν κλεινῶν Ἀγηνοριδῶν· τῶν γὰρ Ἀγήνορος οἱ μὲν τὰς Θήβας ᾤκησαν, οἱ δὲ τὴν Φοινίκην, οἱ δὲ ἄλλην χώραν. SCHOLIASTA. Is igitur verba κλεινῶν Ἀγηνοριδᾶν retulit ad sequentia. Rectissime. Dicitur enim hoc: huc missa ad urbem Laii cognatione iunctam cum Agenoridis, dominis meis. Ita enim κλεινοὶ dicuntur, quod in patria virginum Tyriarum imperitant; vide praef. nostram ad Herc. fur. p. XV seq. ed. Pflugk. et annot. ad v. 56.

v. 222 seq. ἴσα δ᾽ ἀγάλμασι κτέ.] De ratione grammatica conferas Orest. v. 870. Matth.: τὸν δ᾽ ὥς τ᾽ ἀδελφὸν ἴσα φίλῳ λυπούμενον. De sententia autem minime possum assentiri G. Hermanno, qui negavit tam inepta in mentem venisse Euripidi. Quid enim inepti inest in hac virginum oratione, qua, quod sollenni dedicatione Apollini Delphico destinatae essent, se comparant cum rebus sacris in usum divinum paratis et dedicatis? Sunt enim illae ἀναθήματα revera — nam ἀνατιθέναι etiam de personis in hac causa usurpari monstrat Diod. Sic. IV, 56., de quo loco vide annot. ad v. 205. — eaque sententia eo minus offensioni erit hic posita, si ea verba, minore interpunctione post γενόμαν facta, id quod per se necesse est, aptius cum sequentibus verbis: ἔτι δὲ Κασταλίας ὕδωρ ἐπιμένει με κτὲ. coniungimus. Hoc enim dicit chorus, se ut sacram supellectilem, quae solet ex auro facta esse, dedicatas quidem esse Delphico deo, sed nondum ad ipsum dei servitium pervenisse, quod nondum sibi contigisset, ut comas suas Castaliae fonte irrigarent.

v. 223. γενόμαν] Facta quidem erat per dedicationem, sed re tamen vera tantummodo destinata ad hoc servitium. Hinc Scholiasta non male γενόμαν explicat per ἐτάχθην γενέσθαι.

ἐπιμένει με κόμας ἐμὰς
δεῦσαι παρθένιον χλιδὰν
Φοιβείαισι λατρείαις.

(ἐπῳδός.)

ὦ λάμπουσα πέτρα πυρὸς
δικόρυφον σέλας ὑπὲρ ἄκρων

scriptura, scripsit: ἵνα τ' ἀγάλμασι χρυσεοτύκοις Φοίβῳ λάτρις γενόμαν. „Hoc Euripides," inquit, „chorum dicentem fecit, se Thebis interim Phoebo ad statuas eius ministram esse factam. Sed vide explicationem.

V. 223. *γενόμαν*] Sic edidit Kingius e codd. suis. Habent hoc Leidd. A. B. Mosqu. D. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 33. 34. Aug. b. Eodem faciunt Guelph., qui *γενοίμαν* eraso ι habet, et Venet. b., qui *γενοίμαν* exhibet. Aldus ediderat *ἐγενόμαν* idque est in Taurin. Paris. A. Flor. 2. 10. *ἐγενόμην* in Vict. Havn. Vide Herm. Elem. doct. metr. p. 529 seq.

V. 228. *ὦ λάμπουσα*] Plerique libri *ἰώ*, perpauci *ὦ* idque ex correctione, sed vera. Eadem varietas est in Medea v. 1247., ubi vide annotationem criticam nostram p. 120. ed. Pflugk. II.

v. 224. *ἔτι δὲ Κασταλίας ὕδωρ*] *Κασταλία ἐστὶ πηγὴ ἐν Πυθίᾳ, εἰς ἣν λέγουσι τὰς ἱεροδούλους παρθένους λούεσθαι μελλούσας θεοπρόπιον φθέγγεσθαι παρὰ τῷ τρίποδι.* SCHOLIASTA. Apud Horatium Carm. III, 4, 61 seq. ipse Apollo dicitur crines lavare eo fonte: Qui rore puro Castaliae lavit Crines solutos.

v. 225 seq. „Porsonus cum Brunckio ex Par. A. *ἐμᾶς* scripsit pro *ἐμάς*, quod recte defendit Matthiae habueruntque Scholiastae. Nam rore puro Castaliae lavans crines parat sibi *παρθένιον χλιδὰν* chorus." G. HERMANNUS. *ἐμᾶς* scribendum proposuerat etiam Valckenarius. Equidem, ut servo reliquorum librorum scripturam *κόμας ἐμάς*, ita verba *παρθένιον χλιδὰν* refero ad ipsam vocem *κόμας ἐμάς*, quae eo ipso fiunt *παρθένιος χλιδή*, quod lavantur et componuntur a puellis. Sic ex parte iam Scholiasta: *ἢ τὰς κόμας, αἳ κάλλος καὶ τρυφή εἰσι τῶν παρθένων.*

v. 227. *Φοιβείαισι λατρείαις*] *ἐπὶ ταῖς τοῦ Φοίβου λατρείαις.* SCHOLIASTA.

v. 228 seq. *ὦ λάμπουσα πέτρα πυρὸς δικόρυφον σέλας*] De vi transitiva verbi *λάμπειν* conferas Euripidis Helenae v. 1131: *δόλιον ἀστέρα λάμψας.* cum annotatione Pflugk. p. 108., tum Matth. §. 496. 2. p. 933. ed. II. Rost. §. 104, 3. annot. 4. p. 495. ed. VI.

v. 229. *δικόρυφον σέλας* dixit flammam, quae e duobus verticibus montis Parnassi lucet. De re conferas praeter Scholiastas ad h. l. P. Elmsleium ad Euripidis Bacchas v. 306. „Multa apud poetas," inquit, „mentio est flammae in monte Parnasso noctu lucentis, quam qui videbant Bacchum utraque manu facem gestantem cum solito famularum comitatu saltare credebant. Cuius ignis quae fuerit natura, eorum est investigare, qui in physicis versantur. Quod grammatici officium est, tragicorum nonnulla de eo testimonia apponam." Affert Sophoclis Antig. 1126

Βακχείων Διονύσου,
οἶνα θ', ἃ καθαμέριον
στάζεις τὸν πολύκαρπον
οἰνάνθας ἱεῖσα βότρυν,
ζάθεά τ' ἄντρα δράκοντος, οὔ-
ρειαί τε σκοπιαὶ θεῶν,

v. 233. „Quum libri omnes habeant ἱεῖσα βότρυν, non mutandus hic ordo verborum. Βότρυν prima correpta pronuntiandum. Est enim versus ex amphibracho sive palimbacchio et choriambo compositus." G. HERMANNUS.

v. 236. εἱλίσσων] Sic Aldus ac rell. vett. Flor. 2. Taurin.

seqq. Euripidis praeter hunc ipsum locum Ionem v. 711 seqq. v. 1125 seqq. Hypsipyles fragm. I. (p. 191. ed. Matth.).

v. 229 seq. ὑπὲρ ἄκρων Βακχείων Διονύσου] ἄκρας Βακχείας dicit propter hoc ipsum, quod Bacchum in istis cacuminibus montis saltare putabant. Genitivum autem Διονύσου post Musgravium Porsonus, Elmsleius ad Bacch. l. l., Bothius, G. Hermannus recte ad antecedentia retulerunt. Pertinet enim, ut Musgravius vidit, Διονύσου ad σέλας, ut in Ione v. 1125 seq. dicitur: Ξοῦθος μὲν ᾤχετ', ἔνθα πῦρ πηδᾷ θεοῦ Βακχεῖον κτέ.

v. 231 seqq. οἶνα θ', ἃ καθαμέριον κτέ.] De vite, quae erat in templo Bacchi, quod erat in altero cacumine Parnassi, quae uno eodemque die primam uvae gemmam emittebat, et maturam uvam praebebat, erudite disputavit Valckenarius ad Scholiast. ad h. v. Vol. II. p. 65 seq. ed. Lips. Similem vitem dicebant veteres in Euboea inveniri, in quam rem conferas Schol. ad h. l., qui Sophoclis locum e Thyeste affert: Ἔστι γάρ τις ἐναλία Γῆς Εὐβοίας· τῇδε Βάκχειος βότρυς Ἐπ' ἦμαρ ἕρπει· πρῶτα μὲν λαμπρᾶς ἕω Κεκλημάτωται χῶρος εὐανθὲς δέμας· Εἶτ' ἦμαρ αὔξει μέσσον ὄμφακος τύπον, Καὶ κλίνεταί γε κἀποπερκοῦται βότρυς. Δείλῃ δὲ πᾶσα τέμνεται βλαστουμένη Καλῶς ὀπώρα, κἀνακίρναται ποτόν. Attigit rem Stephanus Byzantius s. v. Νῦσα p. 212, 30. Westerm.: Δεκάτη ἐν Εὐβοίᾳ, ἔνθα διὰ μιᾶς ἡμέρας τὴν ἄμπελόν φασιν ἀνθεῖν καὶ τὸν βότρυν πεπαίνεσθαι.

v. 233. οἰνάνθας] οἰνάνθη δὲ ἡ πρώτη ἔκφυσις τῆς σταφυλῆς. SCHOLIASTAE.

v. 234. ζάθεά τ' ἄντρα δράκοντος] Speluncam draconis dicit eius, quem, quum locum hunc obtineret, Apollo interemit; Delphines huic nomen fuisse dicitur a Scholiastis ad h. l. itemque ab aliis scriptoribus, quos memoravit Heynius ad Apollod. I, 4, 1., ab aliis autem scriptoribus Python nominatur, qua de re vide Heynium ad Apollod. I, 6, 3. Quos Barnesius attulit versus Heliodori, ii habentur ap. Scholiastam ad Lycophr. 208: Ὁππότε πετραίης ὑπὸ δειράσι Παρνησσοῖο Δελφίνην τόξοισι πελώριον ἐξενάριξε. Rem ipsam accuratius depinxit Euripides in Iphig. Taur. v. 1211 seqq. ed. Matth. et Ovidius Metam. I, 438 seqq.

v. 235. οὔρειαί τε σκοπιαὶ θεῶν] Cf. hymn. in Apoll. v. 22 seq. v. 144 seq.

v. 236. εἱλίσσων] Hoc ver-

νιφόβολόν τ᾽ ὄρος ἱερόν, εἱ-
λίσσων ἀθανάτας θεοῦ
χορὸς γενοίμαν ἄφοβος
παρὰ μεσόμφαλα γύαλα Φοί-
βου, Δίρκαν προλιποῦσα.

ἑλίσσων reliqui libri. Scholiastae inter utramque scripturam fluctuant. Hic versus εἱλίσσων requirit. Vide ann. crit. ad v. 3.
v. 237. ἀθανάτας] Sic libri fere omnes et Scholiasta. Porsonus ex quatuor libris non optimis ἀθανάτου scripsit. Flor. 2. ἀθανάτους.

bum ii recte intellexerunt, quos Scholiasta ait posito post ὄρος commate interpretatos esse περιχορεύων. εἱλίσσειν saepe etiam alias intransitive dicitur.

v. 237. ἀθανάτας θεοῦ] Veteres interpretes, quod Diana et Apollo commune templum in Parnasso habebant eorumque mysteria coniuncta erant, Dianam hanc immortalem deam intelligunt. Cf. Schol. ad v. 229: *δικόρυφον — εἶπεν, ἐπείπερ ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ἄκραις τοῦ Παρνασσοῦ εἰσὶν ἱερά, τὸ μὲν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος, τὸ δὲ Διονύσου.* et ad h. l.: *ἀθανάτας θεοῦ· τῆς Ἀρτέμιδος. κοινὰ γάρ εἰσι τῆς Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος τὰ μυστήρια*, tum schol. ad v. 241., idque propter perpetuam Dianae et Apollinis consociationem maxime est probabile; cf. de simili causa Euripidis Iphig. Taur. v. 1200 seqq. ed. Matth. et hymn. Homericum in Apollinem v. 15. v. 158 seq. v. 165 seqq. 198 seq. Rem conficit denique hymnus Hom. XXV. in Dianam v. 14 seqq. *Ἔρχεται ἐς μέγα δῶμα κασιγνήτοιο φίλοιο, Φοίβου Ἀπόλλωνος, Δελφῶν ἐς πίονα δῆμον, Μουσέων καὶ Χαρίτων καλὸν χορὸν ἀρτυνέουσα. Ἔνθα κατακρεμάσασα παλίντονα τόξα καὶ ἰούς, Ἡγεῖται, χαρίεντα περὶ χροῒ κόσμον ἔχουσα Ἐξάρχουσα χορούς.* Sed G. Hermannus nuper, nescio quo iure, exstitit dicens Minervam intelligendam esse, quippe cuius honorandae, ubicumque fieri posset, occasionem captarent tragici. Esse autem *Ἀθηνᾶν Πρόνοιαν*, quae sacellum Delphis habuisset, de qua praeter censuram suam Muelleri Eumenidum p. 17 seqq. conferri ipse iubet Pausan. X, 8, 6. Aeschin. in Ctesiph. §. 108. 110. 111. 121. Diod. Sic. Exc. Vatic. XXII, 2. p. 52. ed. Dind. Sed quum Minerva separatum ab Apolline templum, separatum etiam cultum haberet, vix potuit ea commemorari hoc loco: facile autem quisque Dianam agnovit, quippe quae saepe in eiusmodi locis cum Apolline consociata inveniretur, ut hunc summi viri errorem vix amplius confutandum existimem.

v. 238. ἄφοβος dicit chorus, quod nunc in summo metu est, id quod apparet e v. 241 seqq., tum vero propter summam religionem rerum divinarum in magna securitate vitam deget, quum ad Apollinis cultum admissae erunt. Cf. Schol. ad h. l.

v. 239. *παρὰ μεσόμφαλα γύαλα Φοίβου*] *Φοίβου λέγει τὸν ἐν Δελφοῖς τοῦ θεοῦ ναόν, μέσον τῆς πάσης γῆς ἐσχηκότα χώραν, ὡς οἱ τοῦ μύθου ἀετοὶ ἔδειξαν. Γύαλα δὲ κυρίως αἱ τῶν ὀρῶν*

(στρ. β΄.)

νῦν δέ μοι πρὸ τειχέων
θούριος μολὼν Ἄρης
αἷμα δάϊον φλέγει
τᾷδ', ὃ μὴ τύχοι, πόλει·
κοινὰ γὰρ φίλων ἄχη·
κοινὰ δ', εἴ τι πείσεται
ἑπτάπυργος ἅδε γᾶ,
Φοινίσσᾳ χώρᾳ. φεῦ φεῦ.
κοινὸν αἷμα, κοινὰ τέκεα

v. 241. νῦν δέ μοι] νῦν γάρ μοι Leid. B. Aug. d. Havn. Metrum ceterorum librorum et Scholiastarum scripturam, confirmatam etiam Hephaestionis testimonio p. 18., satis tuetur. De metrica ratione haec annotat G. Hermannus: „Post epodum parodi rursum sequuntur antistrophica aliis numeris, ut aliis quoque in parodis chori: de qua ratione dixi in Elem. doctr. metr. III, 22, 10. Quodsi cui parodum finiri epodo, tum autem stasimum sequi placet, non repugnabo."

v. 244. τᾷδ', ὃ] Multi libri hic τᾶδε, ὃ habent et ut hic in hiatu, sic v. 246. plerique omnes libri in ellipsi peccant, πείσετ' aut πείσεθ' pro πείσεται exhibentes, qua in re nemo offendetur, quum in his rebus librarii non adeo religiosi fuerint.

v. 247. γᾶ] Sic pro vulgato γαῖα legendum praeceperat Barnesius, cuius coniectura confirmata est a libris Kingii, Flor. A. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. fere omnibus, quorum unus γαία habet.

v. 248. Φοινίσσᾳ χώρᾳ] Ex usitata olim scribendi ratione Φοινίσσα χώρα pro Φοινίσσαι χώραι errore nata est scriptura cod.

κοιλότητες. SCHOLIASTA. De aquilis istis cf. Schol. ad Orest. v. 321.

v. 243. αἷμα δάϊον φλέγει] Caedem pestiferam incendit huic — urbi. Αἷμα caedem significare recte docuit A. Matthiae allato v. 790. ed. suae. Neque de activa vi verbi φλέγειν hodie quisquam dubitabit; conf. quae supra ad v. 228. de verbo λάμπειν explicavimus, coll. Matth. §. 496, 2. Rost. §. 104, 3. annot. 4., ut sententiam recte reddiderit Scholiasta: πόλεμον ἀκμαῖον διαγείρει τῇδε τῇ πόλει.

v. 249 seqq. κοινὸν αἷμα, κοινὰ τέκεα κτἑ.] Τουτέστιν οἱ ἐκ Θηβῶν καὶ οἱ ἐκ Φοινίσσης ἕν εἰσι γένος, τέκνα ὄντες Ἰοῦς τῆς ἐρασθείσης μὲν ὑπὸ τοῦ Διός, εἰς βοῦν δὲ ἀμειφθείσης παρ' αὐτοῦ, ἵνα λάθῃ τὴν Ἥραν· διὸ καὶ κερασφόρον καλεῖ. Σκόπει δέ· ἀπὸ Ἰοῦς Ἔπαφος, οὗ Λιβύη, ἧς Βῆλος, οὗ Φοῖνιξ καὶ Ἀγήνωρ, οὗ Κάδμος, οὗ Πολύδωρος, οὗ Λάβδακος, οὗ Λάϊος, οὗ Οἰδίπους, οὗ Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης. SCHOLIASTA. Cf. Apollod. Bibl. II, 1, 3. cum annot. Heynii.

v. 254. φοινίου μάχης] Cf.

τᾶς κεραςφόρου πέφυκεν Ἰοῦς·
ὧν μέτεστί μοι πόνων.

(ἀντ. β΄.)

ἀμφὶ δὲ πτόλιν νέφος
ἀσπίδων πυκνὸν φλέγει,
σχῆμα φοινίου μάχης,
ἂν Ἄρης τάχ' εἴσεται,
παισὶν Οἰδίπου φέρων
πημονὰν Ἐρινύων.
Ἄργος ὦ Πελασγικόν,
δειμαίνω τὰν σὰν ἀλκὰν

Mosqu. D. Havn. *Φοίνισσα χώρα*, quam commemoravit et explicavit Schol. in cod. Aug. apud Valckenarium. Metrum et sententia ipsa repudiat eam scripturam.

v. 249. *τέκεα*] Sic libri paene omnes, MS. Coll. Corp. Chr. Flor. A. 5. 6. 9. 10. 18. 21. 33. 34. Paris. A. Mosqu. D. Guelph. *τέκνα* Flor. 2. Vict.

v. 252. *δὲ πτόλιν*] Sic Heathius scribendum praecepit. Libri: *δὲ πόλιν*, nisi quod Harl. *γὰρ* supra *δὲ* scriptum habet, Flor. 33. recepto glossemate *γὰρ δέ*.

v. 254. *φοινίου*] Libri Guelph. Mosqu. D. Flor. 18. 21. 34. usitato errore *φονίου* peccant.

v. 255. *εἴσεται*] Sic Cant. K. M. Paris. A. lib. Put. Flor. 2. 10. 33. Vict. Taurin. Havn. Vat. 1. idque agnoscunt etiam Scholiastae. *οἴσεται* facili errore venit in Mosqu. D. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34., tum pro var. lect. in Cant. M. et e corr. in Harl. et sic iam a Scholiastis commemoratur.

v. 259. *τὰν σὰν*] *τὴν σὴν* Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Mosqu. D. Aug. b. d.

Matth. §. 117. annot. p. 255. ed. II.

v. 255. *ἂν Ἄρης τάχ' εἴσεται*] Omnium pessime in hoc loco explicando versati sunt qui *εἴσεται* pro passivo accipi posse dicebant, id quod fieri numquam potest, neque recte Valckenarius hos locos intellexit, qui *εἴσεται* ita coniunxit cum participio *φέρων*, quasi hoc esset: intelliget se afferre, quam sententiam nullo modo hic locus recipit. Immo *εἴσεται* et per se dicitur et active. Dixit autem *εἴσεται* usitata metaphora pro perficiet. Sciet pugnam i. e. sciet, quomodo committat et excitet pugnam, aut simplicius etiam: pugnam excitabit. Hoc recte iam Scholiastae veteres intellexerunt, quorum unus: *Ἄμεινον δέ*, inquit, *τὸ εἴσεται ἀντὶ τοῦ ὁρμήσει*. Est autem acerbius *εἴσεται* quam *οἴσεται*, et in simili minatione dicitur in Iphig. Aul. v. 959. ed. Matth.: *τάχ' εἴσεται σίδηρος, ὃν, πρὶν εἰς Φρύγας Ἐλθεῖν, φόνου κηλῖσιν αἵματι χρανῶ κτέ.* Recte igitur Dindorfii et G. Hermannus *εἴσεται* ita receperunt, ut commate a sequentibus verbis separarent.

καὶ τὸ θεόθεν· οὐ γὰρ ἄδικον
εἰς ἀγῶνα τόνδ' ἔνοπλος ὁρμᾷ,
ὃς μετέρχεται δόμους.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

τὰ μὲν πυλωρῶν κλῇθρά μ' εἰςεδέξατο
δι' εὐπετείας, τειχέων εἴσω μολεῖν.
ὃ καὶ δέδοικα μή με δικτύων ἔσω
λαβόντες οὐκ ἐκφρῶσ' ἀναίμακτον χρόα.
ὧν οὕνεκ' ὄμμα πανταχῇ διοιστέον,

v. 260. *ἄδικον*] *ἄδικος* Cantabr. M. R.

v. 261. *ἔνοπλος*] *ἔνοπλον* Flor. 2. Vict. Taurin. Mox *ὁρμᾶται* Mosqu. D. Flor. 21.

v. 262. *ὃς μετέρχεται*] Libri et edd. veteres: *παῖς, ὃς μετέρχεται.* Cod. Cantabr. Reg. Societ. et Pariss. ap. Grotium *παῖς* omittunt, e correctione, sed vera, ut videtur. Nam potuit *παῖς* e Polynicis nomiue, si id per compendium scriptum erat, facile oriri, neque ullo modo ad sententiam necessarium est. Quod Ritschelius in Sched. crit. p. 25. proposuit: *εἰς ἀγῶνα τόνδ' ἔνοπλος ὁρμᾷ Παῖς μετέρχεται δόμους*, ut *ὁρμᾷ* dativus esset, id multis annis ante Batterius invenerat, et est invenustum, quod *ὁρμᾷ* non habet adiectivum. Multo etiam audacius nuper G. Hermannus scripsit: *Οὐ γὰρ ἄδικον εἰς ἀγῶνα τάνδ' ἔνοπλον ὁρμὰν παῖς μετέρχεται δόμους.*

v. 263. *κλῇθρά*] Sic Flor. 10. 33. Taurin. Vide ad 64.

v. 264. *εἴσω*] *ἔσω* Flor. 10. 33. Venet. a. Matth. Dind. Herm.

v. 266. *οὐκ ἐκφρῶσ'*] Hoc ex Schol. cod. Havn. annotatione: *Οἱ μὲν γράφουσιν οὔ με φρῶσιν· οἱ οὖν ὑποκριταὶ διὰ τὸ*

v. 260. *καὶ τὸ θεόθεν*] *τὸ δίκαιον καὶ τὴν τοῦ θείου συμμαχίαν ἀεὶ τοῦ δικαίου προϊσταμένην καὶ τοῖς δικαίως ἐπεξιοῦσι συνερχομένην.* SCHOLIASTA.

v. 261. *ἔνοπλος ὁρμᾷ*] Conf. Orest. v. 1275. Matth.: *Τάχα τις Ἀργείων ἔνοπλος ὁρμήσας Ποδὶ βοηδρόμῳ μέλαθρα προςμίξει.*

v. 264. *δι' εὐπετείας*] Conf. Matth. §. 580, 9. p. 1150. ed. II.

v. 265. *ὃ καὶ δέδοικα*] Vide annot. ad v. 155.

v. 266. *ἐκφρῶσ'*] De hoc verbo conf. Ph. Buttmann. Gr. Gr. ampl. Vol. II. p. 251. ed. pr. Matth. §. 254. Rost. §. 84. p. 335. ed. VI. Veteres quidem grammatici, ut Philoxenus ap. Schol. ad Iliad. *κ'* v. 290., *φρῶ* pro *προσῶ*, ut *φροῦδος* pro *πρόοδος* dicitur, dictum esse voluerunt, qua de re vide Valckenarium ad Schol. Vol. II. p. 71. ed. Lips.

v. 268. *κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο*] De articulo ante adverbium *δεῦρο* posito vide Matth. §. 283. p. 572 seq. ed. II. Rost. §. 98. 4. p. 448. ed. VI. Similiter Sophocles in Trachin. v. 929. Br.: *κἂν ᾧ τὸ κεῖσε δεῦρό τ'*

κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο, μὴ δόλος τις ᾖ.
ὡπλισμένος δὲ χεῖρα τῷδε φασγάνῳ
τὰ πίστ' ἐμαυτῷ τοῦ θράσους παρέξομαι.
ὠή τίς οὗτος; ἢ κτύπον φοβούμεθα;
ἅπαντα γὰρ τολμῶσι δεινὰ φαίνεται,
ὅταν δι' ἐχθρᾶς ποὺς ἀμείβηται χθονός.
πέποιθα μέντοι μητρὶ κοὐ πέποιθ' ἅμα,
ἥτις μ' ἔπεισε δεῦρ' ὑπόσπονδον μολεῖν.
ἀλλ' ἐγγὺς ἀλκή· βώμιοι γὰρ ἐσχάραι
πέλας πάρεισι, κοὐκ ἔρημα δώματα.

δυςέκφορον μεταπλάττουσι τὴν λέξιν. καὶ Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων, ὅτε διαλαμβάνει περὶ τοῦ φρῶ, ταύτην τὴν χρῆσιν φησίν, et e glossemate Photii p. 359, 8: οὐκ ἐκφρῶσιν Σοφοκλῆς, restituendum viderunt Th. Bergkius et G. Dindorfius, quos secutus est G. Hermannus. Si vere in cod. Havn. legitur οὔ με φρῶσιν, possit etiam retineri οὔ με φρῶσ'; nam pronomen substantivum saepenumero in eiusmodi locis repeti notum est, et sic facilius etiam οὐ μεθῶσιν scribi potuit. Nam οὐ μεθῶσιν Ald. rell. Leidd. A. B. Guelph. Florr. praeter 10. omnes, Mosqu. D. Aug. b. d. Taurin. Havn. οὐ μεθῶσ' Barnes. King. Valcken. Pors. Matth. et id est in Flor. 10.

v. 267. πανταχῇ] πανταχοῦ, ut Kingius edidit, multi libri idque cum glossemate πανταχόσε. Inde verisimile videtur G. Hermanno scriptum fuisse πανταχοῖ. Ego πανταχῇ, quaqua versus, quod boni libri habent, non sollicitandum puto.

v. 274. μητρὶ] Sic aperte Flor. 34. Vict. Aug. b. Havn. Aldus et reliqui: ματρί. E compendio male lecto. Vide quae annotavimus ad v. 11.

ἐξορμώμεθα. Has formulas quoniam Euripides omnium frequentissime usurpavit, de ea causa derisus ab Aristophane est, cuius vide Av. v. 420 seqq.: Λέγει μέγαν τιν' ὄλβον οὔτε λεκτὸν οὔτε πιστόν, ὡς σὰ ταῦτα πάντα καὶ τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε καὶ τὸ δεῦρο προςβιβᾷ λέγων. Thesmoph. v. 665 seqq. et Schol. Aristoph. ad Av. v. 348.

v. 270. τὰ πίστ' ἐμαυτῷ τοῦ θράσους] Ἤγουν τὴν πίστιν τοῦ θαῤῥεῖν, ὅ ἐστι τὴν ἀσφάλειαν τοῦ θαῤῥεῖν. SCHOLIASTA.

v. 271. ἢ κτύπον φοβούμεθα;] Num strepitum inanem veremur? Paene indignatur, quod meticulosi vocem: ὠή τίς οὗτος; emiserat, ut nullo modo paucorum librorum scriptura ἦ amplectenda in hoc loco sit.

v. 272. τολμῶσι] Hoc rectissime Schol. τολμηρὰ πράσσουσιν interpretatur, A. Matthiae rem difficilem et periculi plenam aggredientibus. Idadeo versu sequente accuratius explicatur. Vide Reisig. Coni. in Arist. p. 215. Falsa est Valckenarii coniectura: καὶ τολμῶσι, quamvis fortibus, recepta a Brunckio ac Porsono. De participio sine ar-

φέρ' ἐς σκοτεινὰς περιβολὰς μεθῶ ξίφος,
καὶ τάσδ' ἔρωμαι, τίνες ἐφεστᾶσιν δόμοις.
ξέναι γυναῖκες, εἴπατ', ἐκ ποίας πάτρας
Ἑλληνικοῖσι δώμασιν πελάζετε.

ΧΟΡΟΣ.

Φοίνισσα μὲν γῆ πατρὶς ἡ θρέψασά με,
Ἀγήνορος δὲ παῖδες ἐκ παίδων δορὸς
Φοίβῳ μ' ἔπεμψαν ἐνθάδ' ἀκροθίνιον.
μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
μαντεῖα σεμνὰ Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας,
ἐν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.
σὺ δ' ἀντάμειψαί μ', ὅςτις ὢν ἐλήλυθας
ἑπτάστομον πύργωμα Θηβαίας χθονός.

v. 278. ἐς] Sic hoc loco Ald. rell. et Schol. εἰς Flor. 10. 33. Mosqu. D. Aug. d.

v. 279. τίνες ἐφεστᾶσιν δόμοις] Cantabr. K. Harl. Flor. 33. τὰς ἐφεστώσας. Flor. 2. τὰς ἐφεστάσας. Mox δόμους Guelph. Mosqu. D. Flor. 2. 18. 21. Vict. Aug. b.

v. 280. ξέναι] ξεῖναι Leid. A. Guelph. Flor. 18. 21. 34. Vict. Aug. b. et sic Piers. et King. ξέναι praeter reliquos tuetur Scholiasta.

v. 281. δώμασιν] Multi libri peccant δώμασι.

v. 287. πόλιν] πόλει Eustathius ad Iliad. p. 236, 36. (p. 179, 16.).

v. 293. συγγένεια] ξυγγένεια Flor. 33. Aug. b. et recentiores editores.

v. 294. ἀπεστάλην] ὑπεστάλην cod. Taurin.

v. 295 seqq. Quum in constituendo hoc carmine, quod maxi-

tienlo posito vide Matth. §. 271. annot. p. 556. ed. II.

v. 279. τίνες ἐφεστᾶσιν δόμοις] τίνες οὖσαι ἐφεστᾶσιν. GLOSS. cod. Guelph. Cf. infra v. 288., ubi plene dicitur: ὅςτις ὢν ἐλήλυθας. Comparavit A. Matth. Thucyd. VII, 38: Οἱ Συρακόσιοι ἡσύχαζον, οὐδὲν δηλοῦντες, ὁποῖόν τι τὸ μέλλον ποιήσουσιν.

v. 283 seq. δορὸς — ἀκροθίνιον] Cf. annot. ad v. 205.

v. 285. μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος] De nominativo per ἀνακολουθίαν orationis absolute posito vide praeter duos locos Libanii a Schol. memoratos T. II. p. 270. D. p. 271. A. ed. Morell. quae attulerunt A. Matth. §. 562. p. 1108 seq. ed. II. Rost. §. 130. annot. 1. et 2. p. 704 seq. §. 131, 6. p. 716. §. 137, 4. b. α. p. 759. ed. VI.

v. 286. μαντεῖα σεμνὰ Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας] Quod et aptius haec verba inter se coniuncta sunt neque ad intelligendum difficilia, semel tantummodo praepositio posita est, quae poterat bis poni. Vide Soph. Antig.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

πατὴρ μὲν ἡμῖν Οἰδίπους ὁ Λαΐου,
ἔτικτε δ' Ἰοκάστη με, παῖς Μενοικέως·
καλεῖ δὲ Πολυνείκην με Θηβαῖος λεώς.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ συγγένεια τῶν Ἀγήνορος τέκνων,
ἐμῶν τυράννων, ὧν ἀπεστάλην ὕπο,
γονυπετεῖς ἕδρας προσπίτνω σ',
ἄναξ, τὸν οἴκοθεν νόμον σέβουσα.
ἔβας, ἔβας ὦ χρόνῳ γᾶν πατρῴαν.
ἰὼ ἰώ,

mam partem e versibus dochmiis et iis numeris constat, qui cum dochmiis consociari solent, homines artis metricae peritissimi valde inter se discreparent, quorum A. Seidlerus de vers. dochm. p. 253. antistrophicum id carmen esse putavit, G. Hermannus autem aliter in Elem. doctr. metr. p. 764 seqq., aliter in Epit. doctr. metr. p. 299., aliter rursus in editione sua anno 1840. versus metiendos ac distribuendos existimavit, ego pro instituto meo et in usum scholasticae iuventutis id secutus sum, quod, quum a librorum auctoritate non valde recederet, sententiae maxime convenire videretur, ut ampliori disquisitioni rationem metricam remitterem.

v. 297. *ἔβας, ἔβας*] Sic Aldus et rell. cum libris plerisque. *ἔβας* semel Flor. 2. Tum *γαῖαν* Flor. 2. Vict.

v. 298. *ἰὼ ἰώ*] Sic Aldus et rell., tum codd. Taurin. Havn. Reliqui fere libri *ἰώ* semel habent et sic vulgo nunc ediderunt.

v. 365: *ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει.* cum annot. C. Wexii p. 158 seq. Matth. §. 595, 4.

v. 287. *ἐπεστράτευσαν — πόλιν*] Conf. Supplic. v. 648. ed. Matth.: *στείλας ἐπεστράτευσε Καδμείων πόλιν.* Troad. v. 22: *οἳ τήνδ' ἐπεστράτευσαν Ἕλληνες πόλιν.*

v. 295 seq. *γονυπετεῖς ἕδρας προσπίτνω σ', ἄναξ*] *Ἀντὶ τοῦ γονυπετῆ προσκύνησιν προσκυνῶ σε.* SCHOLIASTA. Comparavit Porsonus Sophoclis Trachin. v. 49 seqq.: *πολλὰ μέν σ' ἐγὼ Κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα Τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην.* Cf. Matth. §. 408. p. 745. ed. II. Rost. §. 104. annot. 5. p. 497. ed. VI. — *Ἕδρας· ἕδρα κυρίως ἡ καθέδρα· ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ γονυπετῶν ἔοικε καθεζομένῳ, διὰ τοῦτο ἕδρας τὰς προσκυνήσεις λέγει.* SCHOLIASTA.

v. 297. *ἔβας, ἔβας ὦ χρόνῳ*] Comparat Valckenarius huius fab. v. 1019: *ἔβας, ἔβας, ὦ πτεροῦσσα, γᾶς λόχευμα κτέ.* Electr. v. 585: *Ἔμολες, ἔμολες, ὦ χρόνιος ἁμέρα.*

πότνια, μόλε πρόδρομος, ἀμπέτασον πύλας.
κλύεις, ὦ τεκοῦσα τόνδε μᾶτερ;
τί μέλλεις ὑπώροφα μέλαθρα περᾶν
θιγεῖν τ' ὠλέναις τέκνου;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Φοίνισσαν, ὦ νεάνιδες, βοὰν ἔσω

v. 299. πρόδρομος] Sic libri omnes Bodl., Coll. Corp. Chr., Leidd. A. B. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 33. 34. Vict. πρόδομος Aldus et edd. vett., tum Paris. A. Flor. 2. 10. Mosqu. D., sed is cum gloss. ἔξω δραμοῦσα. πρόδομος merus librariorum error est. Mox ἀμπέτασον scribendum proposuit pro vulgato ἀναπέτασον Porsonus ad h. fab. v. 1425. Receperunt A. Seidlerus, G. Hermannus, G. Dindorfius.

v. 300. ἰὼ nuper G. Hermannus scripsit de coniectura sua. Idem v. seq. ὑπόροφα et reiecto περᾶν verbo ad v. 302. in isto versu ὠλέναισι τέκνου. Contra librorum auctoritatem omnia.

v. 304 seqq. Servavi in his Aldinam scripturam, a qua libri meliores in eo tantummodo discrepant, quod v. 304 seq. MSS. Kingii, MS. B. Ask. Exc. Put. ap. Musgr. Flor. 2. 33. Taurin. γεραιῷ ποδὶ pro γήρᾳ exhibent, itemque Flor. 5. 6. 9., qui etiam versu seq. ποδὶ pro ποδὸς legunt, MS. Coll. Corp. Chr. ap. Piers. Leidd. A. B. Mosqu. D. C. L. Guelph. Flor. 18. 21. 34. Aug. b. Pariss. ap. Grot. habent: γηραιῷ τρομερὰν ἕλκω ποδὶ βάσιν. Aldina lectio si vera est, natum est γηραιῷ e scriptura γήραι, quae in antiquo libro fuisse videatur, quamquam Flor. A. et Flor. 10. γήραι τῷ ποδὶ potius ex γηραιῷ ποδὶ quam ex γήραι ortum esse existimo,

v. 299. μόλε πρόδρομος] Cf. Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 111 seq.: Ἀλλ' ἐπὶ δαιμόνων πρόδρομος ἦλθον ἀρχαῖα βρέτη. Sophocl. Antig. v. 108: φυγάδα πρόδρομον ὀξυτέρῳ κινήσασα χαλινῷ, quo in loco, ut hic aliquot libri, sic cod. Dresd. πρόδομον peccat.

v. 301 seq. τί μέλλεις — περᾶν θιγεῖν τ' ὠλέναις τέκνου;] Miro iudicio P. Elmsleius ad Euripidis Medeam v. 1209 seq. p. 265. annot. 1. negavit posse cum verbo μέλλειν, si id cunctari significaret, infinitivum aoristi coniungi, itaque hic pro θιγεῖν scribi voluit θιγγάνειν, in Rheso autem Euripidis v. 673: Τί μέλλετε σκηπτοῦ 'πιόντος πολεμίων σῶσαι βίον, pro σῶσαι scribendum praecepit σώζειν. Satis vindicavit hos ipsos locos A. Matthiae Gr. Gr. ampl. §. 501. p. 951 seq. ed. II., qui idem ad h. l. de commutatis inter se aoristi et praesentis infinitivis comparat Hippolyti v. 776: Ἡ δοκεῖ περᾶν δόμους Λῦσαί τ' ἄνασσαν ἐξ ἐπισπαστῶν βρόχων;

v. 303. Φοίνισσαν, ὦ νεάνιδες, βοὰν] „Chorum Phoenissarum peregrino habitu ornatuque habuisse quod spectatores adverteret eorumque oculis aliquam ex insueto voluptatem crearet, iam Grotius observaverat [vid. v. huius fab. 280 seq.]. Vocum et cantus peregrinitatem addendam putavit Fr. Th. Welck. in Diurnis scholasticis a. MDCCCXXXII. p. 233. eo argumento, quod his virginibus Φοίνισσα et βάρβαρος βοὰ tribuatur, non reputans haec tragicos audientibus cogitanda relinquere. Sic Phryx in Oreste Ἀσιάδα φωνήν, sic Orestes Aeschyli γλώσσης ἀῦ-

δόμων κλύουσα τῶνδε γή-
ρα τρομερὰν ἕλκω ποδὸς βάσιν.
ἰὼ τέκνον,
χρόνῳ σὸν ὄμμα μυρίαις τ' ἐν ἁμέραις
προςεῖδον· ἀμφίβαλλε μα-
στὸν ὠλέναισι ματέρος,

atque etiam ingenue fateor me non offendi in librorum scriptura: γηραιῷ ποδὶ τρομερὰν ἕλκω ποδὸς βάσιν. Nam similes repetitiones eiusdem nominis multae inveniuntur. G. Hermannus scripsit: γήραι τρομερὰν ἕλκω ποδὶ ποδὸς βάσιν.

v. 306. ἰὼ τέκνον] ὦ τέκνον Mosqu. D. Guelph. Flor. 2. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. Aug. b. Taurin. G. Hermannus, quod putavit v. 305—311. et v. 312—318. inter se respondere, cum Aug. Seidlero scripsit: ἰὼ ἰὼ τέκνον, τέκνον.

v. 307. μυρίαις τ' ἐν ἁμέραις] Servavi hanc scripturam Aldi et vett. edd., quam ipsam hodie praestant meliores libri Leid. A. Flor. 10. 33. Havn. Taurin. Defendit copulam etiam Heathius. Contra Grotius, Kingius ac recentiores τ' omiserunt, secuti codd. non paucos, sed tamen non optimos, Leid. B. Guelph. Florr. plerosque, Mosqu. D.

v. 308. ἀμφίβαλλε] ἀμφίβαλε peccant libri permulti, Leidd. Mosqu. D. Florr. praeter 33. omnes, Vict. Aug. d. Schol. metr. ἀμφίβαλλε ceterorum librorum et Scholiastae alterius testimonium satis tuetur.

v. 309. ματέρος] Sic Leidd. A. B. Guelph. Florr. omnes, Vict. Aug. b. aliique codd. Ante Kingium legebatur ματρός.

τὴν Φωκίδος, sic idem apud Sophoclem φωνὴν Παρνησσίδα, atque alii alia huiusmodi, ut Persae Aeschyli et Supplices, memorant." G. HERMANNUS praef. p. XIII.

v. 304 seq. γήρα τρομερὰν ἕλκω ποδὸς βάσιν] Cf. Herc. fur. v. 231. ed. Pflugk.: Γήρα δὲ τρομερὰ γυῖα κάμαυρὸν σθένος. — ἕλκω, ἤγουν βίᾳ ἀνύω. SCHOL. „Trahere vestigia ebria Baccho" Propert. I, 3, 9. comparat Nodell. Not. crit. p. 66. Similiter ab Apuleio Metam. VIII. p. 166, 26. senex memoratur lassum trahens vestigium. V. Valcken.

v. 307. χρόνῳ σὸν ὄμμα μυρίαις τ' ἐν ἁμέραις προςεῖδον] Comparat Valckenarius Phoenissas Senecae v. 501: teneo longo tempore Petita votis ora. et v. 515: Nate post multos mihi Remisse soles.

v. 308 seq. ἀμφίβαλλε μαστὸν κτἑ.] Recte Scholiasta: Τὸν μαστὸν τῆς σῆς μητρὸς περίβαλλε ταῖς σαῖς ὠλέναις. Neque enim poterit Graece scientibus μαστός referri nisi ad ματέρος. Sed in seqq. ita mutatur constructio, ut παρηΐδων τ' ὄρεγμα βοστρύχων τε κυανόχρως χαίτας πλόκαμος sint Polynicis, uti verbum praecedens ἀμφίβαλλε, quod etiam ad haec verba facit, alio quodam modo cogitandum et accipiendum hoc loco sit atque in superiore oratione: ἀμφίβαλλέ μοι σῶν παρηΐδων ὄρεγμα βοστρύχων τε κυανόχρωτα χαίτας πλόκαμον κτἑ. Similes mutationes constructionis quum saepius inve-

παρῄδων τ' ὄρεγμα βο-
στρύχων τε κυανόχρωτα χαί-
τας πλόκαμον, σκιάζων δέραν ἐμάν.
ἰὼ ἰώ, μόλις φανεὶς
ἄελπτα κἀδόκητα ματρὸς ὠλέναις.
τί φῶ σε; πῶς ἅπαντα

v. 311. *χαίτας*] Inutili coniectura viri docti certatim scripserunt *χαίταις* vel *χαίταισι*. Vide explicationem nostram.

v. 312. *σκιάζων δέραν ἐμάν*] G. Hermannus Flor. A. et Venet. a. *ἀμάν* commemorans scripsit: *σκιάζων δέραν * ἐμάν*, aliquid excidisse, fortasse *χρίμπτε*, ratus. Alioquin suas genas et comas amplecti iuberi Polynicem. Sed vide explicationem.

v. 313. *ἰὼ ἰώ*] Sic Aldus et edd. vett. Semel *ἰώ* scriptum habent Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 33. Aug. b. d. Tum: „*Μόγις* K. R.," inquit Porsonus, „quod magis Atticum. Sed in his nihil certi."

v. 316. *καὶ λόγοισι*] Sic Paris. A. Cant. Harl. cod. M. R. ap. Porson. Taurin. Havn. Flor. 10. 33. et veteres Scholiastae, itaque inde ab Aldo vulgatum erat, ut plures libros in eam scripturam conspirare probabile sit. Contra *καὶ κόμαισι* MSS. C. C. C. Leidd. K. L. et Harl. pro v. l. Guelph. Flor. 2. (qui *κόμησι*). 5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. Mosqu. D. *χόμαισι* Aug. b. d. *Κόμαισι* quamquam etiam recentiores quidam Glossatores in cod. Mosqu. D. MSS. C. C. C. Guelph. m. pr. explicant, tamen credo ex Hecubae v. 820. huc translatum esse, ubi haec dicuntur: *Εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσι Καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι καὶ ποδῶν βάσει κτέ.*, idque maxime probabile iis fit, quae Schol. Barocc. 74. Guelph. m. 2. in extrema annotatione sua disputant. Quamobrem non

niantur apud optimos Graecos scriptores, nihil poterit id hoc loco offensionis habere. Expedivit rem recte iam ex parte Scholiasta: *Καὶ τὸν κυανόχρωτά σου πλόκαμον περίβαλλε τῷ τραχήλῳ μου καὶ κατασκίαζε τοῦτον τοῖς βοστρυχώδεσί σου πλοκάμοις· ἐκ κοινοῦ γὰρ τὸ ἀμφίβαλλε· οὐ γὰρ τὸν ἑαυτῆς πλόκαμον λέγει, ὅτι μικρὸν ὕστερον ἐξυρῆσθαι αὐτήν φησι διὰ τὸ πένθος*, tum alius Scholiasta: *καὶ τὸν πλόκαμον τὸν μελανόχρουν τῶν βοστρύχων τῆς σῆς χαίτης, ὅςγε δηλονότι, σκιάζων τὴν ἐμὴν δέρην.*

v. 311 seq. *χαίτας πλόκαμον*] Hae duae voces unam quasi notionem efficiunt, ut si nostro sermone dicas: das Haargeflecht. Hinc non debet mirum videri, quod alius etiam genitivus idem fere denotans adiectus legitur, *τῶν βοστρύχων*, quasi nostra lingua dicas: Das Haargeflecht deiner Locken. Rem recte iam explicavit Matthiae §. 636. p. 1311. ed. II.

v. 313 seq. *φανεὶς ἄελπτα κἀδόκητα*] De his neutris pro adverbiis positis conf. Eurip. Erechth. fragm. IV. p. 162. ed. Matth.: *οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα σῶς ἦλθεν πάλιν.* Ibid. fragm. XX. v. 31. p. 174. ed. Matth.: *ἀδόκητ' εὐτυχησάντων δόμων.* Infra v. 350: *ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη κτέ.* v. 383: *ἄνομα μὲν τεκεῖν ἐμέ.* et Matth. §. 446, 7. p. 833. ed. II.

v. 315 seqq. *πῶς ἅπαντα καὶ*

καὶ χερσὶ καὶ λόγοισι,
πολυέλικτον ἁδονὰν
ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο περι-
χορεύουσα, τέρψιν παλαιᾶν λάβω χαρμονᾶν;
ἰὼ τέκος ἐμὸν τέκος,

probo Musgravii coniecturam inde ductam: καὶ κόραισι, quam ita recepit G. Hermannus, ut scriberet, adiecta etiam de coniectura sua voce τί φῶ, omnia in hunc modum:

Τί φῶ, τί φῶ σε; πῶς ἅπαν-
τα χερσὶ καὶ κόραις λόγοις
τε πολυέλικτον ἁδονὰν κτὲ.,

quamquam in simili causa Lucretius IV, 1070: Nec constat, quid primum oculis manibusque fruantur.

v. 317. ἁδονὰν] ἡδονὰν Flor. 2. 5. Havn. ἡδονὰν (superscr. α) Aug. b. Pertinet huc Hesychii πολυέλικτον ἄδον, quod recte Valckenarius emendavit: πολυέλικτον ἁδονάν.

v. 319. παλαιᾶν — χαρμονᾶν] Sic MSS. C.C.C. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 33. 34. Aug. b. d. idque confirmant Flor. A. Flor. 2. 10. Paris. A. Leidd. A. B. Vict. Havn., qui παλαιὰν — χαρμονὰν scriptum habent. Aldus et reliqui: παλαιᾶς — χαρμονᾶς.

v. 320. ἰὼ τέκος ἐμὸν τέκος] Sic ex unius cod. Flor. 33. auctoritate non satis certa ediderunt A. Matthiae, L. et G. Dindorfii, G. Hermannus. Id ego toleravi, quoniam adstipulatur Vat. 1. scribens: ὦ τέκος ἐμὸν τέκος, ut alii quoque libri, hoc loco non satis recte excussi, hanc scripturam habere videantur.

χερσὶ καὶ λόγοισι κτὲ.] Constructio haec est: πῶς ἅπαντα καὶ χερσὶ καὶ λόγοισι τέρψιν παλαιᾶν λάβω χαρμονᾶν, πολυέλικτον ἁδονὰν ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο περιχορεύουσα; In his ἅπαντα facile agnoscas pro adverbio positum, quemadmodum etiam fragm. ex Alexandro X. (VIII.) p. 36. ed. Matth. intelligendum est: Ἤλεγχον· οὕτω γὰρ κακὸν δοῦλον γένος· Γαστὴρ ἅπαντα, τοὐπίσω δ' οὐδὲν σκοπεῖ, ut ἅπαντα sit omnino vel omni modo, et Herod. I, 32: πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή. Tum verba καὶ χερσὶ καὶ λόγοισι egregie amplexus, vel corporis, atque sermonis, vel animi, delectationem designant. Ad explendam vero constructionem huc iam faciunt verba: τέρψιν παλαιᾶν λάβω χαρμονᾶν, delectationem percipiam antiquarum, i. e. quas diu non habui ac desideravi, coll. v. 307., laetitiarum. Sed non satis erat Iocastae et corpore et animo omnium laetitiarum delectationem quiete percipere, verum etiam gestire atque sese iactare volebat in his gaudiis, itaque interponuntur iam haec verba: πολυέλικτον ἁδονὰν ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο περιχορεύουσα, in quibus verbis quum dicere posset per dativum: πολυελίκτῳ ἁδονᾷ ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο περιχορεύουσα, dixit id audacius per accusativum, quoniam saltando et efficitur et percipitur laetitia, quemadmodum A. Matthiae ea verba iam recte intellexit,

ἔρημον πατρῷον ἔλιπες δόμον
φυγὰς ἀποσταλεὶς ὁμαίμου λώβᾳ,
ἢ ποθεινὸς φίλοις,
ἢ ποθεινὸς Θήβαις.
ὅθεν ἐμάν τε λευκόχροα κείρομαι
δακρυόεσσ᾽ ἀνεῖσα πενθήρη κόμαν,

v. 324 seq. Quum omnium librorum, etiam Scholiastae auctoritatem: ἢ ποθεινὸς φίλοις, ἢ ποθεινὸς Θήβαις, olim defendisset G. Hermannus et in Elem. doctr. metr. p. 273. et in Epit. doctr. metr. p. 100 seq., nuper auctore F. H. Bothio, qui de forma ποθινός conferri iubet Fr. Iacobs. ad Anthol. Pal. III. p. 315., edidit ἢ ποθινὸς φίλοις, ἢ ποθινὸς Θήβαις. Ego, ut pleraque in hoc genere, incertam rem esse arbitror.

v. 325. ἐμάν τε] ἐμάν γε Valckenario auctore L. et G. Dindorfii.

v. 326. δακρυόεσσαν ἱεῖσα πενθήρη κόμαν] Quamquam haec omnium librorum scriptura, etiam Scholiastarum auctoritate firmata, quodammodo explicari potest, ut coma lacrimarum plena ea dicatur, quae multis cum lacrimis dimittitur, quemadmodum πενθήρη κόμαν recte iam interpretatus est Stanleius ad Aeschyli Choeph. v. 6., ut crines sic vocarentur propter funestam personae conditionem, cuius sunt isti, toleravi tamen receptam nunc a plerisque criticis G. Hermanni coniecturam, propositam in Elem. doctr. metr. p. 765. δακρυόεσσ᾽ ἀνεῖσα πενθήρη κόμαν. Sed quum etiam sic de metro non satis constet, ab-

qui conferri iubet v. 295., ubi vide annot.; adde quae ad v. 353. infra adscripsimus. Apposite autem ad περιχορεύουσα dixit πολυέλικτον ἀδονάν, quae diversas in partes et se ipsa iactat et Iocastam secum diverse trahit.

v. 321. Ἔρημον πατρῷον· Σοῦ ἔρημον δηλονότι· τὴν γὰρ αὐτοῦ ἀπουσίαν ἐρημίαν τοῦ παντὸς (Guelph. m. 2. τοῦ πατρῴου) οἶκον οἴεται. SCHOLIASTA.

v. 323. ἢ ποθεινὸς φίλοις] Si auctore H. Zirndorfero, qui de chronologia fabularum Euripidearum singulari libello explicavit, hanc fabulam Olymp. XCII, 2. actam esse statuimus, haec egregie conveniunt in Alcibiadem eo tempore magno plausu civium suorum in patriam revocatum. Vide etiam G. Hermanni praef. p. XV.

v. 325 seqq. ὅθεν ἐμάν τε λευκόχροα κείρομαι κτἑ.] Qui nuper τὲ particulam hoc loco tutati sunt, A. Matthiae et G. Hermannus, ii perperam putarunt hoc τὲ respondere verbis δυσόρφναια δ᾽ ἀμφιτρυχῆ κτἑ., quod de pluribus causis fieri nequit. Nam et interposita sunt verba ἄπεπλος φαρέων λευκῶν, quibus quum necessario propter ipsam sententiam respondeant ista verba, etiam δέ particula non poterit ad τὲ superius referri, et ipsa particulae collocatio: ἐμάν τε λευκόχροα κείρομαι κτἑ. videtur flagitare, ut persona potius Iocastae opposita exspectetur. Itaque minorem post ἀμείβομαι interpunctionem feci, ut appareret verba respondere v. 330. posita: ὁ δ᾽ ἐν δόμοισι πρέσβυς κτἑ., ut Iocasta se et Oedipum, Polynicis parentes, hac oratione coniungeret. De con-

ἄπεπλος φαρέων λευκῶν, τέκνον,
δυσόρφναια δ' ἀμφιτρυχῆ τάδε
σκότι' ἀμείβομαι·
ὁ δ' ἐν δόμοισι πρέσβυς ὀμματοστερής,
ἀπήνας ὁμοπτέρου τᾶς ἀπο-
ζυγείσας δόμων

surdae non sunt coniecturae propositae hae: *δακρυόεσσ' ἀνεῖσ' ἀπενθῆ κόμαν*, et quam nuper G. Hermannus fecit recepitque: *δακρυόεσσ' ἀνεῖσα πένθει κόμαν*, quamquam haec incerta omnia.

v. 327. *ἄπεπλος φαρέων λευκῶν, τέκνον*] Sic libri et edd. omnes. G. Hermannus nuper de coniectura sua edidit: *λευκῶν φαρέων ἄπεπλος, τέκνον.*

v. 328. *ἀμφιτρυχῆ*] Hanc scripturam agnoscit Hesychius, qui affert: *ἀμφιτρυχῆ· κατεῤῥωγότα*, et Suidas, nisi quod is *ἀμφιτρυγῆ* peccat. Proxime accedunt Ald. et rell. edd. vett. *ἀμφιτρύχη* scribentes, tum Mosqu. D. Flor. 2. 10. 33. Taur., Schol. Aug. et Taur. *ἀμφὶ τρύχη* scribentes et explicantes, *ἀμφιτριχῆ* Cod. C. C. C., *ἀμφιτρίχη* Leid. A. Guelph. Flor. 5. 6. 18. 21. 34., *ἀμφίτριχε* Flor. 9., *ἀμφὶ τρίχη* Aug. b. Havn. Vict. Adiectivum *ἀμφιτρυχής*, quod agnoverat recte Schneiderus, obliterarunt rursus recentiores lexicographi.

v. 330. *ἐν δόμοισι*] Sic libri tantum non omnes, Cod. C. C. C. Flor. A. Florr. omnes. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. *ἐν δόμοις* Aug. b. Olim legebatur *ἐν δώμασι.*

structione ipsa vide me ad Devarium Vol. II. p. 741 seq.

v. 327. *ἄπεπλος φαρέων λευκῶν*] De pleonasmo orationis, qui est in hac voce, cf. Matth. §. 339. p. 647. ed. II. Rost. §. 108, 4. a.

v. 330 seqq. Sententiam horum versuum recte expedivit Scholiasta: *Ὁ Οἰδίπους δὲ ὁ τῶν ὀμμάτων ἐστερημένος, τοῦ ζεύγους τοῦ συγγενικοῦ, ἤγουν ὑμῶν τῶν δύο ἀδελφῶν τῶν χωρισθέντων τῶν δόμων, ἐπιθυμίαν περίδακρυν ἀεὶ ἔχων, ὥρμησε μὲν καὶ ἐπ' αὐτόχειρα σφαγὴν ξίφους καὶ ἐπὶ πνιγμονὴν ὑπὲρ τὰ ὑψηλὰ οἰκήματα, μετὰ στεναγμοῦ ἐπαρώμενος ἀρὰς τοῖς τέκνοις.* Sed quum etiam de singulis verbis explicandis dubitatum sit, separatim de his infra dicetur.

v. 330. *ὀμματοστερής*] Vide Abresch. Animadv. ad Aeschyl. Eumenid. 941. p. 128 (p. 336. ed. Hal.).

v. 331. *ἀπήνας ὁμοπτέρου*] „*Ἀπήνας· συζυγίας. Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην ἀπήνην εἶπεν, ἥτις ἐκ δύο βοῶν ἕλκεται.*" SCHOLIASTA. Cf. Valckenarium ad h. l., qui recte nomina *ζεῦγος* et *ξυνωρίς* (vide infra v. 1612.) comparavit, quae nomina ipsa quoque de quovis pari usurpari solent. *Ὁμοπτέρου· ὁμοδιαίτου, ὁμοκινήτου, ἤγουν ἀδελφικῆς, συγγενοῦς, καταχρηστικῶς ἀπὸ τῶν ὀρνέων.* SCHOLIASTA. Vide praeter Valckenarium ad h. l. Abreschium ad Aesch. Choeph. v. 172. p. 418 seq. (p. 217. ed. Hal.) et A. Seidlerum ad Electr. v. 525. Similiter Plato in Phaedro p. 349. A. ed. H. Steph. coniunxit *τοὺς μετ' ἀλλήλων πορευομένους καὶ ὁμοπτέρους.* Risit fortasse hunc ipsum Euri-

πόθον ἀμφιδάκρυτον ἀεὶ κατέχων,
ἀνῇξε μὲν ξίφους
ἐπ' αὐτόχειρά τε σφαγὰν
ὑπὲρ τέρεμνά τ' ἀγχόνας,
στενάζων ἀρὰς τέκνοις·
σὺν ἀλαλαῖσι δ' αἰὲν αἰαγμάτων
σκότια κρύπτεται.

v. 336. *τέραμνά* Flor. 2. 5. Vict. Taurin. Scholiastae.

v. 337. *στενάζων ἀρὰς τέκνοις*] G. Hermannus de coniectura sua scripsit: *στενάζων ἀρὰς ἀραίας τέκνοις*, appellans Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 791. Vid. explic.

v. 338. *σὺν ἀλαλαῖσι*] Sic libri plerique et Eustathius ad Iliad. p. 494, 15. (p. 377, 1.). *σὺν ἀλαλαγαῖς* perpauci libri, Leidd. Mosqu. D. Paris. A. Flor. 33. Mox *αἰὲν* olim omissum addunt Flor. A. C. C. C. Leidd. A. B. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 10. 18. 21. 33. 34. Mosqu. D. aliique libri multi. Tum *σκοτία* cum edd. vett. Mosqu. D. Taurin. Flor. 2. Vict., *σκοτίαν* Flor. A., *σκοτίᾳ* Havn. et, ut videtur, Florr. praeter 2. omnes. *σκότια* est ab Seidlero et Hermanno. Vide ann. nostram ad v. 313 seq.

pidis locum Strattis ap. Pollucem VI, 156. — *τᾶς ἀποζυγείσας δόμων*, quod fratrum par seiunxerat sese ab aedibus, in quibus Oedipus occlusus tenebatur.

v. 334. *ξίφους· ἣν τὸ ξίφος δηλονότι ποιεῖ.* SCHOL.

v. 336. *ὑπὲρ τέρεμνά τ' ἀγχόνας*] Est brevis et concisa oratio: *καὶ ὑπὲρ τέρεμνα ἀνῇξεν ἐπ' ἀγχόνας*, et super tecta ad suspendia ruit, ut recte Scaliger ap. Valcken. locum interpretatus est.

v. 337. *στενάζων ἀρὰς τέκνοις*] Hunc locum recte ii Scholiastae et interpretes ceperunt, qui explicaverunt: *μετὰ στεναγμῶν ἀρώμενος*, per gemitum diras filiis precans. Vide Schol. supra ad v. 336. positum et Gloss. cod. Mosqu. D.: *μετὰ στεναγμῶν ἀρώμενος*. Falso alius Scholiasta: *Στενάζων· διὰ τὰς ἀράς, ἃς κατηρᾶτο τῶν τέκνων· μετέγνω γὰρ ἐπὶ τῷ καταράσασθαι τοῖς παισί*, cuius rationem secutus est Heathius, quem recte improbavit A. Matthiae. Nam verba hoc modo iam propter rationem grammaticam intelligi nequeunt. Hinc eandem rationem amplexus G. Hermannus nuper scribendum existimavit: *στενάζων ἀρὰς ἀραίας τέκνοις*, quae verba tamen neque metrum neque sententia exigit. Nam dochmio etiam alias iambus subiungitur, ut supra v. 302: *θιγεῖν τ' ὠλέναις τέκνου*, et hoc ipsum etiam supra v. 64 seqq. traditur, Oedipum, quod esset seiunctus ab liberis, diras precatum esse in filios. Quod autem interpretes in eo haesitarunt, quod Oedipus summum filiorum suorum desiderium habuisse dicitur et tamen mala precatus esse, nihil est. Nam Oedipus non fecit diras filiis nisi occoecata mente, id quod ipso filiorum desiderio factum esse potuit.

v. 338. *σὺν ἀλαλαῖσι δ' αἰὲν αἰαγμάτων*] Non poterit dubitari, quin hoc quoque loco similitudo syllabarum non casu solum, sed studio quodam poetae nata sit, ut externa etiam

σὲ δ', ὦ τέκνον, καὶ γάμοισι δὴ κλύω
ζυγέντα παιδοποιὸν ἀδονὰν
ξένοισιν ἐν δόμοις ἔχειν,
ξένον τε κῆδος ἀμφέπειν,
ἄλαστα ματρὶ τᾷδε Λα-
ΐῳ τε τῷ παλαιγενεῖ,
γάμων ἐπακτὰν ἄταν.

v. 344. τᾷδε, quod coniecerunt Valcken. et Heath., recepit Porsonus e MSS. K. R. Olim legebatur τάδε.

v. 345. τῷ] MSS. C. C. C. Flor. A. Leidd. A. B. Bodl. omnes, lib. Put. Guelph. Florr. omnes, Vict., σῷ Aldus et rell. Aug. d. Havn., mero errore.

v. 346. ἐπακτὰν ἄταν] Mirum est in forma ἐπακτάν libros et Scholiastas consentire, praeterquam quod, ut saepe alias in eiusmodi formis, aliquot libri ἐπακτήν offerunt. Hinc non ausus sum auctore Porsono e cod. Flor. A. scriptura γάμον ἐπακτόν usitatam formam ἐπακτόν recipere. Est versus dochmius praemisso iambo.

oratio conveniret cum ipsa sententia. Vide quae explicavimus ad Eurip. Medeae v. 475. p. 57. ed. Pflugk.

v. 340 seq. καὶ γάμοισι δὴ κλύω ζυγέντα] Quod Brunckius dicit, καί h. l. otiosum, nive frigidius et proinde ineptissimum esse, falsum est: significat enim etiam, adeo. A. MATTH. Quod autem Valckenarius coniecit scribendum: καινοῖς γάμοισι δὴ κλύω κτἑ., commemorans Sophoclem et Statium, quorum hic de eadem causa in Oed. Colon. v. 370 seq.: Τὸ κοῖλον Ἄργος βὰς φυγὰς προςλαμβάνει Καινόν τε κῆδος καὶ ξυνασπιστὰς φίλους, ille in Thebaidos II, 108: Iamque ille novis — scit fama — superbit Connubiis viresque parat, quis regna capessat, non viderunt nec ipse Valckenarius neque illi, qui laudatores eius coniecturae exstiterunt, eandem rem hoc loco exprimi verbis ξένον τε κῆδος ἀμφέπειν. G. Hermannus nuper καί delevit.

v. 344. ἄλαστα ματρὶ τᾷδε] τᾷδε hoc loco minime otiosum est, sed accedit ad nomen ματρί propterea, ut haec quae in vivis est mater opponatur Laio iam diu mortuo. Hoc recte explicavit unus e Scholiastis: Ἄλαστα μητρὶ τάδε, inquit, τουτέστιν οὐ μόνον ἡμῖν τοῖς ζῶσιν οὐ δυνατὸν ἐπιλαθέσθαι ὧν ἐποίησας, μὴ παρ' ἡμῖν γήμας ἀλλ' ἐν ἀλλοτρίοις τόποις, ἀλλὰ καὶ οἱ τεθνηκότες, εἴπερ αἴσθησις, ἴσασί τε ταῦτα καὶ μέγιστα δυστυχήματα ἡμῖν τε καὶ σφίσιν αὐτοῖς λογιζόμενοι διατελοῦσιν, ut hunc quidem grammaticum τᾷδε, non τάδε, in libro suo habuisse credam.

v. 345. τῷ παλαιγενεῖ] Hoc adiectivo significatur non recte fecisse Polynicem, quod contumeliam fecisset antiquae ac nobili stirpi Laii. Non perspexit rem Valckenarius, qui Κάδμῳ pro Λαΐῳ rescribi voluit.

v. 346. ἐπακτὰν ἄταν] Hoc dicitur, quod aliunde huc translata est illa pernicies.

ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς
νόμιμον ἐν γάμοις,
ὡς πρέπει ματέρι μακαρίᾳ·
ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη
λουτροφόρου χλιδᾶς· ἀνὰ δὲ Θηβαίαν
πόλιν ἐσιγάθη σᾶς ἔσοδος νύμφας.
ὄλοιτο, τάδ' εἴτε σίδαρος
εἴτ' ἔρις εἴτε πατὴρ ὁ σὸς αἴτιος,
εἴτε τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε
δώμασιν Οἰδιπόδα·
πρὸς ἐμὲ γὰρ κακῶν ἔμολε τῶνδ' ἄχη.

v. 347. ἐγὼ δ' οὔτε σοι] Sic plurimi libri et Plutarchus Moral. p. 606. F., Etym. Magn. p. 285, 26. Schol. Apoll. Rhod. IV, 808. οὔτι Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 6. 9. Aug. b. οὔτοι Flor. 5. οὔτε τοι Schol. Aesch. Sept. adv. Theb. 103. Huic οὔτε respondet δέ v. 350. Vide me ad Devarium Vol. II. p. 714 seq.

v. 348. νόμιμον] Errore apud Plut. Moral. p. 606. F. scriptum est γόνιμον, quod non debebat Valckenarius defendere.

v. 349. ματέρι] A. Seidlerus. Libri: ματρί.

v. 352. ἐσιγάθη] ἐσιγάθησαν ut variam lectionem commemorat Schol., inde enatam, quod pronomen σᾶς verbo adhaerescebat. Mox ἔσοδος idem Seidlerus. Libri: εἴσοδος.

v. 347 seq. ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς νόμιμον ἐν γάμοις] „Ἔθος ἦν τὴν νύμφην ὑπὸ τῆς μητρὸς τοῦ γαμοῦντος μετὰ λαμπάδων εἰσάγεσθαι." SCHOL. De hoc more vide praeter Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 808. et ad Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 103. imprimis Euripidis Iphig. Aul. v. 722 seqq.: *ΚΛΥΤ.* λιποῦσα παῖδα; τίς δ' ἀνασχήσει φλόγα; *ΑΓΑΜ.* Ἐγὼ παρέξω φῶς, ὃ νυμφίοις πρέπει. *ΚΛΥΤ.* Οὐχ ὁ νόμος οὗτος, καὶ σὺ φαῦλ' ἡγεῖ τάδε, tum Senecae Phoen. v. 505 seqq.: Non te deduxit in thalamos parens Comitata primos nec sua festas manu Ornavit aedes nec sua laetas faces Vitta refinxit. — Qui hunc locum ridet Plutarchus de exsilio p. 606. F., eum iniquo in Euripidem iudicio usum esse recte iam observavit Valckenarius. Euripides enim ut poeta loquitur, Plutarchus philosophorum more rem existimat.

v. 350 seq. ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη λουτροφόρου χλιδᾶς] Graeca verba hoc proprie sonant: Ismenus vero curatus est sine nuptiali curatione balneariae delectationis, quod denique nihil aliud est quam: Ismenus neglectus est, quod ex eius undis aquae futuro marito usitatae ad lavandum petitae non sunt. Genitivus autem λουτροφόρου χλιδᾶς suspensus est ab ἀνυμέναια, quod similiter ut in Sophoclis Electr. v. 950. pro adverbio positum est; cf. supra ad v. 313 seq. annotata.

v. 353 seq. τάδ' εἴτε σίδαρος — αἴτιος] Non poterit offensioni esse accusativus τάδε aeque ab αἴτιος atque κατεκώμασε suspensus. Sic enim ipse Euripides in Helena v. 261: Τὰ μὲν διʼ Ἥραν, τὰ δὲ τὸ κάλλος αἴτιον.

ΧΟΡΟΣ.

δεινὸν γυναιξὶν αἱ δι' ὠδίνων γοναί,
καὶ φιλότεκνόν πως πᾶν γυναικεῖον γένος.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

μῆτερ, φρονῶν εὖ κοὐ φρονῶν ἀφικόμην
ἐχθροὺς ἐς ἄνδρας· ἀλλ' ἀναγκαίως ἔχει
πατρίδος ἐρᾶν ἅπαντας· ὃς δ' ἄλλως λέγει,
λόγοισι χαίρει, τὸν δὲ νοῦν ἐκεῖσ' ἔχει.
οὕτω δὲ τάρβους εἰς φόβον τ' ἀφικόμην,
μή τις δόλος με πρὸς κασιγνήτου κτάνῃ,

v. 356. *Οἰδιπόδα*] Sic Cant. Flor. A. Flor. 2. 10. 21. Vict. Agnoscit eam formam Scholiasta cod. C.C.C. Guelph. m. 1. Olim legebatur *Οἰδιπόδαο*. Vid. Matth. §. 68, 9. p. 147. ed. II.

v. 360. *μῆτερ — ἀφικόμην*] Sic libri tantum non omnes, tum Stobaeus tit. 39. p. 157. et Scholiastae ad h. l. Ante Kingium legebatur *μᾶτερ* et *ἀφικόμαν*, quas formas librarii, propter antecedens carmen choricum doricis assueti, invexerunt.

v. 362 et seq. omisit Flor. A. propter *ὁμοιοτέλευτον*.

v. 364. *οὕτω δὲ τάρβους*] *τάρβος* Grot. et Kingius. Porsonus scribendum coniecit: *οὕτω δ' ἐτάρβουν*, G. Hermannus: *οὕτω δ' ἐτάρβησ'*.

Nam quod ab A. Matthiae dissensit G. H. Schaeferus in ind. ad Phoen. Porsoni p. 131., nihil est. Manet enim constructio eadem, sive *τὰ μὲν — τὰ δὲ* partim — partim interpretamur sive etiam aliter. De Latino sermone poteris conferre formulas: aliquid auctorem esse, aliquid dignum esse, de quo extremo vide Terentii Andr. V, 4, 37 seq.: Dignus es cum tua religione odium. et Plauti Capt. V, 2, 6: Non me censes scire, quid dignus siem? *κατεκώμασε* vero, quod ipsum quoque per se accusativum non assumit — est enim nihil aliud nisi *ὑβριστικῶς ἐπῆλθεν*, ut recte Scholiastae interpretantur — tamen, quoniam accedendo aliquid affert, eodem iure accusativum adiunctum habet, quo quodvis verbum transitivum. Vide quae supra ad v. 315. annotavimus.

v. 358 seq. Eustath. de Ismeniae et Ismenes amor. VI. p. 226: *ὡς δὲ καὶ γυναιξὶ δεινὸν κατὰ τὴν παροιμίαν αἱ δι' ὠδίνων γοναί, ὅλαι* (i. q. *πᾶσαι*) *μητέρες συμμαρτυρήσουσιν*. Sic Sophocles in Electr. v. 770 seq. ed. Br.: *Δεινὸν τὸ τίκτειν ἐστίν· οὐδὲ γὰρ κακῶς Πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προςγίγνεται.* et Euripides in Iphig. Aul. 917: *Δεινὸν τὸ τίκτειν, καὶ φέρει φίλτρον μέγα Πᾶσίν τε κοινόν, ὥςθ' ὑπερκάμνειν τέκνων.*

v. 363. *λόγοισι χαίρει κτέ.*] Comparavit Valckenarius Eupolidis parasitum apud Athen. VI. p. 236, 7: *Κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ' ἐπαινῶ Καὶ καταπλήττομαι δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν.* et Theogn. v. 87: *Μή μ' ἔπεσιν μὲν στέργε, νόον δ' ἔχε καὶ φρένας ἄλλῃ*, coll. Eurip. Androm. v. 451 seq. Orest. v. 1514.

v. 364. *οὕτω δὲ τάρβους εἰς*

ὥςτε ξιφήρη χεῖρ' ἔχων δι' ἄστεως
κυκλῶν πρόςωπον ἦλθον. ἓν δέ μ' ὠφελεῖ,
σπονδαί τε καὶ σὴ πίστις, ἥ μ' εἰςήγαγε
τείχη πατρῷα· πολύδακρυς δ' ἀφικόμην,
χρόνιος ἰδὼν μέλαθρα καὶ βωμοὺς θεῶν
γυμνάσιά θ', οἷσιν ἐνετράφην, Δίρκης θ' ὕδωρ·
ὧν οὐ δικαίως ἀπελαθεὶς ξένην πόλιν
ναίω, δι' ὄσσων ὄμμ' ἔχων δακρυῤῥοοῦν.
ἀλλ' ἐκ γὰρ ἄλγους ἄλγος αὖ σὲ δέρκομαι
κάρα ξυρηκὲς καὶ πέπλους μελαγχίμους

v. 366. δι' ἄστεως] Sic Elmsl. ad Soph. Oed. reg. v. 762. Dind. Herm. Olim legebatur ἄστεος. Matth. §. 81. annotat. I.

v. 368. ἥ μ' εἰςήγαγε] ἥ μ' εἰςήγαγες Flor. A., id quod probaverunt Valcken. et Porsonus. Multo simplicior ac venustior est librorum scriptura. Kingius scripsit εἰςήγαγεν, quem secutus est G. Hermannus.

v. 371. ἐνετράφην] Sic plerique libri et Plut. Tom. II.

φόβον τ' ἀφικόμην] Εἰς τοσοῦτον τοῦ τάρβους καὶ εἰς τὸν φόβον τοσοῦτον ἀφικόμην. SCHOL. cod. C. C. C. Neque ego censeo hanc omnium librorum scripturam ullo modo immutandam. Οὕτω enim eodem iure adiunctum habet genitivum τάρβους, quo in Euripidis Electr. v. 755. ed. Matth. dicitur: Φίλαι, τί χρῆμα; πῶς ἀγῶνος ἥκομεν; Nam quod deinde dicitur εἰς φόβον τ' ἀφικόμην, mutata paululum structura orationis, non debet offendere. Poterat enim dici per sese: οὕτω εἰς φόβον ἀφικόμην, ὥςτε κτἑ., ac varietas orationis in re facili et expedita recte poetae quaesita est.

v. 367. κυκλῶν πρόςωπον] Aristoph. Thesmoph. v. 957 seqq.: Ἐπισκοπεῖν δὲ πανταχῇ κυκλοῦσαν ὄμμα χρὴ χοροῦ κατάστασιν.

v. 370. μέλαθρα καὶ βωμοὺς θεῶν] Difficile dictu est, utrum Accius in Phoenissis ap. Non. p. 174, 2. hinc petiverit: Delubra coelitum, aras, sanctitudines, an haec pertineant ad v. 613. Pors.

v. 373. δι' ὄσσων ὄμμ' ἔχων δακρυῤῥοοῦν] Ludit hoc quoque loco poeta in vocis et notionis similitudine, qua de re cf. quae ad Med. v. 365. et v. 475. explicavimus, coll. etiam supra v. 388. Hinc illi non recte fecerunt, qui hanc omnium librorum scripturam, etiam aperto Scholiast. et Eustathii (ad Il. p. 432, 12. = 328, 21.) testimonio confirmatam, mutatam voluerunt. Nam quod antiqui grammatici in Flor. 2. Vict. scripserunt: δι' ὄσσων αἷμ' ἔχων, recentiores autem fere omnes e Musgravii emendatione δι' ὄσσων νᾶμ' ἔχων, id multo est deterius librorum auctoritate, quam summo iure nuper etiam G. Hermannus defendit. Recte iam vetus Scholiasta: Δι' ὄσσων· inquit, [διὰ] τῶν ὀφθαλμῶν τὴν ὄψιν δακρυῤῥοοῦσαν ἔχων. Ὄμμα igitur visum (spectionem) significat. Δακρυῤῥοοῦν ὄμμα habes etiam in Alcest. v. 826. Pflugk.

v. 374. ἀλλ' ἐκ γὰρ ἄλγους ἄλγος αὖ σὲ δέρκομαι] De constructione verborum recte existimavit A. Matthiae ad h. l.

ἔχουσαν, οἴμοι τῶν ἐμῶν ἐγὼ κακῶν.
ὡς δεινὸν ἔχθρα, μῆτερ, οἰκείων φίλων
καὶ δυςλύτους ἔχουσα τὰς διαλλαγάς.
τί γάρ πατήρ μοι πρέσβυς ἐν δόμοισι δρᾷ,
σκότον δεδορκώς; τί δὲ κασίγνηται δύο;
ἦπου στένουσι τλήμονες φυγὰς ἐμάς;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

κακῶς θεῶν τις Οἰδίπου φθείρει γένος·
οὕτω γὰρ ἤρξατ', ἄνομα μὲν τεκεῖν ἐμέ,
κακῶς δὲ γῆμαι πατέρα σὸν φῦναί τε σέ.

p. 526. F. Aliquot libri peccant ἀνετράφην.

v. 379. ἐν δόμοισι] ἐν δώμασι Aug. d. Taurin. Havn., usitato errore. Vide ad v. 330.

v. 381. τλήμονες] Sic praeter Ald. et vett. edd. Guelph. Florr. omnes praeter 5. Taurin. Havn. τλήμονος coniecit Marklandus idque legitur in Mosqu. D. Flor. 5. Mox φυγᾶς ἐμᾶς Mosqu. D. Aug. d. Taurin., ἐμᾶς etiam Flor. 5., mero errore.

Non possunt enim haec commode distrahi, quamquam antiquitus duo orationis membra erant: ἀλλ' ἐκ γὰρ ἄλγους ἄλγος αὖ, σὲ δέρκομαι. Vide me ad Devarium Vol. II. p. 23 seq. Propter similitudinem sententiae comparavit Valckenarius Troad. 591: ἐπὶ δ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖται. Alcest. 1039: ἀλλ' ἄλγος ἄλγει τοῦτ' ἂν ἦν προςκείμενον.

v. 375. Cf. Electr. v. 335.

v. 376. οἴμοι τῶν ἐμῶν ἐγὼ κακῶν] Recte explicavit Scholiasta: Οἴμοι ἐγὼ ἕνεκα τῶν ἐμῶν κακῶν. Cf. Sophoclis Trachin. v. 971. Brunck.: Ὤμοι ἐγὼ σοῦ, πάτερ, ὤμοι ἐγὼ σοῦ μέλεος. Male Porsonus in pronomine ἐγώ offensus pro eo substituit τλήμων.

v. 378. δυςλύτους — διαλλαγάς dicit difficiles reconciliationes gratiae, quod solvendis inimicitiis efficiuntur διαλλαγαί.

v. 380. σκότον δεδορκώς] Cf. Sophoclis Oed. reg. v. 419. ed. Br.: βλέποντα νῦν μὲν ὄρθ', ἔπειτα δὲ σκότον.

v. 381. ἦπου στένουσι τλήμονες φυγὰς ἐμάς;] Nominativus τλήμονες rectissime se habet hoc loco. Refertur autem non tam ad ipsas personas, quam ad actionem eam, quae est in verbo στένουσι. Sic in Latino sermone saepenumero adiectivum miser interponitur, ubi adverbium merum exspectaveris. Hoc qui non intellexerunt librarii, τλήμονος invexerunt, quod non debebant recentiores critici recipere. Male etiam Porsonus e Brunckii coniectura edidit τλήμονας.

v. 383. οὕτω γὰρ ἤρξατ'] Est fere: Sic enim instituit facere, ut accusativus cum infinitivo a voce οὕτω — ἤρξατο per epexegesin suspensus esse videatur. Locus nullo modo mutatione eget.

v. 384. φῦναί τε σέ] Debebant hoc loco tres istae personae, in quibus maxime pernicies generis Oedipi cerneretur, magis exstare, itaque haec omnia etiam constructione et pronominibus ὀρθοτονουμένοις distinguuntur: τεκεῖν ἐμέ, γῆμαι πατέρα σόν, tum φῦναι σέ. Quod quum ita sit, non recte nuper G. Hermannus

ἀτὰρ τί ταῦτα; δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν.
ὅπως δ' ἔρωμαι, μή τι σὴν δάκω φρένα,
δέδοιχ', ἃ χρῄζω. διὰ πόθου δ' ἐλήλυθα.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ἀλλ' ἐξερώτα, μηδὲν ἐνδεὲς λίπῃς·
ἃ γὰρ σὺ βούλει, ταῦτ' ἐμοί, μῆτερ, φίλα.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

καὶ δή σ' ἐρωτῶ πρῶτον ὧν χρῄζω τυχεῖν.
τί τὸ στέρεσθαι πατρίδος; ἦ κακὸν μέγα;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

μέγιστον· ἔργῳ δ' ἐστὶ μεῖζον ἢ λόγῳ.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

τίς ὁ τρόπος αὐτοῦ; τί φυγάσιν τὸ δυσχερές;

v. 387. *ἐλήλυθα*] Sic plerique libri et Scholiasta. Perperam in edd. quibusdam paucisque libris *ἐλήλυθας*.

v. 390. *τυχεῖν*] In cod. Harl. superscriptum est *μαθεῖν* glossema, quod receptum est in cod. Venet. b. Aeschyli Prom. v. 701. *μαθεῖν — ἐχρῄζετε.* non poterit hanc scripturam vindicare.

v. 393. *τίς ὁ τρόπος*] *τίς δ' ὁ τρόπος* Stob. tit. 37. p. 226, 50. ed. Gesn. Sed ed. princ. Stobaei, tum libri ac Scholiastae Euripidis, etiam Plutarch. l. l. p. 605. E. vulgatam scripturam satis tuentur. Mox deteriores fere libri, Leid. B. MSS. C. C. C. K. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. Plut. l. l. p. 605. F. *δυστυχές.* Contra *δυσχερὲς* meliores libri Euripidis, tum Teles et Musonius ap. Stob. l. l.

v. 394. *ἔχει*] Sic omnes Euripidis libri, Plutarch. et Stob. l. l., etiam Musonius ap. Stob. tit. 38. p. 236, 17. Arnaldi emendationem: *ἔχειν*, inventam a Porsono in cod. L. e correctione, falso multi critici receperunt. Intelligitur *φυγὰς* singulari numero.

v. 396. *ἀμαθίαν* Plut. l. l., tum ap. Schol. memoratur lectio *τῶν πολιτῶν* pro *τῶν κρατούντων.* Iam M. Tullius Ep. dixit se nescire, an Euripides scripserit *φῦσαι* pro *φῦναι.*

v. 385. *ἀτὰρ τί ταῦτα·* Τουτέστι τί ταῦτα φημί; οὕτω γὰρ τοῖς θεοῖς ἔδοξε. διὸ δεῖ φέρειν τὰ ἐξ ἐκείνων. SCHOL.

v. 386 seq. Constructio horum verborum haec est: *ὅπως δ' ἔρωμαι ἃ χρῄζω, δέδοικα μή τι σὴν δάκω φρένα.* Ut ea interrogem quae cupio, verendum mihi est, ne tuum animum offendam. De formula *δάκνειν φρένα* cf. Homeri Iliad. V, 493: *δάκε δὲ φρένας Ἕκτορι μῦθος.* cum annotat. Eustathii p. 437, 2.

v. 387. *διὰ πόθου δ' ἐλήλυθα*] Ποθῶ δὲ ἐρωτῆσαι. SCHOL.

v. 391 seqq. Hic omnis de exsilio locus a veteribus philosophis, qui etiam Euripideorum decretorum mentionem saepe faciunt, diligenter tractatus est, quorum disputationes operae pretium erit inspexisse. Vide Plutarch. de exsilio p. 599. D. p. 605. F. p. 606. A. D. E. et Teletis ac Musonii disputationes servatas a Stobaeo tit. 40. Poetam vero,

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ἓν μὲν μέγιστον, οὐκ ἔχει παῤῥησίαν.
ΙΟΚΑΣΤΗ.
δούλου τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν ἅ τις φρονεῖ.
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών.
ΙΟΚΑΣΤΗ.
καὶ τοῦτο λυπρόν, συνασοφεῖν τοῖς μὴ σοφοῖς.
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ἀλλ' εἰς τὸ κέρδος παρὰ φύσιν δουλευτέον.
ΙΟΚΑΣΤΗ.
αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος.
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
καλοῖς βλέπουσί γ' ὄμμασιν, μέλλουσι δέ.

ad Atticum lib. II. ep. 25. §. 1: Nos tenemus praeceptum illud: τὰς τῶν κρατούντων., habuit nunc vulgatam scripturam. Cf. Hecub. v. 404: τοῖς κρατοῦσι μὴ μάχου. Soph. Electr. v. 342: τῶν κρατούντων ἐστὶ πάντ' ἀκουστέα.

v. 397. λυπρόν] δεινόν Havn.

v. 398. ἀλλ' εἰς τὸ κέρδος] „ἀλλ' ὅπου τὸ κέρδος Lucian. [in Apol. 3.] T. I. p. 710. Plut. Demetr. cap. 14. p. 895. A., quod recepta lectione non deterius." PORSONUS. Liberius, ut fere solent, philosophi laudaverunt hanc Euripidis sententiolam, ut ob eam rem receptam scripturam nullo modo sollicitandam putem.

v. 400. καλοῖς βλέπουσί γ' ὄμμασιν] Sic libri, Plut. de exsilio p. 606. D. Schol. Rectissime. Nam quod G. Hermannus: „Vellem", inquit, „hic aliquis liber praeberet καλοῖς βλέπουσαί γ' ὄμμασιν," usitatiorem quidem sic haberemus constructionem, sed non aptiorem. Nam eo, quod βλέπουσι verbum finitum est, magis exstat eius vis ac potestas meliusque apparet, quae est inter βλέπουσιν et μέλλουσιν oppositio. De γὲ particula vide me ad Devarium Vol. II. p. 330 seq.

quod universum hunc locum hic posuisset, vituperatum esse iam antiquo tempore ostendit Scholiasta: Τοῦτο μετὰ ἤθους, inquit, οὐκ ἐν δέοντι δὲ γνωμολογεῖ, τοιούτων κακῶν περιεστώτων τῇ πόλει. οὕτως δὲ πολλαχοῦ ὁ Εὐριπίδης. Aliquam excusationem habebit Euripides, si verum est, quod ad v. 323. statuimus, spectare haec ad Alcibiadem eo tempore ab Atheniensibus ex exsilio revocatum. Vide G. Hermanni praef. p. XV.

v. 395. δούλου τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν ἅ τις φρονεῖ] De sententia cf. Aristoph. Plut. v. 1 seqq.

v. 397. συνασοφεῖν] Quamquam hoc verbum analogiae repugnare videtur, tamen recto iudicio usi Porsonus, Schaeferus, Hermannus ferendam eam formam existimaverunt. Vide Lobeck. ad Phryn. p. 630.

v. 399. αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι κτἑ.] Similiter Aeschylus Agam. 1677: Οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους.

v. 400. καλοῖς βλέπουσι

ΙΟΚΑΣΤΗ.
οὐδ' ὁ χρόνος αὐτὰς διεσάφησ' οὔσας κενάς;
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ἔχουσιν Ἀφροδίτην τιν' ἡδεῖαν κακῶν.
ΙΟΚΑΣΤΗ.
πόθεν δ' ἐβόσκου, πρὶν γάμοις εὑρεῖν βίον;
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ποτὲ μὲν ἐπ' ἦμαρ εἶχον, εἶτ' οὐκ εἶχον ἄν.
ΙΟΚΑΣΤΗ.
φίλοι δὲ πατρὸς καὶ ξένοι σ' οὐκ ὠφέλουν;
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
εὖ πρᾶσσε· τὰ φίλων δ' οὐδέν, ἤν τις δυςτυχῇ.
ΙΟΚΑΣΤΗ.
οὐδ' ηὑγένειά σ' ἦρεν εἰς ὕψος μέγα;

v. 402. κακῶν] Sic primus Kingius edidit e MSS. Habent hoc MSS. C. C. C. Flor. A. Leidd. A. B. Paris. A. Florr. omnes, Guelph. Mosqu. D. Havn. Aug. b. (sed γρ. θεόν) Scholiast. θεόν Aldus et rell. θεαί Voss. 1. ap. Burton. Altera scriptura inde nata est, quod non intellexerunt Ἀφροδίτην pro appellativo esse.

v. 406. εὖ πρᾶσσε] Sic meliores libri et Scholiastae. εὖ πρᾶττε MSS. C. C. C. Leid. B. Mosqu. D. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. b. Ego in his melioribus libris etiam alias, ubi taceo, obsecutus sum. Vide etiam Valcken. ad h. l.

v. 407. ηὑγένειά] Sic recte Aldus et rell. εὐγένειά Flor. 5. Aug. d. Taurin. Havn. Plut. Mor. p. 606. E., usitato errore.

v. 410. δύναι' ἂν] Sic emendavit Marklandus ad Eurip. Suppl. 136. Proxime accedit Havn. δύναμ' ἄν. Reliqui libri et Glossatores: δύναιμ' ἄν.

v. 411. πῶς δ' ἦλθες Ἄργος;] In his Aug. d. Havn. om. δ'. Mosqu. D. ἦλθ' ἐς nimia diligentia. Mox ἔσχεθες est e libris de-

γ' ὄμμασιν· Ἤγουν εὐνοοῦσι καὶ καλὰ ἐπαγγέλλονται καὶ θαῤῥεῖν παρασκευάζουσι τῇ εὐνοίᾳ, μέλλουσι δέ, ἤγουν βραδύνουσι. SCHOL.

v. 402. ἔχουσιν Ἀφροδίτην τιν' ἡδεῖαν κακῶν] Ἔχουσι τέρψιν τινὰ ἡδεῖαν πρὸς τὰς δυςτυχίας. SCHOL.

v. 404. εἶτ' οὐκ εἶχον ἄν] Ἄν iam Scholiastae agnoverunt recte interpretantes τυχόν. Viri docti certatim αὖ proposuerunt. Vide G. Hermanni diss. de particula ἄν lib. I. cap. 7. p. 21 seq. Rost. §. 120. p. 605 seq. ed. VI. Devarium Vol. I. p. 31. cum annot. mea Vol. II. p. 143.

v. 406. Recte haec Scholiasta explicavit: Εὖ πρᾶσσε· εὔχου εὐτυχεῖν. τὰ φίλων δ' οὐδέν· ἀνδρὸς γὰρ κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι. Haec ita Accius apud Nonium p. 13, 20. ed. Merc. in Phoenissas suas transtulisse videtur: Quae ego cuncta esse fluxa in mea re crepera comperi. De οὐδέν cf. Matth. §. 437. ann. 1. p. 816. ed. II.

v. 408. τὸ γένος οὐκ ἔβοσκέ με]

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

κακὸν τὸ μὴ ἔχειν· τὸ γένος οὐκ ἔβοσκέ με.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἡ πατρίς, ὡς ἔοικε, φίλτατον βροτοῖς.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

οὐδ' ὀνομάσαι δύναι' ἂν ὡς ἐστὶν φίλον.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πῶς δ' ἦλθες Ἄργος; τίν' ἐπίνοιαν ἔσχεθες;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ἔχρησ' Ἀδράστῳ Λοξίας χρησμόν τινα.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ποῖον; τί τοῦτ' ἔλεξας; οὐκ ἔχω μαθεῖν.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

κάπρῳ λέοντί θ' ἁρμόσαι παῖδων γάμους.

terioribus MSS. C. C. C. MSS. quinque ap. Burton. K. L. Leid. B. Guelph. Flor. 2. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. primum a Barnesio restitutum. Habuit hoc etiam Glossator cod. Guelph. m. pr.: Ἔσχεθες· εἶχες. Libri sane meliores uno consensu ἔσχες, Ald. rell. Mosqu. D. Flor. 10. 33. Aug. b. d. Taurin. Havn. Credo tamen vere restitutum ἔσχεθες. Nam quum hoc scriptum esset per compendium, facile in usitatiorem formam commutari poterat, et meliores libri saepe in eiusmodi rebus peccant. Eodem modo in Hippolyto v. 1279. ed. Matth. nunc restitutum legitur: φανερὰν δ' ἔσχεθες ἄταν. pro eo, quod plerique libri habent, φανερὰν δ' ἔσχες ἄταν. De forma ipsa vide P. Elmsleium ad Eurip. Med. v. 995. Heracl. v. 272. G. Hermannus nuper, indicio etiam cod. Venet. b., qui ἔχων habet, edidit: τίνα ποτ' ἐπίνοιαν ἔχων; Et ἐπίνοιαν ἔχων quidem coniectura ante eum invenerat I. I. Reiskius.

Cf. Ionis v. 268: τὸ δὲ γένος μ' οὐκ ὠφελεῖ.

v. 411. „Iacobsius in Curis secundis cap. 6. post hunc versum ponendos censebat versus 414. 415. Egregie vulgatum ordinem defendit Naekius in indice lectionum aestivarum Acad. Rhen. a. 1824." G. HERMANNUS. Legitur Naekii disputatio in Opusculis philolog. a Welckero hoc anno editis Vol. II. p. 112 seq.

v. 413. ποῖον; τί τοῦτ' ἔλεξας;] Hoc est aliis verbis: quod oraculum? quid istuc est, quod dicis? Non intelligo orationem istam. Hinc recte fecerunt recentiores critici, quod non obsecuti sunt Porsono scribenti: ποῖόν τι τοῦτ' ἔλεξας; Comparavit G. Hermannus in eam rem Soph. Electr. 1348 seq.: ΌΡ. Οὐκ οἶσθ', ὅτῳ μ' ἔδωκας εἰς χεῖράς ποτε; ΗΛ. ποίῳ; τί φωνεῖς;

v. 414. Ipsa oraculi verba affert Scholiasta: Ὁ χρησμὸς ὑπὸ Μνασέου (est Mnaseas Patarensis, qui, ut testatur Schol. Pind. Olymp. II, 70., librum de oraculis [περὶ χρησμῶν] com-

ΙΟΚΑΣΤΗ.

καὶ σοὶ τί θηρῶν ὀνόματος μετῆν, τέκνον;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

οὐκ οἶδ'· ὁ δαίμων μ' ἐκάλεσεν πρὸς τὴν τύχην.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

σοφὸς γὰρ ὁ θεός· τίνι τρόπῳ δ' ἔσχες λέχος;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

νὺξ ἦν, Ἀδράστου δ' ἦλθον εἰς παραστάδας.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

κοίτας ματεύων, ἢ φυγὰς πλανώμενος;

v. 415. θηρῶν] Sic meliores libri. θηρὸς King. e K., tum MSS. C. C. C. Leid. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. Aug. b.

v. 419. ματεύων] Sic correxit Canterus. Habet Leid. A. L. Flor. 2. 5. 18. 21. 34. Vict., tum MS. ab Holstenio coll. ap. Markl. ad Suppl. 984. μαστεύων Ald. rell. Guelph. Flor. 6. 9. 10. 33. Aug. d. Taurin. Havn. Hic quoque meliores fere libri antiquum mendum fideliter propagarunt, quo verisimilius erit quod ad v. 411. disputavi.

v. 420. κἆτά γ'] Scripsi pro κᾆτά γ' e praecepto Apollo-

posuerat; vid. G. I. Vossium de historicis Gr. p. 178 seq. ed. Westermann.) οὕτως ἀναγέγραπται· Κουράων δὲ γάμους ζεῦξον κάπρῳ ἠδὲ λέοντι, Οὕς κεν ἴδῃς προθύροισι τεοῦ δόμου ἐξ ἱεροῖο Ἀμοῦ στείχοντας, μηδὲ φρεσὶ σῇσι πλανηθῇς.

v. 415. καὶ σοὶ τί θηρῶν ὀνόματος μετῆν, τέκνον;] Recte ait Naekius in Opusc. philol. Vol. I. p. 114. non illam esse horum verborum sententiam, quam olim Fr. Iacobsius in Curis sec. cap. 6. voluisset, ut interrogaret Iocasta, qua in re Adrastus ipsum leoni aprove comparasset, sed hanc potius: Cur leonis nomine vel apri te designavit deus?

v. 418. εἰς παραστάδας] παραστάδας dixisse Euripidem quae Homerus dixisset σταθμούς annotavit Eustath. ad Iliad. p. 402, 23: μέρος θυρῶν, inquit, ἐν Ὀδυσσείᾳ οἱ σταθμοί, οὓς παραστάδας ὁ τραγικός φησιν. Recte igitur conclusit Valckenarius vertisse Statium in Theb. I, 388: ignotae acclinis postibus aulae; conf. etiam Suppl. 142., ubi Adrastus: ἐλθόντε φυγάδε νυκτὸς εἰς ἐμὰς πύλας.

v. 419. κοίτας ματεύων, ἢ φυγὰς πλανώμενος;] Hoc est: Fortasse cubile quaerens, aut omnino ut exsul errabundus? ut duae res similes inter sese in interrogatione ponantur. Quod non intelligentes multi et antiquo tempore et recentiore scripserunt: ἢ φυγὰς πλανώμενος. Respondet etiam ita Polynices, ut haec duo quasi similia confirmet: ἦν ταῦτα, quod non male alter Scholiasta interpretatur: καὶ ὅτι φυγὰς ἐπλανώμην καὶ ὅτι κοίτας ἐζήτουν. Nostram scripturam confirmant praeter Scholia MSS. L. Leidd. A. B. Guelph. Harl. Mosqu. D. Aug. b. d. Vict. Havn. De Florentinis tacetur, sed ex scholiis verisimile est hos pleros-

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ἦν ταῦτα· κατά γ' ἦλθεν ἄλλος αὖ φυγάς.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

τίς οὗτος; ὥς ἄρ' ἄθλιος κἀκεῖνος ἦν.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Τυδεύς; ὃν Οἰνέως φασὶν ἐκφῦναι πατρός.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

τί θηρσὶν ὑμᾶς δῆτ' Ἄδραστος ᾔκασεν;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

στρωμνῆς ἐς ἀλκὴν οὕνεκ' ἤλθομεν πέρι.

nii de adverb. p. 497, 19. κατά γ' Taurin. Cf. me ad Devarium Vol. II. p. 542. κατα δ' Leidd. Harl. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 33.

v. 423. τί θηρσὶν ὑμᾶς] Sic aperte Paris. A. Taurin. et procul dubio alii etiam libri. Nam iam Valckenarius commemorat eam scripturam. Receperunt recentiores critici. τί θηρσὶ δ' ὑμᾶς Aldus et sic Guelph. Mosqu. D. Florent. omnes habere dicuntur. Edidit etiam nuper hoc G. Hermannus. — Mox ᾔκασεν MSS. L., ᾔκασε Taurin., εἴκασεν Guelph. Florr. omnes, Mosqu. D. Olim εἴκασε legebatur. ᾔκασεν Brunckius ac recentiores recte ediderunt. Vide annotat. ad v. 64,

que ἦ, non ἢ legere. ἢ Ald. et reliqui.

v. 420. κατά γ' ἦλθεν] De καὶ — γὲ particulis vide me ad Devarium Vol. II. p. 215 seqq.

v. 421. ὥς ἄρ' ἄθλιος κἀκεῖνος ἦν] Quum hunc versum P. Elmsleius ad Med. 1246. propter exclamationem, quae esset in particulis ὥς ἄρα, attulisset, recte quidem G. Hermannus nuper dixit satis miram esse hanc Iocastae miserationem hominis ignoti, sed debebat vir summus tamen hoc adiicere, erravisse Elmsleium atque interpretes reliquos, qui exclamationem in illis verbis contineri putassent. Ista enim verba, si rem paulo pinguius explicare volumus, hoc sibi volunt: nam rebus ita comparatis etiam ille miser fuit, ut ὡς ἄρα κτἑ. hoc loco idem fere sit, quod: ἐπεὶ ἄρα κἀκεῖνος ἄθλιος ἦν. Etenim ὡς ἄρα particulae eodem iure ratiocinationem in se continere possunt, quo exclamationem. De ἄρα in eiusmodi locis explicatius dixi ad Devarium Vol. II. p. 174 seqq. Concisa autem huius versus sententia sic dilatanda est: Quis iste fuit? vel: Quid isti nominis est? Nam quae eius conditio fuerit, non est quod exquiram. Etenim, ut tu ipse narras (ἄρα), quandoquidem exsulem eum ais fuisse, miser ipse quoque fuit. Hoc sibi poetam voluisse apparet etiam ex responsione Polynicis.

v. 422. Τυδεύς] Is ob eam causam fugisse patriam dicitur, quod cognatum aliquem suum occiderat. Quis ille cognatus fuerit, incertum veterum scriptorum testimonia relinquunt. Accurate de ea re egit Apollodorus I, 8, 5., ad quem locum vide quae Heynius annotavit.

v. 424. στρωμνῆς ἐς ἀλκὴν οὕνεκ' ἤλθομεν πέρι] Quod praepositio πέρι ab eo quo pertinet nomine στρωμνῆς remotior est,

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἐνταῦθα Ταλαοῦ παῖς συνῆκε θέσφατα;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

κἄδωκεν ἡμῖν δύο δυοῖν νεάνιδας.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἆρ' εὐτυχεῖς οὖν τοῖς γάμοις, ἢ δυστυχεῖς;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

οὐ μεμπτὸς ἡμῖν ὁ γάμος ἐς τόδ' ἡμέρας.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πῶς δ' ἐξέπεισας δεῦρό σοι σπέσθαι στρατόν;

v. 428. ἐς τόδ' ἡμέρας] Sic h. l. Havn. et Scholiastae. De reliquis libris tacetur. Toleravi hic breviorem formam ἐς, quod et in libris quibusdam sine dubio invenitur et in solenni fere formula ἐς τόδ' ἡμέρας fortasse etiam usitatius erat ita dici.

v. 429. σπέσθαι] Sic Canterus, tum Guelph. Florr. omnes aliique libri. Glossatores: σπέσθαι, ἕπεσθαι, ἀκολουθῆσαι. Pauciores libri δεῦρ' ἕπεσθαί σοι; in his Vict. Aldus et rell. peccant ἑσπέσθαι, Harl. σπεῦσθαι.

v. 430. τόδε] Sic Aldus et meliores fere libri, Taurin. Havn.

non debet nos offendere. Saepe enim hoc Graeci fecerunt, modo ita illa quae coniungenda erant verba in enuntiato exstarent, ut eorum vis et constructio sese proderet ipsa verborum collocatione. Sic hoc versu στρωμνῆς quum primum locum obtineat, πέρι autem ultimum, facile constructionis ratio agnoscitur. Cf. Sophoclis Antig. v. 214: καὶ τῶν θανόντων χὠπόσοι ζῶμεν πέρι. — Ceterum Euripides et hoc loco et in Supplic. v. 144 seqq. simplicissimam hanc caussam affert, quamobrem Adrastus putarit esse hos viros indicatos Apollinis oraculo ferarum istarum nomine, quod illos de cubili instar ferarum dimicantes vidisset. Nam varie haec res traditur et ab aliis aliud narratur scriptoribus, qua de re vide quae eruditissime disputavit Naekius in Opusc. philol. a Welckero editis Vol. II. p. 114 seqq.

v. 425. ἐνταῦθα Ταλαοῦ παῖς] Ἐν τούτῳ ὁ τοῦ Ταλαοῦ παῖς Ἄδραστος ἔγνω τὰ μαντεύματα. Αἰόλου Κρηθεύς, οὗ Ἀμυθάων, οὗ Βίας, οὗ Ταλαός, οὗ Ἄδραστος. SCHOL. De genere et progenie Talai vide Apollod. I, 9, 13. cum tab. geneal. VIII. c. Heynii.

v. 428. ἐς τόδ' ἡμέρας] Vid. Matth. §. 341.

v. 431. Τυδεῖ γε κἀμοί· σύγγαμος γάρ ἐστ' ἐμός] Hunc versum nihil continere, nisi quod ex oratione superiore colligi per se possit, non nego, sed hinc tamen non sequitur eiiciendum versum esse, quod multis visum est criticis. Etenim quamquam e v. 426: κἄδωκεν ἡμῖν δύο δυοῖν νεάνιδας, sequitur esse affinem Polynicis factum Tydeum, tamen hoc loco, facta Tydei mentione, recte fecit Polynices, quod eam affinitatem, qua erat cum illo coniunctus, ut factam iam rem et manentem adhuc praedicavit. Quid G. Hermannus, qui σύγγαμον Tydeum a Polynice dici vult, quod eodem quo ipse die nuptias fecisset, id quod nego verbo σύγγαμος per se satis in-

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

δισσοῖς Ἄδραστος ὤμοσεν γαμβροῖς τόδε,
(Τυδεῖ τε κἀμοί· σύγγαμος γάρ ἐστ' ἐμός·)
ἄμφω κατάξειν εἰς πάτραν, πρόσθεν δ' ἐμέ.
πολλοὶ δὲ Δαναῶν καὶ Μυκηναίων ἄκροι
πάρεισι, λυπρὰν χάριν, ἀναγκαίαν δ' ἐμοὶ
διδόντες· ἐπὶ γὰρ τὴν ἐμὴν στρατεύομαι
πόλιν. θεοὺς δ' ἐπώμοσ', ὡς ἀκουσίως
τοῖς φιλτάτοις τοκεῦσιν ἠράμην δόρυ.
ἀλλ' εἰς σὲ τείνει τῶνδε διάλυσις κακῶν,

Flor. 2. 10. 33. τάδε MSS. C. C. C. Leidd. A. B. Harl. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. Aug. b. et sic fere inde a Valckenario editum est, cuius praeceptum nullo modo potest obtineri.

v. 431. σύγγαμος] Sic Grotius e codd. Paris., tum Barn. e MSS. C. C. C. Habent hoc Flor. A. Florr. omnes, etiam Leid. B. G. Mosqu. D. Vict. Havn., in quibus σύγγαμβρος superscriptum est, quod habent Flor. 5. 6. 9. σύγαμβρος Leid. A. Mox ἐστ' ἐμοί Aug. d. Havn.

dicari, miratus sit, quod codd. Aug. et Havn. scripturam ἐστ' ἐμοί recepit, fateor me non intelligere. Etenim si σύγγαμος revera habeat istam significationem, perinde fuit, utrum dativus an pronomen possessivum adiungeretur. Sed videtur sententia verbi σύγγαμος patere latius.

v. 432. πρόσθεν δ' ἐμέ] Ἐπείπερ οὗτος εἶχε τὴν πρεσβυτέραν τῶν θυγατέρων. SCHOL. Priorem etiam se venisse ait Polynices v. 420.

v. 433. πολλοὶ δὲ Δαναῶν κτλ.] „Haec et seqq. profert Plut. de exsil. p. 606. E., quibus ingratum ostendat Euripides Polynicis animum, quaeque superius is de exsilii dixerat incommodis v. 405 et seqq. confutet." VALCKEN.

v. 436. ἐπώμοσα· ἀντὶ τοῦ ἐπόμνυμι. SCHOL. Vid. Matthi. §. 506. V. 1. Rost. §. 116. 8. annot. 4. p. 581. ed. VI.

v. 437. τοῖς φιλτάτοις τοκεῦσιν ἠράμην δόρυ] Permirum est in hac simplicissima sententia,

quae imprimis apta ad hunc locum est, offendisse interpretes. Illud enim recte iam Musgravius atque Heathius, prudentes homines, explicaverunt, iure dici potuisse Polynicem bellum inferre parentibus, quod, quum bellum pararet civitati Thebanae, eius urbis autem cives et incolae essent Iocasta et Oedipus, quodammodo etiam contra hos arma ferre videretur. Quo pertinet etiam illud, cuius rei mentionem fecit Heathius, quod supra Antigona v. 192 seqq. deprecatur servitutem quasi sibi imminentem, quum Polynices regnum repeteret, minime autem neque cives neque vero gentis suum in servitutem abducere vellet. Itaque non possum ullo modo Valckenarii probare argutias, qui, quum in scholiis significatum esset aliam scripturam fuisse ἐκούσιν, has receptâ verba ὡς ἀκουσίως τοῖς φιλτάτοις γ' ἑκοῦσιν ἠράμην δόρυ. ita interpretatus est, ut in verbis τοῖς φιλτάτοις Eteoclem fratrem intelligeret, cui...

μῆτερ, διαλλάξασαν ὁμογενεῖς φίλους
παῦσαι πόνων με καὶ σὲ καὶ πᾶσαν πόλιν.
πάλαι μὲν οὖν ὑμνηθέν, ἀλλ' ὅμως ἐρῶ·
τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα,
δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει.
ἁγὼ μεθήκω δεῦρο μυρίαν ἄγων
λόγχην· πένης γὰρ οὐδὲν εὐγενὴς ἀνήρ.

v. 441. ἀλλ' ὅμως ἐρῶ] ὅμως δ' ἐρῶ Leid. B. errore, quem non debebat arripere Valckenarius, qui inde scribi posse coniectavit: πάλαι μὲν οὖν ὑμνούμενόν γ', ὅμως δ' ἐρῶ.

v. 444. μεθήκω] Sic Kingius. Habent libri tantum non omnes. Olim legebatur μεθ' ἥκω. Brunckius, quod Paris. A. peccat ἄγω pro ἄγων, hoc recepto scripsit μεθήκων.

v. 446 seq. ὅδε χωρεῖ] ὅδ' ἥκει Flor. 33. ὅδε ἥκει Harl. et pro var. lect. Cantabr. et Ven. a.

v. 450. ἀρχέτω δή τις] Sic Paris. A. Taurin. Receperunt

lenti nolens Polynices bellum inferret, neque G. Hermanni rationem, qui ex ea varietate hanc coniecturam peperit: τοῖς φιλτάτοις ἥκουσιν, quam fateor me non intelligere satis. Nam quod Lobeckium ad Soph. Aiacem v. 637. appellat, video aliena ab hoc loco esse quae ibi commemorantur. Sed quae causa est tantarum litium? Libri plerique et Scholiasta constanter habent τοκεῦσιν, codd. Mosqu. D. Flor. 21. γονεῦσιν, Scholiasta commemorat quasi variam scripturam ἑκοῦσιν, quod quum minime aptum ad hunc locum sit, non solum probabile, sed certum plane videtur fuisse hoc olim τεκοῦσιν, ut haec quoque varietas pertineret ad antiquam ac veram scripturam τοκεῦσιν. Et quid dico certum hoc videri? Est plane verum et testatum. Nam in scholio cod. quidem Aug. non ἑκοῦσιν pro varia lectione habetur, sed totidem literis τεκοῦσιν.

v. 440. παῦσαι πόνων με καὶ σὲ κτέ.] Non debemus offendere in eo, quod priore loco μὲ encliticum positum est, deinde autem distinctionis ratio postulat, ut σὲ pro ὀρθοτονουμένῳ habeamus. Nam in altero demum membro nascitur oppositio. Vide Matth. §. 466. ann. 1. Non recte igitur P. Elmsleius in Add. ad Oed. reg. 376. scribendum proposuit: παῦσαι πόνων σε κἀμὲ κτέ., quem in viam reduxit G. Hermannus ad h. l.

v. 441. πάλαι μὲν οὖν ὑμνηθέν] Est quasi nostra lingua dicas: Es ist eine alte Leier, quamquam hoc eleganter minus dicitur. Cf. Soph. Ai. 292: αἰεὶ δ' ὑμνούμενα. Γύναι, γυναιξὶν κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.

v. 443. δύναμίν τε πλείστην — ἔχει] Cf. coll. Theognideam v. 717 seq.: Ἀλλά γε χρὴ πάντας γνώμην ταύτην καταθέσθαι, Ὡς πλοῦτος πλείστην πᾶσιν ἔχει δύναμιν.

v. 444 seq. μυρίαν ἄγων λόγχην] Vide quae supra annotavimus ad v. 78.

v. 445. οὐδὲν] Vide annotat. ad v. 406.

v. 446. καὶ μὴν] Saepe has particulas in novae personae adventu a scenicis poetis usurpari notum est. Vide quae diximus ad Devarium Vol. II. p. 651.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν Ἐτεοκλῆς εἰς διαλλαγὰς ὅδε
χωρεῖ· σὸν ἔργον, μῆτερ Ἰοκάστη, λέγειν
τοιούςδε μύθους, οἷς διαλλάξεις τέκνα.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

μῆτερ, πάρειμι· τὴν χάριν δὲ σοὶ διδοὺς
ἦλθον. τί χρὴ δρᾶν; ἀρχέτω δή τις λόγου·
ὡς ἀμφὶ τείχη καὶ ξυνωρίδας λόχων

Brunckius ac recentiores praeter Hermannum. Vulgo: ἀρχέτω δέ τις. Notum non minus hoc est, δή particulam poni saepe a Graecis post imperativos, quam illud, quod lubenter pronomina enclitica graviori illius particulae sono adhaerescunt; vide quae explicavi ad Devarium Vol. II. p. 395. et p. 420 seqq.

v. 451. ξυνωρίδας λόχων] Sic constanter libri et Scholiastae. G. Hermannus de coniectura sua: ξυνωρίδας πυλῶν. Vide explicationem.

v. 447. σὸν ἔργον, μῆτερ Ἰοκάστη, λέγειν] In usitatis his et ad intelligendum non obscuris formulis solent verba et particulae saepe omitti. Sic Aeschylus in Prometheo v. 635: σὸν ἔργον, Ἰοῖ, ταῖςδ' ὑπουργῆσαι χάριν κτέ.

v. 448. τοιούςδε μύθους, οἷς διαλλάξεις τέκνα] Cf. Iphig. Taur. v. 1022. Matth.: ἀλλ' ἀντίαζε καὶ λόγους πειστηρίους εὕρισκε. Neque enim solum in mala causa λόγους εὑρίσκειν, λόγους παρασκευάζεσθαι et similia dicuntur, verum saepe etiam in bona, ut iniuria nuper Andocidis locus ex orat. de myst. §. 9. ed. Bekk. in suspicionem vocatus sit, ubi haec leguntur: τὰ μὲν οὖν δίκαια γινώσκειν ἡμᾶς ἡγοῦμαι καὶ λόγους παρεσκευάσθαι, οἷςπερ ἐγὼ πιστεύσας ὑπέμεινα κτέ. Vide quae ego de hac re commentatus sum in Nov. annal. philol. et paedag. Vol. XIII. p. 376.

v. 449. τὴν χάριν δὲ σοὶ διδούς] „Ὀρθοτονητέον τὸ σοὶ διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν σχέσιν." SCHOL. Efferitatem ac atrocem Eteoclis animum unumquodque Euripidis verbum loquitur, ut recte hic locus iam ab antiquis grammaticis ob eam rem laudatus sit. Sic etiam mox v. 450. dicit: ἀρχέτω δή τις λόγου, universa sententia, ne, si speciatim loqueretur, appellaret fratrem.

v. 451 seq. ὡς ἀμφὶ τείχη καὶ ξυνωρίδας λόχων τάσσων ἐπέσχον πόλιν] Ita describenda haec verba curavi, ut appareret statim, quam ego eorum constructionem esse statuerem. Constructio enim haec est: ὡς ἐπέσχον τάσσων ξυνωρίδας λόχων ἀμφὶ τείχη καὶ πόλιν. Etenim quod sic disiuncta esse videri possint, quae coniungenda fuerint, iam supra ad v. 424. annotavi, ubi obscura causa non esset essetque ea verborum collocatio, ut singula verba, quae coniungenda essent, exstarent magis, saepe Graecos, praesertim poetas, ea disiunxisse, quae aptissime inter se ipsâ sententiâ cohaerere viderentur. Et si dura ea ratio esse videtur, id quod hoc loco, ut opinor, vexavit A. Matthiae, qui prope a vera horum verborum explicatione aberat, non debebimus eam rem ex nostrorum hominum ser-

τάσσων ἐπέσχον πόλιν, ὅπως κλύοιμί σου
κοινὰς βραβείας, αἷς ὑπόσπονδον μολεῖν
τόνδ᾽ εἰσεδέξω τειχέων πείσασά με.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἐπίσχες· οὔτοι τὸ ταχὺ τὴν δίκην ἔχει·
βραδεῖς δὲ μῦθοι πλεῖστον ἀνύτουσιν σοφόν.
σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς·
οὐ γὰρ τὸ λαιμότμητον εἰσορᾷς κάρα

v. 455. **οὔτοι**] Sic libri meliores fere, Flor. A. Leidd. A. B. Florr. 2. 10. 33. 34. Vict. Aug. b. Schol., etiam ad Or. v. 1062. **οὔτι** deteriores libri non pauci. Mox pro *δίκην* peccat Havn. *χάριν*.

v. 456. *ἀνύτουσιν*] *ἀνύσουσιν* cod. Taurin. Id credo ego fuisse *ἀνύτουσιν*, quum glossema illius codicis praesens agnoscat. Ceteri libri *ἀνύουσιν*. Formam Atticam primus Porsonus restituit.

v. 459. *Γοργόνος*] Sic libri et edd. omnes, tum Schol., nisi quod quaedam edd. et cod. Havn. *Γοργόνας* peccant. Valckenarius male coniecit *Γοργοῦς*. Mox δ᾽ post *ἀδελφὸν* male omi-

mone, sed ex Graecorum existimare (qua de re recte quaedam observavit Elmsleius ad Euripidis Med. v. 460 seq.; vide etiam ed. Pflugk. II. p. 57.) et singulorum locorum causam ac rationem accuratius inspicere, ut iudicemus, quid licentiae dicenti in eiusmodi rebus concedi possit. Et hoc quidem loco verba: *ξυνωρίδας λόχων τάσσων ἐπέσχον.* quum collocatione verborum, tum ipsa sententia sua fere clamare videntur, ut coniuncta agnoscamus. Summo enim iure negavit hic dici potuisse A. Matthiae *τάσσειν πόλιν* pro *τάσσειν τοὺς πολίτας* recteque Porsonus coniunxit verba *τάσσων ἐπέσχον*, quasi diceres: *τάσσων ἐπαυόμην*, quam in rem comparavit ipse Ionem ap. Stob. tit. 20. p. 103: *ἐπίσχες ὀργιζόμενος*, ut etiam *ἐπέσχον* ad *πόλιν* referri et a praecedente sententia avelli non possit. Quod quum ita sit, is qui Graecae linguae usum habuit, ubi ea verba audivit, statim debuit animadvertere, quae discernenda quaeque coniungenda essent. Sed haec de collocatione verborum hactenus. Reliquum est, ut, quid verba *ξυνωρίδας λόχων τάσσειν* sibi velint, explicem. Et *τάσσειν λόχους* notissima formula est de imperatore, qui instruit aciem locandis singulis manipulis. Quum autem *ξυνωρίς* non solum iumenta, verum saepe omne id, quod duplex aliquo modo est, significet, ut *ξυνωρὶς ἀδελφῶν*, par fratrum, dubitari vix potest, quin hoc dicat Eteocles, se *διπλοῦς λόχους*, duplices manipulos instruere voluisse, quae a poeta *ξυνωρίδες λόχων* dicuntur, in oratione soluta *διλοχίαι*, ut eorum dux *διλοχίτης*. Si haec reputamus, apparebit, credo, nihil in omnium librorum scriptura a Scholiastis confirmata mutandum esse.

v. 452 seq. *ὅπως κλύοιμί σου κοινὰς βραβείας*] Est: ut tua arbitria communia audirem. Quod temporis significationem obtinuit, quae est in verbo *ἐπέσχον*, optativum *κλύοιμι* posuit eo loco, ubi, si rem prae-

Γοργόνος, ἀδελφὸν δ' εἰςορᾷς ἥκοντα σόν.
σὺ τ' αὖ πρόςωπον πρὸς κασίγνητον στρέφε,
Πολύνεικες· εἰς γὰρ ταὐτὸν ὄμμασι βλέπων
λέξεις τ' ἄμεινον τοῦδέ τ' ἐνδέξει λόγους.
παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν·
ὅταν φίλος τις ἀνδρὶ θυμωθεὶς φίλῳ,
εἰς ἓν συνελθὼν, ὄμματ' ὄμμασιν διδῷ,

sit Brunck. cod. Paris. A. secutus.

v. 460. στρέφε· τρέπε. SCHOL. τρέπε cod. Ven. d. pro var. lect. habet.

v. 462. λέξεις τ' ἄμεινον] Sic aperte Flor. 2. 10. 33. Taurin. τ' om. MS. C. C. C. Leidd. A. B. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Mosqu. D. Mox ἐκδέξῃ cod. Flor. 33. ἐνδέξῃ, quod primus edidit Kingius, confirmant reliqui libri prope omnes et Scholiasta. „Matthiae, quum Valckenarium frustra ἐκδέξῃ defendere diceret, non cogitavit utrumque verbum recte dictum esse, ἐνδέξει, admittes, ἐκδέξει, excipies." G. HERMANNUS.

sentem magis spectaret, etiam coniunctivum ponere potuerit.

v. 453. αἰς ὑπόσπονδον μολεῖν] Cf. Matth. §. 398. b.

v. 454. τόνδ' εἰςδέξω τειχέων] De genitivo cum εἰςδέχεσθαι coniuncto vide Soph. Aiacem v. 1274: ἑρκέων ποθ' ὑμᾶς — ἐγκεκλῃμένους. cum annotatione Lobeckii et Hermanni, tum Ed. Wunderum ad Soph. Oed. reg. v. 231. p. 40. ed. II. et A. Matth. §. 379. annot. 2. p. 698. ed. II.

v. 458 seq. οὐ γὰρ τὸ λαιμότμητον κτἑ.] Similiter Oppianus in Cyneg. III, 222: Οὐχὶ μέτωπον ἀθρεῖς λιθοεργέος ἄγχι Μεδούσης, Οὐ γένυν ἰοφόρον πανναμειλίκτοιο δρακαίνης. Heliodor. IV. p. 173: ὥςπερ τὴν Γοργοῦς θεασαμένη κεφαλήν, τὴν ὄψιν ἀπέστρεφε. Vide Valcken.

v. 459. ἀδελφὸν δ' εἰςορᾷς] De δέ post ἀδελφόν posito, ubi dici poterat etiam ἀλλά, vide quae explicavi ad Devarium Vol. II. p. 4 seq. p. 360 seq. In seqq. autem tantum abest, ut repetitum verbum εἰςορᾷς auctore Musgravio pro suspecto habere debeamus, ut hoc nobis agnoscendum sit, a poeta repetitione eiusdem verbi bene et ordine oppositionis rationem adiutam esse, de qua recte iam existimavit Heathius in Not. s. lect. ad Euripidem etc. p. 34.

v. 461. Πολύνεικες] De accentus ratione vide Matth. §. 74. c. p. 165. ed. II. — εἰς γὰρ ταὐτόν· Εἰς γὰρ τὸ αὐτὸ τοῖς ὄμμασι τοῦτον βλέπων, ἤγουν· βλέπων γὰρ τοῦτον κατὰ ὀφθαλμοὺς λέξεις ἄμεινον. SCHOL. De producta syllaba in ὄμμασι βλέπων vide Soph. Electr. v. 301. ἡ πᾶσα βλάβη. et C. Wexium ad Sophoclis Antig. v. 885. Vol. II. p. 251. Supra ad v. 166.

v. 463 seq. παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφὸν κτἑ.] Ut hunc Euripidis locum, maxime, ut videtur, ob verbum σοφόν, rideret, Strattis comicus in Phoenissis suis Iocastam dicentem fecerat: παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν· ὅταν φακῆν ἕψητε, μὴ 'πιχεῖν μύρον. Cf. Athenaeum

ἐφ' οἷσιν ἥκει, ταῦτα χρὴ μόνον σκοπεῖν,
κακῶν δὲ τῶν πρὶν μηδενὸς μνείαν ἔχειν.
λόγος μὲν οὖν σὸς πρόσθε, Πολύνεικες τέκνον·
σὺ γὰρ στράτευμα Δαναϊδῶν ἥκεις ἄγων,
ἄδικα πεπονθώς, ὡς σὺ φῄς· κριτὴς δέ τις
θεῶν γένοιτο καὶ διαλλακτὴς κακῶν.

v. 466. *ἐφ' οἷσιν ἥκει*] *ἐφ' οἷς συνήκει* MSS. C. C. C. Leid. A. Flor. 5. 6. 9. 18. 34. Vict. Aug. b., quod receptum a Kingio et Valckenario recte iam repudiavit Porsonus, ne usurpari quidem a tragicis *συνήκειν* annotans.

v. 467. *μηδενὸς μνείαν ἔχειν*] *μηδενὸς* MSS. C. C. C. Flor. A. Leidd. A. B. Bodl. omnes, Paris. A. L. Mosqu. D. Guelph. Havn. Flor. 5. 6. 9. 10. 18. 21. 34. Vict. Aug. b. d., hic γρ. *μηδαμῶς*. Si libri Taurin. et Flor. 33., de quibus tacetur, haberent *μηδαμῶς*, id non repudiarem. Nunc testatam auctoritatem sequi debebamus.

v. 473. *τἄνδιχ'*] Haec forma, quum non ab omnibus librariis statim intelligeretur, varias peperit corruptelas, ut tamen in omnibus his facile verum agnoscas. Recte iam unus e Scholiastis: *Τἄνδικα· τὰ ἔνδικα ἀντὶ τοῦ τὰ δίκαια· τὸ δὲ χ διὰ τὴν δασεῖαν.*

lib. IV. p. 160. B., tum Aristotelem de sensu cap. 5.

v. 467. *κακῶν δὲ τῶν πρὶν μηδενὸς μνείαν ἔχειν*] Attulit plura *ἀμνηστείας* carmina Valckenarius, in his Xenophontis Expeditionem Cyri lib. II. cap. 4. §. 1: *μὴ μνησικακήσειν βασιλέα αὐτοῖς τῆς σὺν Κύρῳ ἐπιστρατείας, μηδὲ ἄλλου μηδενὸς τῶν παροιχομένων.*

v. 468. *Λόγος μὲν οὖν σός·* *Νόμος τὸν διώκοντα πρῶτον λέγειν, εἶτα τὸν φεύγοντα, πρὸς ἃ ὁ διώκων προὐβάλλετο κατ' αὐτοῦ ἀπολογεῖσθαι. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ Πολυνείκης ἐν σχήματι διώκοντος ἦν, διὰ τοῦτο πρῶτος λέγειν Ἐτεοκλέους* [genitivus bene se habet; v. annot. nostr. ad argum. p. 11.] *παρὰ τῆς Ἰοκάστης προτρέπεται. Διὰ τοῦτο δὲ προσέθηκε τὸ ὡς σὺ φῄς, ἵνα μὴ δόξῃ ἀπεχθὴς τῷ Ἐτεοκλεῖ, πρὶν ἀμφοτέρων ἀκοῦσαι, τὴν ψῆφον ἐκφέρουσα.* SCHOL.

v. 472. *ἁπλοῦς ὁ μῦθος κτέ.*] Haec vox Euripidis, in qua Aeschylus praeiverat in Armorum iudicio ap. Stob. tit. 11, 8: *Ἁπλᾶ γάρ ἐστι τῆς ἀληθείας ἔπη*, quum locum communem contineret, facile in proverbii consuetudinem abiit et a multis scriptoribus quum Graecis tum Latinis expressa est. Cf. Sext. Empir. *Ἀντιῤῥ.* III. p. 329. Iulian. Orat. VII. p. 214. B. Plutarch. Moral. p. 62. C. Diogen. Prov. II, 85., tum Clement. Alex. Strom. I. p. 340. Pott. Theodoret. Ther. I. p. 15, 41. Cyrill. de sanct. trin. dial. II. Vol. V. p. 417. B. Eustath. ad Od. p. 1436, 28. De Latinis Ammian. Marcell. XIV, 10: Veritatis enim absolutus sermo ac semper est simplex, coll. XVII, 5.

v. 473. *δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων*] Quum antiquo tempore quidam scriberent: *δεῖτ' ἔνδιχ' ἑρμηνευμάτων* idque pro *δεῖται κτέ.* haberent, iam veteres Scholiastae recte commemoraverunt *τἄνδικα* esse pro accusativo habendum, ut eadem constructio in his verbis esset, quae in Ae-

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ᾽ ἑρμηνευμάτων·
ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν· ὁ δ᾽ ἄδικος λόγος
νοσῶν ἐν αὑτῷ φαρμάκων δεῖται σοφῶν.
ἐγὼ δὲ πατρὸς δωμάτων προὐσκεψάμην
τοὐμόν τε καὶ τοῦδ᾽· ἐκφυγεῖν χρῄζων ἀράς,

v. 475. *ἐν αὑτῷ*] Sic primus Barnesius edidit, et est in Flor. 5. 6. 9. *ἐν ἑαυτῷ*. Olim legebatur *ἐν αὐτῷ*, quod est in Mosqu. D. Havn. Florr. plerisque, Guelph. ap. Plutarch. Tom. II. p. 62. C. Clement. Alex. p. 340. Pott. Theodoret. dial. II. de curand. Graec. aff. p. 478. Id quamquam defendi quodammodo possit, qua de re vide Quaestt. critt. lib. I. p. 48., retinui tamen *ἐν αὑτῷ*, quod etiam Scholiastae omnes *ἐν αὑτῷ* interpretantur *ἐν ἑαυτῷ*.

v. 476. *πατρὸς δωμάτων*] Sic Grot. et Barn. e MS. C. C. C. Habent Flor. A. Leidd. A. B. Florr. omnes, Guelph. Olim legebatur *δωμάτων πατρός*.

v. 477. *χρῄζων ἀράς*] *χρῄζων τ᾽ ἀράς* Musgravius, *χρῄζων δ᾽ ἀράς* Matthiae, utrumque de coniectura. V. explicationem.

schyli Prometheo v. 86: *αὐτὸν γάρ σε δεῖ Προμηθέως*. Et Euripides quidem persaepe ea constructione usus est, ut in Hippolyto v. 23: *οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ*. in Herc. fur. v. 1170. ed. Pflugk.: *εἴ τι δεῖ, γέρον, Ἢ χειρὸς ὑμᾶς τῆς ἐμῆς ἢ συμμάχων*. Vide quae collegerunt Valckenarius ad Hippol. l. l. p. 122. ed. Lips. Porsonus ad Orest. v. 659. Cf. A. Matth. §. 411. ann. 2. p. 753. Rost. §. 105, 5. ann. 8. p. 516. ed. VI. Oratoribus Atticis hunc usum vindicavit Schoemannus ad Isaeum p. 380.

v. 476 seq. *ἐγὼ δὲ πατρὸς δωμάτων προὐσκεψάμην τοὐμόν τε καὶ τοῦδ᾽*] Est Latine: Ego vero paternae domui prospexi et meam et tuam vicem. Qua in oratione genitivus *πατρὸς δωμάτων* ita a verbo *προσκέπτεσθαι* suspensus est, quod verba, qualia *προμηθεῖσθαι*, *προκήδεσθαι*, et quae sunt similia, eam rem, ad quam ista cura pertinet, casu genitivo adsciscunt, qua de re vide Matth. §. 348. Rost. §. 109, 4. b. p. 544., accusativi autem *τοὐμόν τε καὶ τοῦδε* quasi remotioris obiecti ad verbalem vim vocis *προσκέπτεσθαι* denuo adiiciuntur, quod commode per se dici potest *τὸ ἑαυτοῦ προσκέπτεσθαι*, veluti in Eur. Medea v. 460. dicitur: *τὸ σὸν δὲ προσκοπούμενος*. et in Andromacha v. 257: *πῦρ σοι προσοίσω κοὐ τὸ σὸν προσκέψομαι*.

v. 477. *τοὐμόν τε καὶ τοῦδ᾽*] De non repetito ante *τοῦδ᾽* articulo comparavit A. Matthiae Soph. Oed. Col. 606: *καὶ πῶς γένοιτ᾽ ἂν τἀμὰ κἀκείνων πικρά;* Dein recte idem vir doctus intellexit in verbis *ἐκφυγεῖν χρῄζων κτὲ.* incipere id enuntiatum, quo istud quod verbo *προὐσκεψάμην* significatum est accuratius explicetur. Itaque ante ea verba colon posui, quod G. Hermannus nuper post *ποτέ* posuit, male quae assumenda ad sequentia erant referens ad superiorem orationem.

ἃς Οἰδίπους ἐφθέγξατ' εἰς ἡμᾶς ποτέ,
ἐξῆλθον ἔξω τῆσδ' ἑκὼν αὐτὸς χθονός,
δοὺς τῷδ' ἀνάσσειν πατρίδος ἐνιαυτοῦ κύκλον,
ὥστ' αὐτὸς ἄρχειν αὖθις ἀνὰ μέρος λαβών,
καὶ μὴ δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολὼν
κακόν τι δρᾶσαι καὶ παθεῖν, ἃ γίγνεται.
ὁ δ' αἰνέσας ταῦθ' ὁρκίους τε δοὺς θεούς,
ἔδρασεν οὐδὲν ὧν ὑπέσχετ', ἀλλ' ἔχει
τυραννίδ' αὐτὸς καὶ δόμων ἐμὸν μέρος.
καὶ νῦν ἕτοιμός εἰμι τἀμαυτοῦ λαβὼν

v. 481. αὖθις om. Aug. d. Havn. Ven. b., mero errore.

v. 482. φόνου] Sic constanter libri, praeterquam quod Havn: φόβου, Leid. A. φθόνου, Aug. b. φθόνου, γρ. φόνου. Venet. a. φονου, γρ. φθόνου. Recepit φθόνου Valckenarius et nuper G. Hermannus. Vide explicationem.

v. 486. δόμων ἐμὸν μέρος] Sic ex antiqua correctione cod. R. Receperunt Grotius, Kingius et recentiores. Olim legebatur: δόμων ἐμῶν μέρος. Errant in eiusmodi causa persaepe librarii; vide supra ad v. 30. ἐμὸν et in lemmate scriptum habent et agnoscunt Scholiastae cod. Guelph. m. pr. MS. C. C. C.

v. 490. αὖθις αὖ] Sic cod. K. e correctione necessaria. In

v. 479. ἑκὼν αὐτὸς] Non est ταυτολογία in his verbis. Nam potest quis ipse aliquid facere, sed tamen invito animo et aegre ferens. Nunc autem hoc dicit, se sua sponte et lubenti animo hoc fecisse.

v. 480 seqq. Si ad hunc locum pertinent ea, quae Nonius habet p. 185, 18. ex Accii Phoenissis: Vicissitatemque imperitandi tradidit, necessario rescribendum erit tradidi. Sed incerta haec omnia. V. ad v. 72. Neque vero quae huic orationi continuavit Valckenarius e Nonio p. 101, 19. ullo modo huc spectare possunt.

v. 481. ὥστ' αὐτὸς ἄρχειν — λαβών] Quod hic accusativum veteres et recentiores interpretes requisiverunt, recte annotat G. H. Schaeferus: „Utraque constructio recte se habet, sed usitatior est ea, quam usurpavit Euripides. V. Lobeck. ad Phrynich. p. 750 seq."

v. 482. καὶ μὴ δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολών] Non satis recte isti intellexerunt hunc locum, qui e paucorum librorum incertis indiciis φθόνου pro φόνου maluerunt reponere. Nam spectat haec oratio ad eas Oedipi preces malas, quibus per caedem hereditatem suos filios cernere voluit; vid. v. 68: θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε. Et de formula quidem ipsa vide Eur. Androm. v. 175: διὰ φόνου δ' οἱ φίλτατοι χωροῦσιν. cum annot. Pflugkii. Quod autem G. Hermannus dixit, qui διὰ φόνου μολών vereretur, ne quid mali faceret aut pateretur, sero sapere perpetrato iam malo, facile confutari potest. Istud enim participium δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολών nihil aliud sibi vult nisi rationem ac modum indicare, quemadmodum malum istud, quod quis inferat aut patiatur, fiat. Quod autem putaverunt sic male se habere ἃ γίγνεται, qua-

στρατὸν μὲν ἔξω τῆσδ' ἀποστεῖλαι χθονός,
οἰκεῖν δὲ τὸν ἐμὸν οἶκον ἀνὰ μέρος λαβών,
καὶ τῷδ' ἀφεῖναι τὸν ἴσον αὖθις αὖ χρόνον,
καὶ μήτε πορθεῖν πατρίδα μήτε προςφέρειν
πύργοισι πηκτῶν κλιμάκων προςαμβάσεις,
ἅ, μὴ κυρήσας τῆς δίκης, πειράσομαι
δρᾶν. μάρτυρας δὲ τῶνδε δαίμονας καλῶ,
ὡς, πάντα πράσσων σὺν δίκῃ, δίκης ἄτερ
ἀποστεροῦμαι πατρίδος ἀνοσιώτατα.
ταῦτ' αὔθ' ἕκαστα, μῆτερ, οὐχὶ περιπλοκὰς

reliquis libris *αὖ* omissum est. Reprehendit *αὖ* primus Canterus, quem recentiores quidem omnes recte secuti sunt.

v. 491. *μήτε προςφέρειν*] Edd. vett. et libri sane multi *μήτε τι προςφέρειν* e διττογραφίᾳ.

v. 492. *προςαμβάσεις*] Sic recte nunc editur e libris non paucis. Olim legebatur: *πρὸς ἀμβάσεις*.

v. 497. *οὐχὶ περιπλοκὰς*] „*οὐ περιπλ.* King. e MSS. Laud., quod non omnino reiiciendum esse monet Erfurdt. ad Soph. Oed. T. 639." A. MATTH. Est correctio metrica nullo modo recipienda. Habet *οὐχὶ* etiam Scholiasta.

lia nunc fiunt, ne in hac quidem causa credo vere existimavisse rem viros doctissimos. Nam nunc, ubi Polynices, fratris iniquitate permotus, cum armatis accesserat ad urbem, res sane ad caedem spectavit, quamquam etiam nunc evitari poterat, itaque recte dixit poeta: *ἃ γίγνεται*, quod fit aut jam in eo est, ut fiat. Id enim praesens h. l. indicat.

v. 489. *οἰκεῖν δὲ τὸν ἐμὸν οἶκον κτἑ.*] Sine ulla idonea causa Valckenarius hunc versum pro subditicio habuit, qui omitti plane propter sequentem versum non potest, et quem praeter omnes libros etiam Scholiasta tuetur. De formula ipsa cf. infra v. 1233: *κἂν μὲν κτάνω τόνδ', οἶκον οἰκήσω μόνος*. Androm. v. 581: *ἢ τὸν ἐμὸν οἶκον οἰκήσεις μολὼν Δεῦρο*. Iphig. Aul. v. 320: *Οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι;* Est res suas administrare.

v. 492. *πηκτῶν κλιμάκων προςαμβάσεις*] Vide infra v. 1176: *μακραύχενος γὰρ κλίμακος προςαμβάσεις Ἔχων ἐχώρει.* *προςαμβάσεις* ad gradus scalarum pertinet, quibus adscensio fit. Vide Canteri Nov. lect. III, 3.

v. 493 seq. *ἅ, μὴ κυρήσας τῆς δίκης, πειράσομαι δρᾶν*] Male Barnesius *ἃ* ad *κυρήσας* retulit, *τῆς δίκης* ad *πειράσομαι*. Quod ne a quoquam rursus fiat, maximeque in gratiam tironum, interpunctione cavi.

v. 495. *σὺν δίκῃ, δίκης ἄτερ*] Etiam hoc loco arte quadam composita similia verba sunt, ut dissimillimam causam describant, de qua externa quasi veste orationis saepius iam vidimus.

v. 497. *αὔθ' ἕκαστα*] Cf. Aeschyli Prom. 950: *Μηδὲν αἰνικτηρίως, ἀλλ' αὔθ' ἕκαστ' ἔκφραζε.* Eurip. Hecub. v. 1227. Pflugk.: *τὰ χρηστὰ δ' αὔθ' ἕκαστ' ἔχει φίλους*, coll. Orest. 1393. et 1400. Herod. V, 13: *οἱ μὲν δὴ*

λόγων ἀθροίσας εἶπον, ἀλλὰ καὶ σοφοῖς
καὶ τοῖσι φαύλοις ἔνδιχ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

ἐμοὶ μέν, εἰ καὶ μὴ καθ' Ἑλλήνων χθόνα
τεθράμμεθ', ἀλλ' οὖν ξυνετά μοι δοκεῖς λέγειν.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

εἰ πᾶσι ταὐτὸ καλὸν ἔφυ σοφόν θ' ἅμα,
οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις·

v. 501. δοκεῖς] Sic Barnesius e MS. C. C. C. Confirmant scholia et Flor. A. et reliqui praeter 10. omnes, Leidd. A. B. δοκεῖ Aldus et rell. Mosqu. D. Flor. 10. Havn.

v. 502. ταὐτὸ] ταὐτὸν libri quidam ap. Porsonum. Receperunt L. Dindorfius et G. Hermannus. Sine idonea causa.

v. 503. οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος] Ex scriptione continua ἀναμφίλεκτος ortum est, quod venit in Flor. A. Leid. B., unde male in cod. Mosqu. D. Taurin. natum ἀναφίλεκτος cum gloss. ἀμφισβητήσιμος. Veram scripturam tuetur etiam Lucianus Enc. Dem. §. 9.

v. 505. πλὴν ὀνομάσαι] Porsonus scripsit πλὴν ὀνόμασιν de coniectura sua, cui iure nemo obsecutus est.

v. 507. ἄστρων ἂν ἔλθοιμ' ἡλίου πρὸς ἀντολὰς] Quum olim legeretur ἀνέλθοιμ', e multis libris MSS. recte nunc editum est ἂν ἔλθοιμ', quod confirmat Stobaeus tit. 45. ἄστρων ἔλθοιμ' ἂν Barocc. 74. et MS. C. C. C. Tum edd. et codd. Euripidis et Plu-

αὐτὰ ἕκαστα ἔλεγον. Recte Scholiasta unus: τὰ ἁπλᾶ χωρὶς ποικιλίας τινός, sed male alter αὐθέκαστα scriptum exhibet, quod est posteriorum scriptorum. Vide Rost. et Palmii Lexic. Gr. s. v. αὐθέκαστος. Abresch. ad Prometh. l. l. p. 36. ed. Hal. Non dissimilis ab hoc loco est Terentii oratio in Andr. I, 2, 31: Ita aperte ipsam rem (αὔθ' ἕκαστα) modo locutus, nil circuitione usus es (οὐχὶ περιπλοκὰς λόγων ἀθροίσας), cuius Eunuch. V, 1, 1: Pergin' — mecum perplexe loqui? propter translationem in verbo περιπλοκάς iam comparavit Valckenarius, quem vide.

v. 500 seq. Ut δοκεῖς defenderet, similem chori vocem e Sophoclis Antig. 681 seq. Br. attulit Valckenarius: ἡμῖν μέν, εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα, λέγειν φρονούντως ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι. De repetito pronomine cf. Matth. §. 465, 4. Fritzsch. Quaest. Lucian. p. 14 seq.

v. 503. ἀμφίλεκτος — ἔρις] Hoc dicitur ita, ut in Soph. Antig. v. 111. νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων et in Euripidis Medea v. 639. ἀμφιλόγους ὀργάς, ad quem locum vide annot. nostram p. 72. ed. Pflugk. II.

v. 505. πλὴν ὀνομάσαι] Quum πλήν hoc loco adverbialem vim habeat, recte adiunctus est infinitivus, quod is etiam omisso isto adverbio ad reliquam constructionem adiici poterat, in quam rem recte A. Matthiae attulit Hecubae v. 353: Ἴση θεοῖσι πλὴν τὸ κατθανεῖν μόνον, qui idem de sententia apposite laudavit Platonis Theaetet. p. 202. A. H. Steph.: Οὐ γὰρ εἶναι αὐτῷ ἀλλ' ἢ ὀνομάζεσθαι μόνον· ὄνομα γὰρ μόνον ἔχειν. Propter constructionis similitudinem re-

νῦν δ' οὔθ' ὅμοιον οὐδὲν οὔτ' ἴσον βροτοῖς,
πλὴν ὀνομάσαι, τὸ δ' ἔργον οὐκ ἔστιν τόδε.
ἐγὼ γὰρ οὐδέν, μῆτερ, ἀποκρύψας ἐρῶ·
ἄστρων ἂν ἔλθοιμ' ἡλίου πρὸς ἀντολὰς
καὶ γῆς ἔνερθε, δυνατὸς ὢν δρᾶσαι τάδε,
τὴν θεῶν μεγίστην ὥςτ' ἔχειν τυραννίδα.
ταῦτ' οὖν τὸ χρηστόν, μῆτερ, οὐχὶ βούλομαι
ἄλλῳ παρεῖναι μᾶλλον ἢ σώζειν ἐμοί.

tarchi Moral. p. 481. A. ἡλίου, pro quo αἰθέρος Valckenarius reposuit e Stob. l. l. Secuti sunt Porsonus, A. Matthiae aliique. Librorum scripturam revocavit G. Hermannus. Denique ἀντολὰς Plutarchus, Stobaeus ll. ll., Leid. A. Flor. 34. Aug. b. ἀνατολὰς Ald. et rell., Guelph. Florr. praeter 34, omnes, Mosqu. D. Leid. B. Aug. d.

v. 508. ἔνερθε] Sic aperte Paris. A. Flor. 10. 33. et cod. Paris. ap. Stob. l. l. Recepit primus Valckenarius. Olim legebatur ἔνερθεν.

v. 509. τὴν θεῶν] Sic plerique libri, etiam Scholiasta, tum Cicero ad Atticum lib. VII. ep. XI. §. 1. τῶν θεῶν Leid. A. Flor. 2. 34. Aug. b. τὴν τῶν θεῶν Plut. l. l. Mox ὡς pro ὥςτ' Flor. 2. 33. 34. Aug. b., quemadmodum apud Cic. l. l. ed. Victoriana II.

cte Bothius etiam Horatii Sat. II, 5, 68 memoravit; invenietque Nil sibi legatum praeter plorare suisque, ubi Schol. Cruquiique. Graecismus, praeter plorare.

v. 506. ἐγὼ γὰρ οὐδὲν — ἀποκρύψας ἐρῶ] Dicitur Aristophanes in Pluto v. 343: ἀλλ' οὐδὲν ἀποκρύψας ἐρῶ νὴ τοὺς θεούς, hunc Euripidis locum descripsisse.

v. 507. ἄστρων ἂν ἔλθοιμ' ἡλίου πρὸς ἀντολάς] Mihi simplicissima huius loci explicandi ratio haec videtur, ut credamus Euripidem, quum dicere posset: ἄστρων ἂν ἔλθοιμ' ἄνω καὶ γῆς ἔνερθε, istud ἄνω alia formula circumscripsisse, itaque pro eo posuisse ἡλίου πρὸς ἀντολάς, propterea autem ἄστρων tamen casu genitivo extulisse, quod non ab adverbio suspensus est genitivus, sed quia adverbium comitatur tantummodo ei casui, quo manifestior ipsius significatio fiat. Et de simplici quidem genitivo in eiusmodi locis vide egregie disputantem Rostium in Gr. Gr. §. 108, 2. d. p. 529 seq. ed. VI. Vocem autem ἡλίου πρὸς ἀντολάς h. l. fere idem denotare quod εἰς τὸ ὕψος apparet. Aliter et, ut ego opinor, artificiose magis explicavit hunc locum G. Hermannus, cuius vide etiam annotat. ad Soph. Electr. v. 19.

v. 509. τὴν θεῶν μεγίστην ὥςτ' ἔχειν τυραννίδα] Posuit hanc vocem, ut imperiosum C. Caesaris animum describeret, M. Tullius ad Atticum lib. VII. ep. 11. §. 2. ed. Orell. De interpretatione autem horum verborum hoc notandum est, rectius recentiores interpretes vertisse: ut haberem summam deorum tyrannidem, quam veteres et Scholiastas et enarratores: ut regnum

ἀνανδρία γάρ, τὸ πλέον ὅστις ἀπολέσας
τοὔλασσον ἔλαβε. πρὸς δὲ τοῖσδ' αἰσχύνομαι,
ἐλθόντα σὺν ὅπλοις τόνδε καὶ πορθοῦντα γῆν
τυχεῖν ἃ χρῄζει· ταῖς γὰρ ἂν Θήβαις τόδε
γένοιτ' ὄνειδος, εἰ Μυκηναίου δορὸς
φόβῳ παρείην σκῆπτρα τἀμὰ τῷδ' ἔχειν.
χρῆν δ' αὐτὸν οὐχ ὅπλοισι τὰς διαλλαγάς,
μῆτερ, ποιεῖσθαι· πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγος,
ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν.

v. 512. τὸ πλέον] Sic plerique libri. Olim legebatur τὸ πλεῖον.

v. 515. ταῖς γὰρ ἂν] Sic libri omnes. G. Hermannus de coniectura sua: καὶ γὰρ ἂν. Sed vide explicationem.

v. 519. ἐξαιρεῖ] Sic Plutarchus in Pyrrh. cap. XIV. p. 391. B. Themistius Orat. II. p. 37. B. idque verum esse docet Iulianus Orat. II. p. 73. B: ὁπόσα οὐδὲ σίδηρος ἐξελεῖν ἰσχύσει. ἐξαίρει edd. vett. et libri Euripidis.

v. 522. ἐκεῖνο] Sic omnes libri. Edidit Porsonus de sententia Dawesii et Valckenarii ἐκείνου, quem secuti sunt L. et G. Dindorfii. Nam retractavit A. Matthiae ipse receptam a se scripturam ἐκείνου. Librorum scripturam satis defendit G. Hermannus ad Sophoclis Electr. v. 1269.

v. 523. τῷδε δουλεύσω ποτέ;] Servavi hanc Aldi et vett. edd., etiam codd. Venet. a. b. et, ut non solum e silentio collatorum,

deorum, quod summum est, haberem.

v. 512. ἀνανδρία γὰρ — ὅστις] De hac constructione, quae ne ab oratoribus quidem Graecis repudiata est, qua de re cf. Demosth. Orat. c. Euerg. et Mnesib. §. 40. ed. Bekk. p. 1151. ed. Reisk.: ἡ δ' αἰκία τοῦτ' ἐστίν, ὃς ἂν ἄρξῃ πρότερος χειρῶν ἀδίκων κτλ.; vide praeter A. Matthiae Miscell. philol. II, 2. p. 104. G. H. Schaeferum in Apparat. ad Demosth. Vol. III. p. 448., tum Matth. §. 632, 6.

v. 516. τυχεῖν ἃ χρῄζει] De attractione non facta vide quae disputavi ad Medeam v. 753. p. 83. ed. Pflugk. II.

Ibid. ταῖς γὰρ ἂν Θήβαις] Non otiosus hoc loco articulus est, in qua opinione nuper G. Hermannus fuit, sed apposite hic collocatus propterea, ut dignitas et honestas antiquissimae et clarissimae urbis magis appareret. Nostra lingua alio quodam modo dicas: Denn diesem Theben wär' es ein Schimpf etc.

v. 519 seq. πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγος κτλ.] Quod est comparatio rei bellicae in his verbis, posuit Euripides verbum ἐξαιρεῖν ibi, ubi aliud verbum, quod perficere significaret, poni poterat. Recte igitur vertit Herm. Cruserius in Plut. l. l., verbi etiam translationem servans: Omne id expugnare verba comperta, ferrum quod minax possit.

v. 522. ἐκεῖνο δ' οὐχ ἑκὼν μεθήσομαι] Recte Scholiastes: Ἐκεῖνο δέ, ἤτοι τὸ βασιλεύειν, ἑκὼν οὐκ ἀπολύσω. βασιλεύειν ἐξόν μοι, τοῦδ' ὑποστερήσομαι; Ἐκεῖνο enim ita dicit de regno, quod significaverat se Polynicem fratrem in civitatem recepturum esse, si sine regia potestate privatus vivere vellet. Neque enim ullo modo hoc loco ἐκεῖνο ad consequentia pertinet, quo errore illi ducti esse videntur, qui antiquo iam tempore δουλεῦσαι pro δου-

ἀλλ' εἰ μὲν ἄλλως τῆσδε γῆς οἰκεῖν θέλει,
ἔξεστ'· ἐκεῖνο δ' οὐχ ἑκὼν μεθήσομαι,
ἄρχειν παρόν μοι, τῷδε δουλεύσω ποτέ;
πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανα,
ζεύγνυσθε δ' ἵππους, πεδία πίμπλαθ' ἁρμάτων,
ὡς οὐ παρήσω τῷδ' ἐμὴν τυραννίδα.
εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι
κάλλιστον ἀδικεῖν, τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

verum etiam e glossematis, quae habent illi libri, coniicere licet, Paris. A. Flor. 2. 10. 33. Taurin. Havn. Aug. d. scripturam, quam, ut concinniorem orationem haberent, novissimi editores, recepto e libris fere deterioribus, MS. C. C. C. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. Aug. b., δουλεῦσαι, ita mutarunt, ut haec versui priori continuarent. Vide explicationem.

v. 524. ἴτω μὲν πῦρ] Sic Kingius e MSS. edidit. Habent MS. C. C. C. Flor. A. et reliqui omnes, Leid. B. Guelph. Vict. Mox φάσγανον Flor. 2. Vict.

V. 525. πίμπλαθ'] Sic recte Porsonus e duobus Barocc. K. L. Harl. (πίμπλαδ'). Confirmarunt Flor. A. Guelph. Flor. 2. 5. 9. 10. 18. 33. 34. Vict. Olim legebatur πέπλασθ', quod Barnesius e MSS. C. C. C. in πίμπλασθ' mutavit, id quod habet etiam Mosqu. D.

v. 526. παρήσω] μεθήσω Flor. 33., imitatione verbi superioris.

λεύσω scripserunt et qui recentiore tempore minorem post μεθήσομαι interpunctionem fecerunt.

v. 523. ἄρχειν παρόν μοι κτέ.]. Quum et oratio sit plena perturbationis et haec verba denique nihil aliud contineant nisi explicationem superioris orationis, recte coniunctio nulla posita est hoc loco. Sententia ipsa expeditissima habetur in hac interrogatione: Quum penes me sit regnare, isti ego serviam unquam?

v. 524 seqq. πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ κτέ.] Haec verba quum solennem fere in tali deprecatione carmen contineant, non mirum est similem vocem et ante Euripidem Aeschylum usurpasse et Euripidem ipsum haud veritum esse in alia etiam fabula similia repetere. Aeschylus enim in Prom. v. 992 seqq. Prometheum haec dicentem fecerat: πρὸς ταῦτα ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλόξ, λευκοπτέρῳ δὲ νιφάδι καὶ βροντήμασι χθονίοις κυκάτω πάντα καὶ ταρασσέτω· γνάμψει γὰρ οὐδὲν τῶνδέ μ', ὥστε καί. Euripides vero in Syleo [fragm. I. p. 334 seq. ed. Matth.] Herculem haec loquentem inducit: πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανα· πίμπρη, κάταιθε σάρκας κτέ. Itaque etiam Philostratus V. A. VII, 14. p. 291. illa habet: Ὑπὲρ τούτων, εἰ καὶ τελέοι τις αὐτά, ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ πέλεκυς, ὡς νικήσοντα τὸν οὐδὲν τούτων, οὐδὲ ἐς ἀτεροῦν παραλῷ ψεῦδος.

v. 527. εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ κτέ.] Haec verba, quum [illegible]mam, qui omnia propter regni cupiditatem faciunt, bene describant, a multis scriptoribus commemorata sunt, nobilitata etiam eo, quod M. Tullius in libr. de officiis III. cap. 21. §. 82. C. Caesarem scribit regnum petiri cupientem semper in ore habuisse hanc Euripidis sententiam, quam

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ εὖ λέγειν χρὴ μὴ 'πὶ τοῖς ἔργοις καλοῖς·
οὐ γὰρ καλὸν τόδ', ἀλλὰ τῇ δίκῃ πικρόν.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακά,
Ἐτεόκλεες; πρόσεστιν· ἀλλ' ἡμπειρία

v. 530. τόδ'] Sic Brunckius scripsit e Paris. A., quem secutus est Porsonus ac recentiores. Toleravi hoc, quod et lib. Flor. 33. confirmavit et alii libri habere videntur. Nam Barnesius pro var. lect. commemoravit et in scholiis hoc lemma habetur: *Οὐ γὰρ καλὸν τόδε.* Vulgo: *τοῦτ'*.

v. 531. *τῷ γήρᾳ*] Schol. Dionysii Thrac. ap. Valcken. et qui eadem habet Theod. Gramm. ap. Bern. ad Thomam Mag. p. 302. laudant *τῷ βίῳ*, mero errore. Euripidis libri ac scholia, tum multorum scriptorum citationes *τῷ γήρᾳ* tuentur, ut iustum criticum talia movere nullo modo possint, non minus quam v. 533., quod unus Stobaeus p. 475. ed. Grot. pro *λέξαι* habet *δεῖξαι*, quod imprudenter satis multi critici contra Euripidis libros, scholia, contra Sexti Empirici (p. 229.), Luciani (in amoribus §. 25.), Scholiastae Dionysii Thracis (p. 731.) ipse sic vertit: Nam si violandum est ius, regni gratia Violandum est: aliis rebus pietatem colas. Quod autem G. Hermannus annotat, se nescire, utrum ab ipso Cicerone, an ab Accio haec verba sint, miror. Nam et Cicero ipse satis significavit se haec vertere, quae C. Caesar sine dubio Graece eloqui solebat, quod scripsit: Ipse autem socer in ore semper Graecos versus de Phoenissis habebat, quos dicam, ut potero: incondite fortasse, sed tamen, ut res possit intelligi etc., et Suetonius, literatissimus homo, in Caesare c. 30. hoc idem confirmavit testimonio suo, ut nulla dubitatio esse possit, quin Ciceronis interpretationem eorum verborum habeamus in illo loco. Quod autem Euripidem multi veteres vituperaverunt, quod tam impiam sententiam posuisset, iam excusatus est Euripides ab aliis, quod non quales esse oporteat homines describit, sed quales esse soleant. Vide Arist. Poet. cap. 25. Non satis scite Seneca in Phoenissis suis v. 662 seqq. coniunxit haec cum superiore oratione: Pro regno velim Patriam, penates, coniugem flammis dare: Imperia pretio quolibet constant bene.

v. 529. *οὐκ εὖ λέγειν χρὴ μὴ 'πὶ τοῖς ἔργοις καλοῖς*] Proprie haec verba hoc dicunt: Non oportet pulcris verbis uti, ut ne de rebus iis, quae honestae sunt, utare. Hinc apparebit *μή* per se minime pertinere ad *καλοῖς*, in qua opinione fuit A. Matthiae, sed pleniorem orationem hanc esse: *οὐ χρὴ εὖ λέγειν μὴ (λέγοντα) ἐπὶ τοῖς ἔργοις καλοῖς (οὖσιν)*, quod G. Hermannus recte reddidit sic: Non oportet pulcris verbis uti, nisi quum res honestae sunt.

v. 531. Quum Sophocles in Scyriis ap. Stob. 116, 28. imbecillitatem senectutis conquestus esset his verbis: *Πάντ' ἐμπέφυ-*

ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.
τί τῆς κακίστης δαιμόνων ἐφίεσαι,
φιλοτιμίας, παῖ; μὴ σύ γ'· ἄδικος ἡ θεός·
πολλοὺς δ' ἐς οἴκους καὶ πόλεις εὐδαίμονας
εἰςῆλθε κἀξῆλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν χρωμένων·
ἐφ' ᾗ σὺ μαίνει. κεῖνο κάλλιον, τέκνον,

auctoritatem nuper receperunt, a quibus unus G. Hermannus recte dissensit. Est enim λέξαι magis proprium in hoc loco.

v. 532. ἠμπειρία] Falsa scriptura ἐμπειρίᾳ commemoratur pro var. lect. apud Scholiastam. Libri et veteres scriptores multi vulgatam scripturam uno consensu habent.

v. 535. φιλοτιμίας] πλεονεξίας Dio Chrysost. XVII. p. 249. D. Euripidis libri et scholia, tum veterum scriptorum testimonia plura φιλοτιμίας defendunt.

v. 537. κἀξῆλθ'] Sic metro iubente certatim coniecerunt viri docti. Confirmaverunt MS. C. C. C. Guelph. Florr. omnes, Vict. Aldus et pauci libri, etiam Dio Chrysost. l. l. κἀξῆλθεν.

v. 538. κάλλιον] Sic meliores libri. κάλλιστον Mosqu. D. Flor. 18. 21. MS. C. C. C. L. R. Leid. B.

κε τῷ μακρῷ γήρᾳ κακά, Νοῦς φροῦδος, ἔργ' ἀχρεῖα, φροντίδες κεναί, putavit Valckenarius hunc ipsum locum respexisse Euripidem. Quod ut potuerit factum esse, non tamen in eiusmodi locis, qui communes et paene quotidianas sententias continent, omnia arcana quaerenda sunt. Sophocles enim proinde, ut argumento suo conveniret, hanc posuit sententiam, Euripides illam; quin etiam hoc saepe fit, ut unus idemque poeta alio loco aliam sententiam proferat. Itaque credo ego etiam Ovidium potius nativo sensu, quam huius loci imitatione scripsisse quae posuit in Metam. VI, 28: Non omnia grandior aetas, Quae fugiamus, habet; seris venit usus ab annis, quamquam eius oratio proxime ad Euripidis mentem accedit.

v. 534 seq. τί τῆς κακίστης δαιμόνων ἐφίεσαι, φιλοτιμίας, παῖ;] Apposite haec reddit Iocasta Eteoclis voci v. 509: τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα. Dicitur autem per eam licentiam, quam religio deorum Graecis concessit, ista cupiditas dea, quod Eteocles quasi numen eam amplectitur. Ac sic v. 536. ἄδικος ἡ θεός. Cf. Plut. Sull. p. 453. B. Gregor. Nazianz. Ep. XLIII.

v. 535. μὴ σύ γ'] Nota in deprecatione ellipsis; vide Sophoclis Oed. Col. v. 1441: μὴ σύ γ', ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ. Aristoph. Lysistr. v. 189: μὴ σύ γ', ὦ φίλη. Cf. Markland. ad Maxim. Tyr. p. 716. B.

v. 537. εἰςῆλθε κἀξῆλθ'] Quod aptius posterius verbum cum superiore enuntiatione coniungitur, suum casum non habet, similiter ut in Euripidis Helena v. 1167. ed. Pflugk. alio quodam modo dicitur: ἐξιών τε κεἰςιὼν δόμους. et rursus alio modo dicit Antisthen. ap. Athen. XIII. p. 589. E: εἰςιόντα καὶ ἐξιόντα ἀπ' αὐτῆς ἀσπάζεσθαι τὸν ἄνθρωπον. Vide Lamb. Bosii Ellips. p. 349. ed. Schaef.

ἰσότητα τιμᾶν, ἢ φίλους ἀεὶ φίλοις
πόλεις τε πόλεσι συμμάχους τε συμμάχοις
συνδεῖ· τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ,
τῷ πλέονι δ' ἀεὶ πολέμιον καθίσταται
τοὔλασσον ἐχθρᾶς θ' ἡμέρας κατάρχεται.

v. 542. *πλέονι*] *πλείονι* Leid. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 2. 5. 9. 21. 33. Vict. Vulgatam Aldus et edd., tum reliqui libri, Clem. Alex. l. l. Plut. Moral. p. 643. F. Aristot. Eudem. VII, 1. tuentur. Mox pauci, sed boni libri *ἀεί*, quod firmat Aristoteles. Vide ad v. 85.

v. 543. *ἐχθρᾶς θ' ἡμέρας*] Sic MS. C. C. C. Flor. A., reliqui praeter 33. [?], Leid. A. Paris. A. lib. Pat. Cant. Guelph. pro var. lect. M. R. Clem. Alex. l. l., tum Aristoteles, qui l. l. *ἔχθρας θ' ἡμέρα κατάρχεται* habet, quod multo deterius est quam vulgatae scripturae docte, ut solet, atque erudite ostendit Valckenarius, multis in utramque partem allatis exemplis. Nam Graeci philosophi fere *τὸ ἴσον* (aequum) esse *τὸ δίκαιον* (iustum) voluerunt. Vide Aristotelis Eth. Nicom. lib. V. cap. 1. et Valckenarii disputationem.

v. 540. „*συμμάχους τε συμμάχοις*] „σ pro ξ reposui, idque ex auctoritate codd. Cant. Harl. K. M. R. Clementis Alex. Stromat. V. p. 663. Plutarchi de frat. am. p. 481. A. Sympos. II, 10, 2. p. 643. F. Dionis. [Sic etiam cod. Flor. 2. 33.] Leve hoc, nec monendum duxissem, nisi ut notent tirones, nos, hac lectione admissa, bis iambum pro spondeo lucrari." PORSONUS. Permirum est eundem non etiam *συνδεῖ* pro *ξυνδεῖ* edidisse, quod est in vett. edd., etiam apud Clem. Alex. Strom. V. p. 663. Pott. Nam haec propter soni similitudinem paene necessario exaequanda fuerunt. Est enim hoc loco mollissima oratio: *κεῖνο κάλλιον, τέκνον, ἰσότητα τιμᾶν, ἢ φίλους ἀεὶ φίλοις πόλεις τε πόλεσι συμμάχους τε συμμάχοις συνδεῖ*, quam agnoscat cuius sensus nondum ita obduruit, uti haec sentire non possit.

v. 541. *νόμιμον*] Sic Euripidis libri ac Scholiastae, Clem. Alex., Dio Chrysostomus, Plutarchus, qui de frat. amor. p. 481. A. et p. 484. B. haec laudat, videtur lectionem *μόνιμον* invenisse, quam ut non falsam, sed in Socratis discipulo Euripide non anteferendam esse vulgatae …

v. 542 seq. *τῷ πλέονι δ' ἀεὶ πολέμιον — τοὔλασσον*] De hac sententia cf. Aristotelis Moralia magn. VII, 1., ubi: *αἱ μὲν γὰρ (ὑπολήψεις) τὸ ὅμοιον φίλον, τὸ ἐναντίον πολέμιον*, in quam rem testem deinceps facit hunc ipsum locum, tum Dionem Chrysost. p. 249. B. Clem. Alex. p. 667, 17. ed. Pott. Plut. Symp. II, 10. p. 643. F. Hoc idem sibi vult Hesychius: „*Ἰσότης, φιλότης· διὰ τὸ ἰσότητι τὴν φιλίαν ἔπεσθαι*," quocum recte composuit Valckenarius M. Tullii de legg. lib. I. cap. 12. §. 34.

v. 543. *ἐχθρᾶς θ' ἡμέρας κατάρχεται*] „*ἐχθρᾶς ἡμέρας* accipio pro *ἐχθροῦ βίου*, ut *νέαν ἁμέραν* Ion. v. 732. idem procul dubio est, quod *νέον βίον*, et *ἐπίπονον ἁμέραν* Soph. Trach. v. 667. nihil aliud, quam *ἐπίπονον βίον*, quo etiam sensu nota sunt ex Homero *δούλιον* et *ἐλεύθερον ἦμαρ*. Itaque miror

καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι καὶ μέρη σταθμῶν
ἰσότης ἔταξε κἀριθμὸν διώρισεν,
νυκτός τ' ἀφεγγὲς βλέφαρον ἡλίου τε φῶς
ἴσον βαδίζει τὸν ἐνιαύσιον κύκλον,
κοὐδέτερον αὐτῶν φθόνον ἔχει νικώμενον.

scriptura. Om. particulam Flor. 34.[?]. ἐχθρᾶς δ' ἡμέρας Aldus, Aug. b. d. Havn.

v. 545. διώρισεν] Sic G. Hermannus edidit e Mosqu. D. Guelph. Florr. 5. 6. 9. 10. 18. Aug. b. d. Vulgo διώρισε.

v. 547. βαδίζει] quod coniecerat Canterus, confirmarunt tres Bodl., tum Flor. A. Leid. A. Mosqu. D. Guelph. Florr. omnes, Vict. Aug. b. Olim legebatur βαδίζειν.

v. 548. αὐτῶν] Sic Guelph. Florr. omnes, Vict. Taurin. Havn. Vulgo, nescio qua auctoritate, αὐτοῖν legitur.

vocem ἡμέρας tantopere Valckenarium offendisse, ut contra auctoritatem Plutarchi, Dionis Chrysostomi, Clementis Alexandrini, Aristotelis denique in ἧς ἐρᾶς mutatum iverit." MUSGRAVIUS.

v. 544 seq. καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι καὶ μέρη σταθμῶν — κἀριθμὸν κτέ.] Haec tria quasi unius hominis inventa etiam alias componi docuit Valckenarius Sophoclis fragm. ex Achille Tatio Isag. ad Arati Phaen. 1. (num. 379. Dind.), ubi de Palamede Nauplius: Οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείων στρατῷ, Σταθμῶν, ἀριθμῶν καὶ μέτρων εὑρήματα, tum Gorg. Defens. Palam. p. 190, 43. ed. H. Steph. p. 689, 37. ed. Bekk., ubi Palamedes invenisse dicitur νόμους τε γραπτούς, φύλακας τοῦ δικαίου, γράμματά τε, μνήμης ὄργανον, μέτρα τε καὶ σταθμά, συναλλαγῶν εὐπόρους διαλλαγάς, ἀριθμόν τε, χρημάτων φύλακα κτέ.

v. 546. νυκτός τ' ἀφεγγὲς βλέφαρον] Ut sol dicitur palpebra sive oculus diei, veluti Soph. Antig. v. 103 seq.: ὦ χρυσέας ἁμέρας βλέφαρον, Eurip. Iphig. Taur. v. 193: ἱερᾶς ὄμμα αὐγᾶς, ἅλιος, sic luna saepe appellatur oculus noctis, ut hoc loco et in Aeschyli Persis v. 428. κελαινῆς ὄμμα νυκτός. et in eiusd. Sept. adv. Theb. v. 375. νυκτὸς ὀφθαλμός. Vide C. Wexium ad Soph. Antig. l. l. p. 110 seq. Eichstad. Quaest. philol. spec. p. 16.

v. 547. ἴσον βαδίζει κτέ.] Apposite laudat Valckenarius Philon. Iud. p. 734. E: Πάντα ἰσότης τά τε κατ' οὐρανὸν καὶ τὰ ἐπὶ γῆς εὖ διετάξατο νόμοις καὶ θεσμοῖς ἀκινήτοις. Τίς γὰρ ἀγνοεῖ τοῦθ', ὅτι ἡλίῳ μεμέτρηνται πρὸς νύκτας ἡμέραι καὶ πρὸς ἡμέρας νύκτες ἰσότητι διαστημάτων ἀναλογούντων. et Ausonium de rat. librae v. 30: Et solis lunaeque vias sua libra coercet.

v. 548. φθόνον ἔχει νικώμενον] νικώμενον est: quando ei occidendum est, exoriente altero. Recte haec intellexit Dio Chrysost. Orat. XVII. p. 249. D: Μετὰ ταῦτα τοίνυν ὁ αὐτὸς ποιητὴς οὔ φησιν ἐν τοῖς θείοις εἶναι πλεονεξίαν· διὰ τοῦτο ἄφθαρτα καὶ ἀγήρω μένειν αὐτά, τὴν προσήκουσαν ἓν ἕκαστον ἑαυτῷ τάξιν φυλάττοντα, τήν τε νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὰς ὥρας. Alio quodam modo Phocylid. v. 68: Οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἡλίου αὐγαῖς.

εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς,
σὺ δ' οὐκ ἀνέξει, δωμάτων ἔχων ἴσον,
καὶ τῷδ' ἀπονέμειν; κἆτα ποῦ 'στιν ἡ δίκη;
τί τὴν τυραννίδ', ἀδικίαν εὐδαίμονα,
τιμᾷς ὑπέρφευ, καὶ μέγ' ἥγησαι τόδε,

v. 549. δουλεύει] Quod Eusebius Praep. evang. VI. p. 259. C. habet δουλεύειν, nihil est. Nam et Euripidis libri ac Scholiastae et multorum scriptorum, qui hunc locum afferunt, testimonia δουλεύει uno consensu tuentur.

v. 550. ἔχων] ἔχειν Flor. 33. Guelph. supra ser. ab eadem manu, Euseb. l. l. Theodoretus Therap. IV. p. 62, 49.

v. 551. καὶ τῷδ' ἀπονέμειν] Sic MS. C. C. C. Harl. L. Guelph. Flor. 18. 21. 34. Mosqu. D. Vict. Aug. d. eamque scripturam commemorat Scholiasta cod. Taurin. una cum altera ἀπονέμων. Eodem pertinere videtur ἀπονείμειν, quod est in Flor. 5. 6. 9. Contra ἀπονεῖμαι Ald. et edd. vett, Flor. 2. 10. 33. Taurin. Havn. Unde Salmasius scribendum coniecerat: καὶ τῷδε νεῖμαι κτέ., cui G. Hermannus nuper obsecutus est et ego quoque obedirem, nisi viderem in praepositione ἀπο consentire omnes libros. Itaque quum in extrema syllaba mutanda aperte correctoris manus versata sit, primas syllabas intactas relinquendas ac sic necessario ἀπο-

v. 549. εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς] Suavissimum hunc locum et ad persuadendum minime ineptum derisit acerbe Strattis comicus ap. Poll. IX, 124. in Phoenissis suis: Εἶθ' ἥλιος μὲν πείθεται τοῖς παιδίοις, Ὅταν λέγωσιν· ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε, lusum puerorum huc transferens, quo solem, si quando obtegitur nubibus, hortantur, ut rursus oriatur. Praeterea de εἶτα particula, quae semper aliquam positionem monstrat, vide quae diximus ad Devarium Vol. II. p. 540 seq.

v. 550 seq. σὺ δ' οὐκ ἀνέξει, δωμάτων ἔχων ἴσον, καὶ τῷδ' ἀπονέμειν;] Sic ego haec distinguenda putavi, ut appareret verba: δωμάτων ἔχων ἴσον, minime hoc loco per se pertinere ad verbum ἀνέξει, sed esse reddenda potius ita: quum domus partem aequalem habeas. Verba autem: καὶ τῷδ' ἀπονέμειν, eo quo iam G. Hermannus explicavit modo ad verbum ἀνέξει accedunt. Infinitivus enim tum ponitur, si quid adiungitur, quod nondum fit, sed futurum est, uti apud Herodotum lib. VII. c. 139. dicitur: καταμείναντες ἀνέσχοντο τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώρην δέξασθαι.

v. 552. ἀδικίαν εὐδαίμονα] Cf. Dionys. iun. ap. Plut. de fort. Alexandri p. 338. C: ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ.

v. 553. τιμᾷς ὑπέρφευ] Ὑπέρφευ· ὑπεράγαν. HESYCH. Cf. Aeschyl. Pers. v. 822: Ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν. Eur. Herc. fur. 1321: Εἰ σὺ μὲν θνητὸς γένος Φέρεις ὑπέρφευ τὰς τύχας. Id pertinere ad verbum ὑπερφύω et esse fere idem quod ὑπερφυῶς recte intellexerunt recentiores grammatici.

v. 553 seq. καὶ μέγ' ἥγησαι τόδε, περιβλέπεσθαι τίμιον;] Quum ineptiora etiam alii protulissent, dixit A. Matthiae, quem nuper secutus est G. Hermannus, sibi ita scribendum videri; καὶ μέγ', ἥγησαι τόδε; περιβλέπεσθαι τίμιον; ut τόδε ad tyrannidem pertineret. Quod est fal-

περιβλέπεσθαι τίμιον; κενὸν μὲν οὖν.
ἢ πολλὰ μοχθεῖν πόλλ' ἔχων ἐν δώμασι
βούλει; τί δ' ἔστι τὸ πλέον; ὄνομ' ἔχει μόνον·
ἐπεὶ τά γ' ἀρκοῦνθ' ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν.
οὔτοι τὰ χρήματ' ἴδια κέκτηνται βροτοί,

νέμειν scribendum duxi. Nam Porsoni coniecturam ἀπονεμεῖς, quam receperunt A. Matthiae, L. Dindorfius aliique, vix dignam memoratu iudico.

v. 554. κενὸν μὲν οὖν] Perfacilem, sed ridiculam plane coniecturam h. l. fecit Burgessius: κενόν· μέν' οὖν, quiesce.

v. 555. ἢ πολλὰ] Sic recte libri tantum non omnes. ἢ πολλὰ Guelph. Barn., Brunck. „Secundum enim hoc argumentum est, priori v. 554. oppositum: an ut superba sit domus, magno cupis Emptum labore, ut recte Grotius." A. MATTH.

v. 557. τοῖς γε σώφροσιν] Sic Aldus et edd. vett. Flor. A. Flor. 10. 18. 21. 34. Aug. d. Havn., tum Clemens. Alex. Stromat. VI. p. 751. pr. ed. Pott. et Stobaei 95, 5. cod. A. τοῖς δὲ σώφροσιν Harl. Flor. 33. τοῖς σώφροσιν om. γὲ Stobaei edd. τοῖσι σώφροσιν libri Euripidis fere deteriores, MS. C. C. C. K. L. M. R. Leidd. Guelph. Flor. 5. 6. 9., quod recepit Porsonus.

sissimum. Hoc dicit Euripides: Quid tu tyrannidem, iniustitiam felicem, nimiopere colis et magnum putas hoc, circumspici honoratum, id est enim περιβλέπεσθαι τίμιον, ut τάδε, quemadmodum permultis aliis in locis, ad sequentem infinitivum pertineat. In his autem facile apparet τίμιον non esse accusativum neutri, qua in opinione multi Euripidis interpretes fuerunt, sed esse generis masculini et referri ad honorem, quo qui circumspicitur afficitur. Eodem modo τίμιος saepe ad verbalem vim adiungitur, veluti in Hecuba v. 626: ὁ δ' ἐν πολίταις τίμιος κεκλημένος, quod nos dicamus: mit Ehren genannt, et in Supplic. v. 552 seq.: πρός τε γὰρ τοῦ δυστυχοῦς ὃς εὐτυχήσει τίμιος γεραίρεται.

v. 554. κενὸν μὲν οὖν] Hoc redditur superiori voci: καὶ μέγ' ἥγησαι τόδε. De particulis μὲν οὖν vide quae G. Hermannus ad Vigerum p. 845 seq. et nos scripsimus ad Devarium Vol. II. p. 662 seq.

v. 555 seq. ἢ πολλὰ μοχθεῖν πόλλ' ἔχων ἐν δώμασι βούλει;] Ludit poeta in voce πολλά, in quam rem etiam propter oppositionis similitudinem recte comparavit G. H. Schaeferus Menandreum fragm. in.: Τί πολλὰ τηρεῖν πολλὰ δεῖ δεδοικότα;

v. 556. ὄνομ' ἔχει μόνον] Vide v. 505. et quae nos ad eum locum supra annotavimus.

v. 557. ἐπεὶ τά γ' ἀρκοῦνθ' ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν] Recte existimavit A. Matthiae, quod utroque loco γὲ particulae certam ac propriam vim vindicavit, ut priore loco sit fere explicandum: si non amplae divitiae, at tantum certe, quod satis sit, posteriore autem loco τοῖς γε σώφροσιν: si non omnibus hominibus, at prudentibus quidem. Vide quae copiosius explicavi de repetita γὲ particula in uno enuntiato ad Devarium Vol. II. p. 320 seqq.

v. 558. οὔτοι τὰ χρήματ' ἴδια

τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχοντες ἐπιμελούμεθα·
ὅταν δὲ χρῄζωσ', αὔτ' ἀφαιροῦνται πάλιν·
ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος.
ἄγ', ἤν σ' ἔρωμαι, δύο λόγω προθεῖσ' ἅμα,
πότερα τυραννεῖν, ἢ πόλιν σῶσαι θέλεις;
ἐρεῖς τυραννεῖν; ἢν δὲ νικήσῃ σ' ὅδε
Ἀργεῖά τ' ἔγχη δορὺ τὸ Καδμείων ἕλῃ,

v. 561. Hunc versum auctore Valckenario recentiores editores praeter Io. Minckwitzium omnes pro subditicio habuerunt. Recte defendit Firnhaberus in libro: Die Verdächtigungen Euripideischer Verse etc. (Lips. 1840.) p. 64 seqq.

v. 562. *δύο λόγω*] Sic Valckenarius scripsit e Flor. A. Leid. A. Brunckius e Paris. A. Habent Mosqu. D. Flor. 2. (*δύω*) 5. 6. 10. (*δύω*) 18. 21. 34. Aug. b., tum Schol. recentior ad Pindari Ol. VI, 83. Huc pertinet etiam *δύο λόγῳ* in MS. C. C. C. Bodl. univ., Guelph. Flor. 9. Edd. ante Valckenarium *δύο λόγους*, quod habet Flor. 33. Mox *προσθεῖσ'* MS. C. C. C. Bodl. univ., Leid. B. Mosqu. D. Flor. 5. 6. 18. Aug. d. Havn. Vulgatam scripturam praeter libros meliores tuetur explicatio Scholiastae: *δύο λόγους προβαλομένη*.

v. 563. *ἢ πόλιν σῶσαι*] *ἢ σῶσαι πόλιν* Flor. 6. 9. 18. 21. 34. Mosqu. D. Aug. b. Havn. *ἢ πόλιν σώσειν* Flor. A. Venet. a. b. Hinc

κέκτηνται βροτοί] Communis haec sententia quum a Graecis scriptoribus, tum etiam a Latinis valde celebrata est, qua de re vide interpp. ad Horatii Ep. II, 2, 171 seqq.: Tamquam Sit proprium quidquam, puncto quod mobilis horae, Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc morte suprema, Permutet dominos et cedat in altera iura. Ceterum *ἴδια* recte explicat Scholiasta: *φυσικά, ἤγουν παρεπόμενα τῇ ἰδίᾳ φύσει*. De Latino proprius vide Donatum ad Terentii Andr. act. IV. sc. 3. v. 1. et act. V. sc. 5. v. 4.

v. 559. *τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχοντες*] Quo magis genitivus *τῶν θεῶν* exstaret, *δέ* particula quarto loco posita est, quam male, ut opinor, ob eam ipsam causam librarii codd. Flor. 2. Havn. omiserunt. Vide quae dixi in Quaestt. critt. lib. I. p. 67 seqq. et ad Devar. Vol. II. p. 378 seqq. — *ἐπιμελούμεθα* est Latine tuemur, quod dicitur de eis, qui aliquid ita possident, ut eius rei curam quidem gerant, sed tamen, si quando opus est et postulatur, aliis concedere debeant.

v. 560. *ὅταν δὲ χρῄζωσ'*] Si quando opus habent, ut aliis concedant quas tu possides divitias.

v. 561. *ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος*] Quod huc usque explicaverat singula Euripides, iam communi quadam et breviore sententia confirmat, qui mos est non Euripidis solum, sed omnium Graecorum proprius. Recte etiam Scholiasta eum versum agnoscit, quem ita interpretatur: *ὁ δὲ πλοῦτος οὐ μόνιμος, ἀλλὰ πρόσκαιρος*.

v. 562. *ἄγ' ἤν σ' ἔρωμαι, δύο λόγω προθεῖσ' ἅμα*] Sic haec interpunxi, et quia existimo a Graecis sic haec pronuntiata esse et ut ne tironibus idem accidat, quod accidit Scholiastae Pin-

ὄψει δαμασθὲν ἄστυ Θηβαίων τόδε,
ὄψει δὲ πολλὰς αἰχμαλωτίδας κόρας
βίᾳ πρὸς ἀνδρῶν πολεμίων πορθουμένας.
ὀδυνηρὸς ἆρ' ὁ πλοῦτος, ὃν ζητεῖς ἔχειν,
γενήσεται Θήβαισι, φιλότιμος δὲ σύ.
σοὶ μὲν τάδ' αὐδῶ· σοὶ δέ, Πολύνεικες, λέγω·
ἀμαθεῖς Ἄδραστος χάριτας εἰς σ' ἀνήψατο·

non abest suspicio, quin aliud verbum hic olim lectum fuerit.

v. 566. Quod sequens versus ab eadem voce incipit, hic versus omissus est in Mosqu. D., in Aug. d. autem a pr. manu transpositi duo hi versus.

v. 569. ὀδυνηρὸς] Scholiasta var. lect. memorat δαπανηρὸς, non meliorem vulgatâ scripturâ.

v. 572. εἷς σ' ἀνήψατο] Sic Aldus et reliqui, εἰς ἀνήψατο Taurin. εἷς σ' ἀμείψατο MS. C. C. C. Leidd. A. B. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. Aug. b. εἷς σ' ἠμείψατο, Mosqu. D. εἶ σ' ἠμείψατο, Harl. ἀμείψατο superscr. ἀνέθηκεν. Ceteri libri et Scholiastae annotatio: Ἀνήψατο· ἀνέθηκε, περιήψατο, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πλοίων, τῶν ἀποδεσμουμένων, tum Hesychii glossema: ἀνήψατο· προσέθηκεν, ἀνέθηκεν, ut videtur, ad h. l. pertinens, vulgatam satis tuentur.

dari Ol. VI, 83., qui duplicem accusativum a verbo ἔραμαι suspensum putavit.

v. 564. ἐρεῖς τυραννεῖν;] Dicesne te velle regnare? Non dices. Nam alterum, quod proposui, ne id facias, te deterrebit. At tamen is status rerum est, ut, si perseveres in tua sententia, verendum sit, ne alterum, nempe ut civitas pessumdetur, fiat. Itaque omitte id quod paras, et aequi bonique consule. Haec vere est summa eius, quod suadet maiore contentione atque oratione concitatiore mater.

v. 566. δαμασθὲν ἄστυ] Comparavit Valckenar. Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 344. εὖτε πόλις δαμασθῇ. et v. 771: δέδοικα δὲ σὺν βασιλεῦσιν, Μὴ πόλις δαμασθῇ.

v. 569. ὀδυνηρὸς ἆρ' ὁ πλοῦτος] Συλλογιστικὸν ἐνταῦθα τὸ ἄρα, οὐκ ἀποφηματικόν. SCHOLIASTA. Id qua lege fiat, explicatum a me habes ad Devarium Vol. II. p. 180 seq., tum p. 187 seqq. Effertur enim in hac exclamatione potissimum vox ea, quae sequitur particulam: ὁ πλοῦτος, ὃν ζητεῖς ἔχειν.

v. 570. φιλότιμος δὲ σύ] Rectissime intellexit nuper G. Hermannus summam vim in his verbis sitam esse, quibus significatur, quum eae res, quas exoptet Eteocles, procul dubio perniciem allaturae esse videantur patriae, pessime ipsum agere, quod tamen ambitione sua ac prava cupiditate istis rebus non abstineat. Tantum enim abest, ut languida ista verba sint, ut, dum omnem culpam in Eteoclem conferunt, aptissime orationem Iocastae, quam ad Eteoclem habuit, concludant.

v. 571. σοὶ μὲν τάδ' αὐδῶ] De pronomine τάδε conf. Matth. §. 470, 1. p. 870.

ἀσύνετα δ' ἦλθες καὶ σύ, πορθήσων πόλιν.
φέρ', ἢν ἕλῃς γῆν τήνδ', ὃ μὴ τύχοι ποτέ,
πρὸς θεῶν, τρόπαια πῶς ἀναστήσεις δορός;
πῶς δ' αὖ κατάρξει θυμάτων, ἑλὼν πάτραν,
καὶ σκῦλα γράψεις πῶς ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς·

v. 575. ἀναστήσεις] Sic libri et Scholiastae. Porsonus e coniectura scripsit: ἆρα στήσεις, quem recentiores praeter Hermannum secuti sunt. Vide explicationem.

v. 576. κατάρξει] Sic Cantabr. κατάρξῃ Aldus et rell., codd. Flor. 2. 10. Taurin. Havn. Aug. d. κατάρξεις MS. C. C. C. MSS. King. Leidd. A. B. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 33. 34. Aug. b. κατάρξῃς (ει superscr.) Mosqu. D. Mox γρ. πόλιν Aug. d., quod non minus recipiendum quam supra v. 573. quod habet Oenomaus Eusebii Praep. evang. VI. p. 259. C. πάτραν pro πόλιν.

v. 577. καὶ σκῦλα γράψεις] Sic libri ac Scholiasta. Valckenarius de coniectura scripsit: κεὶς σκῦλα γράψεις, quod satis temere receperunt Porsonus, A. Matthiae, alii. Vide explicationem.

v. 580. γένοιθ' ὑφ' Ἑλλήνων] Plerique libri et edd. vett.

v. 573. ἀσύνετα δ' ἦλθες καὶ σύ, πορθήσων πόλιν] Sic interpungendum erat. Dicit hoc Iocasta: Insipienter vero venisti etiam tu, quippe perniciem civitati moliens.

v. 574. φέρ' ἢν ἕλῃς] De interpunctione vide ad v. 562.

v. 575. τρόπαια πῶς ἀναστήσεις δορός;] Quum Porsonus, ratus Euripidis aetate ἀναστῆσαι nihil aliud significasse nisi deiectum erigere, scribendum pronuntiasset: πῶς ἆρα στήσεις, eumque secutus esset A. Matthiae, qui etiam omnino ἀνίστημι τρόπαιον a Graecis dictum esse negavit, utrumque recte confutavit nuper G. Hermannus. Ostendit enim exemplis et Euripidem ἀναστῆσαι de universa alicuius rei erectione dixisse, veluti in Helen. v. 1260. ἀνίστη τύμβον, in Ione v. 1129. σκηνὰς ἀνίστη, in Hercule fur. v. 852. θεῶν ἀνέστησεν τιμάς, et ἀναστῆσαι τρόπαια a Graecis aliquoties dictum esse, non solum στῆσαι τρόπαια, sed certo utrumque discrimine. στῆσαι τρόπαιον enim recte dici, quum ob victoriam tropaeum statui significandum sit, aliud esse ἀναστῆσαι τρόπαιον, quo sola erectio tropaei indicetur. De ἀναστῆσαι τρόπαιον attulit Plutarchum Alcib. 29. de Herodoti malign. p. 873. A. Athenaeum p. 530. A., tum Platonem, in cuius Timaeo p. 25. C. tres codd. τρόπαια ἔστησε, ceteri libri ἀνέστησε praeberent.

v. 576. πῶς δ' αὖ κατάρξει] Medium κατάρχεσθαι apud antiquiores quidem scriptores ad sacros ritus significandos usitatum esse, non item activam formam κατάρχειν recte docuit Valckenarius ad h. l., appellans etiam Kusterum ad Aristoph. Av. 960. et quos citavit Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. p. 419. De re vide Heathium Not. in Phoen. p. 25 seq.

v. 577. καὶ σκῦλα γράψεις πῶς ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς] Quod non intellexerunt accusativum recte h. l. suspendi a verbo γράφειν, inde

Θήβας πυρώσας τάςδε Πολυνείκης θεοῖς
ἀσπίδας ἔθηκε· μήποτ', ὦ τέκνον, κλέος
τοιόνδε σοι γένοιθ' ὑφ' Ἑλλήνων λαβεῖν.
ἢν δ' αὖ κρατηθῇς καὶ τὰ τοῦδ' ὑπεκδράμῃ,
πῶς Ἄργος ἥξεις, μυρίους λιπὼν νεκρούς;

γένοιτ' ἂν ὑφ' Ἑλλήνων. ἂν delendum esse primus vidit Barnesius. Omittunt K. M. R. Flor. 33. nec Scholiasta legisse videtur. Non inscita tamen est Valckenarii suspicio fortasse antiquitus in Euripidis libris fuisse: *γένοιτ' ἀν' Ἕλληνας λαβεῖν*, quod, ἂν pro ἀν' scripto, in ὑφ' Ἑλλήνων mutatum sit. Attulit in hanc rem Timocreontis carmen ap. Plut. in Themist. p. 122. E: *Μοῦσα τοῦδε μέλεος Κλέος ἀν' Ἕλλανας τίθει.* Dicitur ἀνά sic etiam de personis (vide Rostii et Palm. Lexic. Vol. I. p. 162. A.) et eo magis hic dici potuit ἀν' Ἕλληνας, quod nomen gentis pro terrae est. Sed incerta prorsus causa est.

v. 581. *ὑπεκδράμῃ*] Sic libri nobis noti. Primus Grotius sive e MSS. sive de coniectura sua ὑπερδράμῃ edidit, quod Scholiastae, qui ὑπεκδράμῃ sic explicat: *Παρέλθῃ, νικήσῃ· μετῆνοχε δὲ ἀπὸ τῶν δρομέων, οἷον ὑπέρτερα γένηται.* auctoritate confirmari putaverunt. Vide explicationem.

a Valckenario fere ediderunt *κεὶς σκῦλα γράψεις κτέ.* Librorum ac Scholiastarum scripturam iure tutati sunt recentiore tempore G. H. Schaeferus et G. Hermannus, quorum Schaeferus *γράφειν σκῦλα* ita dictum esse voluit, ut in Euripidis Iphig. Aul. v. 35 seq. ed. Matth. diceretur: *δέλτον τε γράφεις Τήνδ', ἣν πρὸ χερῶν ἔτι βαστάζεις κτέ.*, pro quo ibid. v. 98 seq. legeretur: *κἀν δέλτου πτυχαῖς Γράψας κτέ.*, Hermannus autem, ut in Troad. v. 1188: *Τί καί ποτε Γράψειεν ἄν σε μουσοποιὸς ἐν τάφῳ· τὸν παῖδα τόνδ' ἔκτειναν Ἀργεῖοί ποτε Δείσαντες;* Immo Schaefero assentiendum est. Nam quod in spoliis inscriptio ponitur, ea ipsa *γράφεσθαι* (scribi) dicuntur. Eodem modo Latini scriptores inscribere cum accusativo construxerunt, uti M. Tullius in Accus. lib. II. cap. 69. §. 167: Eripiunt tibi istam orationem — statuae illae equestres, quas tu — poni inscribique iussisti. Neque impedit hanc rationem, quod deinceps ipsa inscriptio ponitur. — *ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς*, nempe reversus in terram Argolicam ad undas Inachi fluvii. Iocasta ita loquitur, quasi Polynices non Thebas habitare, sed diruere velit.

v. 581. *καὶ τὰ τοῦδ' ὑπεκδράμῃ*] „Verte: Et huius res salvae evaserint. Interpretes omnes ita hunc locum explicarunt, quasi scriptum esset ὑπερδράμῃ, et ita reponendum coniecerat Canterus; sed quum satis se tueri possit vulgata lectio, contra codicum fidem nihil innovandum. Vide infra v. 890." HEATHIUS. Quamquam sic explicari librorum scriptura potest, ut Eteoclis res ea pericula, quae paraverat Polynices, effugere videantur, id quod recte diceretur ὑπεκδραμεῖν, fateor tamen me quoque eo inclinare, ut ὑπερδράμῃ verum putem. Nolui autem ocius mutare quod libri omnes tuentur.

ἐρεῖ δὲ δή τις, ὦ κακὰ μνηστεύματα
Ἄδραστε προςθεὶς, διὰ μιᾶς νύμφης γάμον
ἀπωλόμεσθα. δύο κακὼ σπεύδεις, τέκνον,
κείνων στέρεσθαι τῶνδέ τ' ἐν μέσῳ πεσεῖν.
μέθετον τὸ λίαν, μέθετον· ἀμαθία δυοῖν,
εἰς ταὔθ' ὅταν μόλητον, ἔχθιστον κακόν.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ θεοί, γένοισθε τῶνδ' ἀπότροποι κακῶν,
καὶ ξύμβασίν τιν' Οἰδίπου τέκνοις δότε.

v. 584. γάμον] γάμου Flor. 33. γάμων Leid. A. Aug. b.

v. 585. δύο] Multi libri et Priscianus p. 542. δύω, pauciores libri et Priscianus p. 572. δύο.

v. 587. ἀμαθία] Sic Aldus et edd. vett. et meliores fere libri, Flor. 2. 5. 10. 33. Taurin. Havn. ἀμαθίαι MS. C. C. C. Leidd. A. B. Guelph. Mosqu. D. Flor. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. Scholiastae. Difficile est in his certum definire.

v. 588. ἔχθιστον κακόν] Sic libri paene omnes. αἴσχηστον Harl. αἴσχιστον Paris. A. Flor. 33., tum cod. M., sed is ἔχθιστον supra scriptum habet. ἔχθιστον verum existimo, quod de rebus αἰσχρόν dici usitatius est quam ἐχθρόν, ut ἔχθιστον hoc loco maiorem vim habeat. Attulit iam Valckenarius Archel. fragm. XXIV. (ap. Matth. IV, 3. p. 86.): ἔτι γὰρ θάλλει πενία, Κακὸν

v. 583. ἐρεῖ δὲ δή τις] Hoc est fere idem, quasi Latine dicas: Dicet autem quispiam. Nam quod pronomen τὶς particulae δή adhaerescit, paene ipsa earum vocularum significatio consociata est. Vide quae dixi ad Devarium Vol. II. p. 382 seqq.

v. 583 seq. ὦ κακὰ μνηστεύματα Ἄδραστε προςθεὶς] Vide Euripidis Medeam v. 1356 seq.: ὁ σοὶ προςθεὶς γάμους Κρέων. cum annotatione critica nostra p. 126. ed. Pflugk. II.

v. 585. δύο κακὼ σπεύδεις] De accusativo a verbo σπεύδεις suspenso vide Matth. §. 423.

v. 586. κείνων στέρεσθαι τῶνδέ τ' ἐν μέσῳ πεσεῖν] Ut et illis rebus, nempe Argivorum auxilio, privere, et priusquam haec nanciscare, nempe Thebanorum regnum, occidas.

v. 587. μέθετον τὸ λίαν· Τὴν ὑπερβολὴν τῶν ὀρέξεων ἢ τὸ θυμικόν, καὶ ἐν Ὀρέστῃ (v. 694.)· Τῷ λίαν χρῆσθαι καλῶς. Ὅμοιον δέ ἐστι τὸ μηδὲν ἄγαν τῷ ἄφετε τὸ λίαν φιλονεικεῖν. SCHOL.

v. 591. Μῆτερ, οὐ λόγων· Τροχαϊκοὶ στίχοι τετράμετροι ν, ὧν τελευταῖος· ἔθετό σοι θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον. Ἐπὶ τῷ τέλει κορωνίς (signum finiti actus), ἐξιόντων τῶν ὑποκριτῶν. ἐχρήσατο δὲ ἐνταῦθα τῷ τροχαϊκῷ μέτρῳ διὰ τὸ μετὰ ὀργῆς καὶ ὁρμῆς τινὸς καὶ σπουδῆς εἰςιέναι τὸν Ἐτεοκλέα. SCHOL.

v. 592. περαίνει δ' οὐδὲν ἡ προθυμία] Scholiasta et reliqui interpretes hoc fere ad Iocastae curam ac benevolentiam referunt, qua fratres inter se in gratiam reducere studuit. Non satis recte. Eteoclis oratio enim multo ferocior est et magis universa. Dicit hoc: Mater, non

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

μῆτερ, οὐ λόγων ἔθ' ἀγών, ἀλλ' ἀναλοῦται χρόνος
οὖν μέσῳ μάτην, περαίνει δ' οὐδὲν ἡ προθυμία·
οὐ γὰρ ἂν ξυμβαῖμεν ἄλλως ἢ 'πὶ τοῖς εἰρημένοις,
ὥςτε με σκῆπτρα κρατοῦντα τῆςδ' ἄνακτ' εἶναι χθονός·
τῶν μακρῶν δ' ἀπαλλαγεῖσα νουθετημάτων μ' ἔα.
καὶ σὺ τῶνδ' ἔξω κομίζου τειχέων, ἢ κατθανεῖ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

πρὸς τίνος; τίς ὧδ' ἄτρωτος, ὅςτις εἰς ἡμᾶς ξίφος
φόνιον ἐμβαλὼν τὸν αὐτὸν οὐκ ἀποίσεται μόρον;

ἔχθιστον, φεύγει δ' ὄλβος.

v. 591. *οὐ λόγων ἔθ' ἀγών*] Sic certatim viri docti emendarunt librorum scripturam: *οὐ λόγων ἐστ' ἀγών.*

v. 592. *οὖν μέσῳ*] *οὐμμέσαι* Flor. A. *οὐμμέσῳ* Taurin., quod natum est ex usitata olim scriptura *οὐμ μέσῳ*, ut v. 586. pro *τῶνδε τ' ἐν μέσῳ* Flor. A. habet: *τῶνδ' ἐπ' ἐμπέσω* eadem de causa.

v. 594. *ὥςτε με*] Sic libri paene omnes. *ὥςτ' ἐμὲ* coniecit Valckenarius et e lib. Flor. 10. recepit A. Matthiae.

v. 597. *τίς ὧδ' ἄτρωτος*] Sic Leidd. A. B. Mosqu. D. Paris. A. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 33. Aug. b. d. Aldus ac rell. *τίς δ' ὧδ' ἄτρωτος*, quod habuisse videtur Scholiasta. Quum de reliquorum librorum scriptura non constaret satis, illud cum recentioribus criticis retinui.

verborum amplius certamen, sed tempus in medio positum frustra consumptum est, nihil vero proficit promptus ac paratus ad componendam litem animus.

v. 594. *σκῆπτρα κρατοῦντα*] Auctore Valckenario et A. Matthiae revocavi hanc plurimorum librorum scripturam. *σκῆπτρα κρατεῖν* est obtinere sceptrum, *σκήπτρων κρατεῖν* sceptro potiri. V. A. Matth. §. 360. b. p. 675. ed. II. Rost. §. 108. annot. 4. p. 527. ed. VI. Recentiores fere cum edd. vett. et perpaucis libris *σκήπτρων κρατοῦντα* scripserunt.

v. 596. *καὶ σὺ τῶνδ' ἔξω κομίζου τειχέων, ἢ κατθανεῖ*] Incertum est, quod Nonius p. 292, 19. ex Accii Phoenissis affert: Egredere, exi, elimina urbe, utrum ad h. l., an ad v. 606. 617. 639. pertineat. Ceterum male Scholiasta *κομίζου* ita interpretatus est, quasi de equo, quo vehi iubeatur Polynices, cogitandum esset. Nam *κομίζου*, et quae sunt eiusmodi, ita dicitur quasi nostrum: Hebe dich weg, trage dich von hinnen.

v. 597 seq. *τίς ὧδ' ἄτρωτος, ὅςτις εἰς ἡμᾶς ξίφος κτέ.*] Propter sententiae similitudinem comparaverunt interpretes Homeri Iliad. IV, 510 seq.: *Ἐπεὶ οὔ σφι λίθος χρώς, οὐδὲ σίδηρος, Χαλκὸν ἀνασχέσθαι ταμεσίχροα βαλλομένοισιν*, tum Euripidis Helen. v. 810. ed. Pflugk.: *οὕτω σιδήρῳ τρωτὸν οὐκ ἔχει δέμας;* et Virgilii Aen. XII, 50: Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra Spargimus et nostro sequitur de vulnere sanguis.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

ἐγγυς, οὐ πρόσω βέβηκας· εἰς χέρας λεύσσεις ἐμάς;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

εἰσορῶ· δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

κἆτα σὺν πολλοῖσιν ἦλθες πρὸς τὸν οὐδὲν εἰς μάχην;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

κομπὸς εἶ σπονδαῖς πεποιθώς, αἵ σε σώζουσιν θανεῖν.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

καὶ σὲ δεύτερόν γ' ἀπαιτῶ σκῆπτρα καὶ μέρη χθονός.

v. 599. ἐγγύς, οὐ πρόσω βέβηκας] Sic libri paene omnes, MS. C. C. C. Leidd. A. B. Paris. A. Mosqu. D. Guelph. Florr. omnes. ἐγγύς, οὐ πρόσω βεβηκώς; e coniectura Musgravii Porsonus, L. Dindorfius, Bothius, Hermannus. Olim legebatur; ἐγγὺς οὐ πρόσω βέβηκας. Mox εἰς χέρας Leid. A. Flor. εἰς χεῖρας vulgo.

v. 600. δειλὸν δ'] Sic libri plerique ac Scholiastae. δεινὸν δ' Flor. A. Flor. 10. 33. Taurin., tum Stobaeus p. 507. semel, sed idem eadem pag. δειλόν θ'.

v. 601. πολλοῖσιν] πολλοῖς Aldus ac rell. edd. vett., tum Aug. d. Havn. Mox εἰς μάχην Leidd. A. B. Florr. praeter 2. omnes, Guelph. Aug. b. d. Havn. Vulgo et in Flor. 2. ἐς μάχην.

v. 599. ἐγγύς, οὐ πρόσω βέβηκας] Hanc omnium librorum scripturam, etiam Scholiastarum auctoritate munitam, veritus sum mutare. Habet enim sententiam satis idoneam ad hunc locum. Quaerenti enim Polynici, quis auderet telum in se coniicere, recte reddere poterat Eteocles: Prope, non procul (ab illo) constitisti. Conspicisne manus meas? Similem Theocriteae orationis colorem ex idyllio XXII. v. 68 seq. iam Valckenarius notavit. Eo enim in loco Polluci dicenti: Τίς γὰρ ὅτῳ χεῖρας καὶ ἐμοὺς συνερείσω ἱμάντας; reddit Amycus: Ἐγγὺς ὁρᾷς· οὐ γύννις ἐὼν κεκλήσεθ' ὁ πύκτης.

v. 600. δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος κτέ.] Valckenarius comparavit Aristophanis Plutum v. 203: Λέγουσι πάντες, ὡς Δειλότατόν ἐσθ' ὁ πλοῦτος, ad quem locum Scholiasta hunc ipsum Euripidis locum affert. Cf. praeter Stobaeum etiam Eustathium ad Iliad. V. p. 390, 8.

v. 601. πρὸς τὸν οὐδὲν εἰς μάχην] Vide Matth. §. 437, ann. 1. p. 816 seq. et supra v. 408.

v. 602. ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων κτέ.] Crebro, ut narrat Suetonius in Octavio cap. 25., iactabat Augustus hunc Euri-

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

οὐκ ἀπαιτούμεσθ'· ἐγὼ γὰρ τὸν ἐμὸν οἰκήσω δόμον.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

τοῦ μέρους ἔχων τὸ πλεῖον; 606

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

φήμ'. ἀπαλλάσσου δὲ γῆς.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ὦ θεῶν βωμοὶ πατρῴων,

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

οὓς σὺ πορθήσων πάρει.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

605 κλύετέ μου.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

τίς δ' ἂν κλύοι σου πατρίδ' ἐπεστρατευμένου;

---

v. 603. σώζουσιν θανεῖν] Sic, ut edidit Barnesius, Flor. 2. 5. 18. 21. 34. Olim legebatur σώζουσι θανεῖν.

v. 605. ἀπαιτούμεσθ'] Sic etiam Florentini septem, Vict. ἀπαιτούμεσθα Guelph. ἀπαιτούμεθ', ut Aldus, Flor. 18. 33. Havn.

606. τὸ πλεῖον] Sic, ut Grotius edidit, Flor. A. Leidd. A. B. lib. Put. Florr. omnes, Vict. Mosqu. D. Aug. b. τὸ πλεῖστον Aldus et edd. vett. Guelph.

v. 607. πατρῴων] Sic primus Kingius edidit. Confirmant Flor. 18. 34. πατρῷον Aldus et edd. vett., tum Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 10. 21. 33. Taurin. Havn.

v. 608. τίς δ' ἂν] Hanc vulgatam scripturam confirmant Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. omnes, Taurin. τίς ἂν Kingius.

---

pidis versum cum aliis eiusmodi dictis: σπεῦδε βραδέως, et: Sat celeriter fieri quidquid fiat satis bene.

v. 603. κομπὸς εἶ] „In cod. Aug. et Etym. M. p. 527, 47. contra mentem grammatici κόμπος scriptum. V. Arcadium p. 67, 3. et Lobeckii Paralip. p. 345." G. HERMANNUS. — αἵ σε σώζουσιν θανεῖν, recte explicavit A. Matthiae Gr. Gr. ampl. §. 542. b. γ. p. 1065. ed. II. allato Eurip. Alcest. v. 11: ὃν θανεῖν ἐρρυσάμην. σώζειν enim et ῥύεσθαι ipsa significatione sua prohibendi vim habent, ut quod in cod. Flor. 33. habetur σώζουσι μὴ θανεῖν, e mera explicatione ortum esse videatur. Nam Scholiasta: Σώζουσιν θανεῖν· ῥύονται μὴ θανεῖν.

v. 604. καὶ σὲ δεύτερόν γ' ἀπαιτῶ] Cf. supra v. 487 seqq.

v. 605. ἐγὼ γὰρ τὸν ἐμὸν οἰκήσω δόμον] De hac formula vide quae explicata sunt supra ad v. 488.

v. 607. ὦ θεῶν βωμοὶ πατρῴων] Videtur huc pertinere quod ex Accii Phoenissis habet Nonius p. 174, 2. ed. Merc.: Delubra coelitum, arae sanctitudines.

v. 608. πατρίδ' ἐπεστρατευ-

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

καὶ θεῶν τῶν λευκοπώλων δώμαθ',

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

οἳ στυγοῦσί σε.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ἐξελαυνόμεσθα πατρίδος,

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

καὶ γὰρ ἦλθες ἐξελῶν.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ἀδικίᾳ γ', ὦ θεοί.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Μυκήναις, μὴ 'νθάδ' ἀνακάλει θεούς.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ἀνόσιος πέφυκας,

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

ἀλλ' οὐ πατρίδος, ὡς σύ, πολέμιος.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ὅς μ' ἄμοιρον ἐξελαύνεις.

v. 610. *ἐξελαυνόμεσθα πατρίδος*] Sic Guelph. Flor. 2. 10. 34. γρ. Mosqu. D., tum MS. C. C. C. Flor. A. Leidd. A. B. Flor. 5. 18. 21. 33., nisi quod hi *ἐξελαυνόμεθα* peccant. *ἐξελαυνόμεθα ἀπὸ πατρίδος* Aldus ac rell. edd. vett., tum Flor. 6. 9. Aug. d. Havn. Taurin. *ἐξελαύνομαι* Cantabr. Harl. Mosqu. D. Mox *ἦλθες καὶ γὰρ ἐξελῶν* Mosqu. D. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. et *ἐξελὼν* quidem Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. b. d. Recte *ἐξελῶν* Aldus ac rell.

v. 611. *ἀδικίᾳ γ', ὦ θεοί*] Sic MS. C. C. C. MSS. Kingii, Leidd. A. B. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Guelph. Mosqu. D. *ἀδικίᾳ γε σῇ, ὦ θεοί* Flor. 2. 10. 33. Taurin. et edd. vett. recepto glossemate *σῇ*. Id alio ordine recepit Harl.: *ἀδικίᾳ σῇ γ', ὦ θεοί.*

v. 613. *καὶ κατακτενῶ γε πρός*] *κατακτενῶ* Aug. d. Taurin. Havn. *κατακτενεῖ* Harl. *κατακτανῶ* Flor. 2. 10. 33. Mosqu. D. *κτα-μένου*] De constructione vide quae diximus supra ad v. 292.

v. 609. *καὶ θεῶν τῶν λευκοπώλων δώμαθ'*] Iure Valckenarius ait hoc loco, quum praeter Castorem et Pollucem Zethus et Amphion, arcis Thebanae conditores, dicti fuerint θεοὶ λευκόπωλοι, dubitari non posse, quin hi intelligendi sint, quod dicit, confirmari Herc. fur. v. 29 seq.: *Τὼ λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονός, Ἀμφίον' ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διός.* Cf. Hesychium: *Διόσκουροι, οἱ Ἑλένης ἀδελφοί, καὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων, λευκόπωλοι καλούμενοι.* Sic enim recte G. Hermannus restituit Hesychii locum, coll. Schol. ad Odyss. XIX, 518. et A. Boeckh. Expl. Pind. p. 273. Videatur, quem idem excitat, Io. Malalas p. 234, 17: *ἔκτισε δὲ* (Antiochiae) *καὶ ἱερὸν τῷ Διονύσῳ πρὸς τῷ ὄρει ὁ αὐτὸς Τιβέριος βασιλεύς, στήσας δύο στήλας μεγάλας τῶν ἐξ Ἀντιόπης γεννηθέντων Διοσκούρων, Ἀμφίονός τε καὶ Ζήθου.* Vide etiam Schol. ad hunc ipsum locum.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

καὶ κατακτενῶ γε πρός.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ὦ πάτερ, κλύεις ἃ πάσχω;

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

καὶ γὰρ οἷα δρᾷς κλύει.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

καὶ σύ, μῆτερ;

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

οὐ θεμιτά σοι μητρὸς ὀνομάζειν κάρα.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ὦ πόλις.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

μολὼν ἐς Ἄργος ἀνακάλει Λέρνης ὕδωρ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

εἶμι, μὴ πόνει· σὲ δ' αἰνῶ, μῆτερ.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

ἔξιθι χθονός.

νῶ Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. b. Mox σε pro γε Mosqu. D. et Brunckius, ut videtur, e Paris. A.

v. 615. οὐ θεμιτά σοι] Sic de coniectura mea scripsi. Aldus, edd. vett. ac plerique libri, MS. C. C. C. Leid. A. Mosqu. D. Guelph. Florentini omnes et cett. οὐ θεμιτόν σοι. οὐ θεμιτόν σε MSS. Laud. ap. Musgravium, unde is οὔ σε θεμιτὸν scribi voluit. Pronomen om. Leid. B. Aug. b. οὐ θέμις σοι Grotius, dubium, utrum e MSS., an de coniectura sua. Potuit etiam οὐ θεμιστὸν μητρὸς scribi. Recentiores critici partim Musgravium secuti sunt, ut A. Matthiae et G. Hermannus, partim Grotium, ut Porsonus et L. Dindorfius. Bothius quidem ἀθέμιτόν σοι scripsit.

v. 611. Μυκήναις, μὴ 'νθάδ' ἀνακάλει θεούς] Simillimos huic locos composuit Valckenarius hos Euripidis ex Iphig. Taur. v. 780: Π. Ὦ θεοί. Ι. Τί τοὺς θεοὺς ἀνακαλεῖς ἐν τοῖς ἐμοῖς; et Sophoclis e Philocteta v. 735., ubi Philoctetae ingemiscenti ἰὼ θεοί reddit Neoptolemus: Τί τοὺς θεοὺς οὕτως ἀναστένων καλεῖς; Vide infra v. 616.

v. 612. ἀνόσιος· ἄδικος, ὡς οὐκ ἐμμείνας τοῖς ὅρκοις, οὓς ὤμοσας. SCHOLIASTA.

v. 613. καὶ κατακτενῶ γε πρός] De particulis καὶ — γὲ, quae adauctivam vim habent, vide quae disputavi ad Devarium Vol. II. p. 315 seqq.

v. 616. μητρὸς ὀνομάζειν κάρα] De hac circumscriptione aut potius amplificatione, qua dignitas alicuius personae augetur, cf. Matth. §. 430. p. 798. ed. II.

v. 617. εἶμι, μὴ πόνει] Scholiasta: Μὴ δεινοπάθει, μὴ κάμνε, μὴ θορυβοῦ τούτου χάριν· ἄπειμι γάρ. Dicitur hoc aliquanto fortius quam usitata formula ἀ-

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ἔξιμεν· πατέρα δέ μοι δὸς εἰσιδεῖν.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

οὐκ ἂν τύχοις.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ἀλλὰ παρθένους ἀδελφάς.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

οὐδὲ τάσδ᾽ ὄψει ποτέ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ὦ κασίγνηται.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

τί ταύτας ἀνακαλεῖς, ἔχθιστος ὤν;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

μῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

χαρτὰ γοῦν πάσχω, τέκνον.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

οὐκέτ᾽ εἰμὶ παῖς σός.

v. 618. ἔξιμεν] Sic de Musgravii coniectura recentiores omnes. Libri: ἔξειμι, contra metrum. — πατέρα δέ γε MS. C. C. C. Leid. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. — εἰσιδεῖν MS. C. C. C. Flor. A. Leidd. A. B. Guelph. Florr. praeter 33. omnes. Olim legebatur ἰδεῖν.

v. 620. ἀνακαλεῖς] ἀνακαλεῖς γ᾽ Aldus et edd. vett., tum Leidd. A. B. Ceteri libri γ᾽ omittunt, ut videtur, omnes. Servari posset, ut id esset: Quid has invocas, quum sis inimicissimus.

μέλει, quamquam, si veram vim et significationem spectamus, eadem utriusque vocis ratio est. — σὲ δ᾽ αἰνῶ· σὲ δέ, ὦ μῆτερ, ἀποδέχομαι, ὅτι ἐσπούδασας ἡμᾶς εἰς φιλίαν συναγαγεῖν. SCHOLIASTA.

v. 619. ἀλλὰ παρθένους ἀδελφάς] Quod G. Hermannus ait fortasse Euripidem scripsisse: ἀλλὰ παρθένους γ᾽ ἀδελφάς, si huc pertineret γ᾽ in Ald. et quibusdam codd. versu sequente post ἀνακαλεῖς positum, non assentior viro summo. Nam et posteriore loco post ἀνακαλεῖς, si in libris esset particula, locum habere posset et priore loco paulo fortius est simplex ἀλλά, de quo vide quae explicavi ad Devarium Vol. II. p. 14 seqq., quo loco tetigi etiam huius fab. v. 621., ubi ἀλλὰ σύ interposito enclitico pronomine μοί similiter dicitur, ut in Aristophanis Acharn. v. 1032 seq.: Σὺ δ᾽ ἀλλά μοι σταλαγμὸν εἰρήνης ἕνα Εἰς τὸν καλαμίσκον ἐνστάλαξον τουτονί. Nam iniuria Aldus et edd. vett. librorum auctoritatem ita reliquerunt, ut scriberent: ἀλλὰ σύ μοι χαῖρε, metro soluto.

v. 621. χαρτὰ γοῦν πάσχω, τέκνον] Quod Polynices dixerat: μῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε, Iocasta, acerbo tristitiae sensu per ironiam ludens in verbo, ex eadem voce χαῖρε deducto respon-

ΙΟΚΑΣΤΗ.

εἰς πόλλ' ἄθλια πέφυκ' ἐγώ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ὅδε γὰρ εἰς ἡμᾶς ὑβρίζει.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

καὶ γὰρ ἀνθυβρίζομαι.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ποῦ ποτε στήσει πρὸ πύργων;

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

ὡς τί μ' ἱστορεῖς τόδε;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ἀντιτάξομαι κτενῶν σε.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

κἀμὲ τοῦδ' ἔρως ἔχει.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ὦ τάλαιν' ἐγώ. τί δράσετ', ὦ τέκν';

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

αὐτὸ σημανεῖ.

v. 621. ἀλλά μοι σὺ χαῖρε] Sic Mosqu. D. Guelph. Florentini omnes et, ut videtur, reliqui libri. Olim e correctione edebant: ἀλλὰ σύ μοι χαῖρε; vide annot. exeg. ad v. 619.

v. 622. εἰς πόλλ' ἄθλια] Sic primus Barnesius edidit e MS. C. C. C. Confirmarunt Leidd. A. B. Guelph. Florentini sex, Mosqu. D., nisi quod Florentini et Mosqu. ἄθλια peccant. Haec adeo scriptio videtur etiam ansam praebuisse vulgatae olim lectioni: εἰς πολλά γ' ἄθλια, quam Flor. 2. 10. 33. Aug. d. Taurin. Havn. habent.

det: χαρτὰ γοῦν πάσχω, τέκνον. Sensit hoc recte iam Scholiasta: Ἐπεί, inquit, εἶπε χαῖρε, χαρᾶς, φησίν, ἄξια πάσχω, τέκνον. ὁ δὲ λόγος ἐν εἰρωνείᾳ μετὰ ἤθους. Cf. Sophoclis Electr. v. 1457 Br.: χαίροις ἄν, εἴ σοι χαρτὰ τυγχάνει τάδε. Aristaeneti I. Ep. XXII. p. 54: χαίροις, εἶπε, φιλτάτη· ἡ δέ· καὶ πόθεν ἂν ἐμοὶ γένοιτο χαίρειν; Basilii Ep. XLIV. princ.: χαίρειν οὐ λέγομεν, ὅτι οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσιν. Imitatus hunc ipsum Euripidis locum videtur Eustathius de Ism. et Ism. amor. VII. p. 270: Ὑσμινία, χαίροις· ἐγὼ δέ· ἀλλ' οὐ χαρτὰ πάσχω. Particula autem γοῦν partim effert vocem χαρτά, quia γὲ ad eam vocem potissimum se adiungit, partim coniungit haec atque deducit e superiore Polynicis oratione per vim οὖν particulae. Vide quae diximus ad Devarium Vol. II. p. 351 seqq.

v. 622. εἰς πόλλ' ἄθλια πέφυκ' ἐγώ] Cf. Orest. 529: Ἐγὼ δὲ τἄλλα μακάριος πέφυκ' ἀνήρ, Πλὴν εἰς θυγατέρας. Infra v. 1645: Ἀλλ' εἰς ἅπαντα δυστυχὴς ἔφυς, πάτερ. et Alexandr. fragm. III. p. 34. ed. Matth.: ὥστ' οὔτις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ' εὐδαιμονεῖ.

v. 624. ὡς τί μ' ἱστορεῖς τόδε;] De ὡς τί, quod dicitur eodem modo, quo ἵνα τί; conf. Vige-

ΙΟΚΑΣΤΗ.

πατρὸς οὐ φεύξεσθ' Ἐρινῦς;

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

ἐῤῥέτω πρόπας δόμος.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

ὡς τάχ' οὐκέθ' αἱματηρὸν τοὐμὸν ἀργήσει ξίφος.
τὴν δὲ θρέψασάν με γαῖαν καὶ θεοὺς μαρτύρομαι,
ὡς ἄτιμος, οἰκτρὰ πάσχων, ἐξελαύνομαι χθονός,
δοῦλος ὥς, ἀλλ' οὐχὶ ταὐτοῦ πατρὸς Οἰδίπου γεγώς.
κἄν τί σοι, πόλις, γένηται, μὴ 'μέ, τόνδε δ' αἰτιῶ·

v. 630. ὡς ἄτιμος] Sic primus Grotius edidit. Confirmarunt Flor. A. Leidd. A. B. Guelph. Florentini omnes. Olim legebatur ὡς ἄτιμα, quem hiatum Battierus, non cognita optimorum librorum auctoritate, ita sarcire voluit, ut scriberet: ὡς ἄτιμα κοἰκτρὰ πάσχων. ἄτιμα habent Havn. Taurin.

v. 631. πατρὸς Οἰδίπου] Sic pauci codd., Flor. 18. 21. 34. Vict. πρς̃, quod idem sibi vult, Guelph. Ex hoc compendio edd. vett. et multi sane libri, Flor. 2. 5. 6. 9. 33. Havn., male πρὸς scriptum habent. Mox pro γεγώς Flor. A. 10. Venet. a. μολών, Taurin. μολῶν. De forma γεγώς v. Matth. §. 228. Rost. p. 265. ed. VI.

v. 632. μὴ 'μέ, τόνδε δ' αἰτιῶ] Sic librorum K. Paris. A. Flor. 5. 21. 33. 34. scripturam μή με correxit Porsonus. Recte rem iam expedierat Schol. cod. Barocc. Καὶ ἐάν τι δέ σοι, inquit, συμβῇ

rum p. 559. ed. Herm. coll. p. 849. ed. III. Neque enim quidquam causae est, cur auctore Valckenario scribamus: εἰς τί μ' ἱστορεῖς τόδε; Agnovit librorum auctoritatem etiam I. Uptonus ad Arriani Epictet. II, 32. p. 313.

v. 626. αὐτὸ σημανεῖ] Id ipsum, quod fiet, indicabit. Aliquoties, quo res magis appareat, adiectum legitur τὸ ἔργον. Cf. Androm. 265: τὸ δ' ἔργον αὐτὸ σημανεῖ τάχα. cum annot. Pflugkiana p. 30. tum Bacch. Euripidis v. 974: τἄλλα δ' αὐτὸ σημανεῖ. Praeterea hoc annotandum est, hanc vocem e perpaucorum librorum indiciis a criticis tributam esse Polynici, contra v. seq. vocem ἐῤῥέτω πρόπας δόμος Eteocli, quod Polynicis mitiori ingenio hoc, Eteoclis atrocitati illud magis convenire videretur.

v. 633. οὐχ ἑκὼν γὰρ ἦλθον κτέ.] Hic versus, ut id, quod versu superiore dictum est, confirmetur, paene necessarius est, ut nullo modo obsequi queamus Valckenario, qui, nulla idonea causa motus, hunc quoque versum subditicium esse pronuntiavit, quamquam Batavo A. Matthiae assensus est.

v. 634. Φοῖβ' ἄναξ Ἀγυιεῦ] De Apolline Agyieo, cuius imago forma columnae acuminatae ante fores in via stabat, unde etiam nomen accepit, conferas veteres auctores apud Harpocrationem s. v. Ἀγυιᾶς p. 5. Maussac., Hesych. s. v., Suidam s. v., Schol. ad h. l., tum de Latinis Horatii Carm. IV, 6, 28. cum interpp. et Macrobium Saturn. I, 9., qui Nigidio auctore haec refert: Apud Graecos Apollo colitur, qui Θυραῖος vocatur, eiusque aras ante fores suas celebrant, ipsum exitus et introitus demonstrantes potentem. Idem Apol-

οὐχ ἑκὼν γὰρ ἦλθον, ἄκων δ' ἐξελαύνομαι χθονός.
καὶ σύ, Φοῖβ' ἄναξ Ἀγυιεῦ, καὶ μέλαθρα χαίρετε,
ἥλικές θ' οὑμοὶ θεῶν τε δεξίμηλ' ἀγάλματα.
οὐ γὰρ οἶδ', εἴ μοι προςειπεῖν αὖθις ἔσθ' ὑμᾶς ποτε·
ἐλπίδες δ' οὔπω καθεύδουσ', αἷς πέποιθα σὺν θεοῖς
τόνδ' ἀποκτείνας κρατήσειν τῆςδε Θηβαίας χθονός.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

ἔξιθ' ἐκ χώρας· ἀληθῶς δ' ὄνομα Πολυνείκην πατὴρ
ἔθετό σοι θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον.

κακὸν ὑπ' ἐμοῦ, ὦ πόλις, μὴ ἐμὲ αἰτιῶ, τόνδε δέ, ἤγουν Ἐτεοκλέα. Οὕτω χρὴ γράφειν τὸν στίχον καὶ οὕτω συντακτέον· οἱ δὲ τὸ ὁ μεγαθύνοντες καὶ τὸ δὲ ἀφαιροῦντες τὸ δεύτερον οὐκ ἴσασι τὸ μέτρον. Prope absunt Ald., edd. vett. Flor. 2. 6. 9. 10. 18. Aug. d. Havn.: *μή με τόνδ' αἰτιῶ.* At Leid. A.: *μή με τῶνδε δ' αἰτιῶ*, aliquot codd.: *μή με τῶνδ' αἰτιῶ.*

v. 635. *θ' οὑμοὶ*] Sic Ald. et rell., Mosqu. D. Guelph. Florr. Taurin. *θ' οἱ 'μοὶ* Flor. 10. 33.

v. 638. *Θηβαίας*] *Θηβαίων* deteriores fere libri.

v. 639. *ἔξιθ' ἐκ χώρας*] Sic Barnesius e MS. C. C. C. Habent Leid. A. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. *ἔξιθι χώρας* Flor. A. 2. 10. 33. Vict. Taurin. *ἔξιθι χθονός* Leid. A. e v. 617. *ἔξελθ' ἐκ χώρας* Ald. et rell.

lo apud illos et *Αἰγυιεύς* nuncupatur, quasi viis praepositus urbanis: illi enim vias, quae intra pomoeria sunt, *ἀγυιάς* appellant. — *καὶ μέλαθρα χαίρετε.* Retulit huc Valckenarius ex Accii Phoenissis quae ego supra posui ad v. 608.

v. 635. *δεξίμηλ' ἀγάλματα*] Cf. Androm. v. 129: *λεῖπε δεξίμηλον δόμον τᾶς ποντίου θεᾶς.* et ibid. v. 1139: *βωμοῦ κενώσας δεξίμηλον ἐσχάραν*, ad quem postremum locum respexit Hesychius: *Δεξίμηλοι θεοί· ἐπήκοοι καὶ ἱλαροί, ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι τὰ θυόμενα μῆλα, καὶ δεξίμηλοι ἐσχάραι.*

v. 639 seq. *ἀληθῶς δ' ὄνομα Πολυνείκην πατὴρ κτέ.*] De universo hoc loco utendorum nominum ad mores personarum describendos intelligenter, ut solet, disputavit Aristoteles Rhet. II, 23, 29.; permulta collegit et ad h. l. Valckenarius et ad Herodoti lib. VI. cap. 50. (Vol. IV. p. 21. ed. Lips.). Quod autem hanc ipsam nominis Polynicis abusionem Euripideam Quinctiliano potissimum auctore, qui in Inst. orat. V, 10, 31: Illud, inquit, apud Euripidem frigidum sane, quod nomen Polynicis ut argumentum morum frater incessit, insectati multi interpretes sunt, recte annotaverunt iam alii et Aeschylum in Sept. adv. Theb. quum v. 576 seq., tum v. 829 seq. et Sophoclem in Antig. v. 112 seq. similiter eo nomine abusos esse, ut qui Euripidem accuset, hos quoque accusare debeat; cf. infra v. 1498: *Ὦ Πολύνεικες, ἔφυς ἄρ' ἐπώνυμος κτέ.* — De genitivo ab adiectivo *ἐπώνυμος* suspenso conferas Matth. §. 375. annot. 3., tum Rost. §. 108, 1. ann. 2. p. 525. ed. VI.

v. 640. *θείᾳ προνοίᾳ*] Quod plus vidit, quam humana prudentia videre potuisse videretur, quasi

ΧΟΡΟΣ.

(στροφή.)

Κάδμος ἔμολε τάνδε γᾶν
Τύριος, ᾧ τετρασκελὴς
μόσχος ἀδάματον πέσημα
δίκε τελεσφόρον διδοῦσα

v. 643. *ἀδάματον*] Hoc restituerunt Bothius et Hermannus, auct. Elmsl. ad Soph. Oed. reg. v. 196. Reisig. ad Oed. Col. p. 385., tum Ellendt. Lex. Soph. Vol. I. p. 16. Libri et Scholiastae: *ἀδάμαστον*.

v. 645. *χρησμόν, οὗ κατῴκισε*] Sic aut *κατῴκισεν* libri plerique. Edd. vett. et pauci libri: *κατῴκησε*, usitato errore. A divina providentia hoc fecisse dicitur; hinc *θειάζειν* et similia ducta sunt.

v. 641 seqq. De re, quae hic tangitur a poeta, consulenda sunt quae Apollodorus tradidit Biblioth. lib. III. cap. 4. §. 1. et quae ad eum locum attulit Heynius. Praeclare etiam Ovidius in Metam. lib. III. ab initio hanc fabulam persecutus est, quem pueri evolvant.

v. 643. *ἀδάματον πέσημα*] Interpretum alii *ἀδάματον πέσημα* dici putaverunt propterea, quod ipsa bos fuisset iugi expers, in quam rem conferri potest Ovidius l. l. v. 11: Nullum passa iugum curvique immunis aratri. et v. 15 seq.: Videt ire iuvencam Nullum servitii signum cervice gerentem, alii autem vim verbi magis prementes *ἀδάματον πέσημα* id esse voluerunt, quod voluntate sua faceret iuvenca, ut *ἀδάματον* fere idem esset, quod *αὐτόματον* aut, ut Scholiasta interpretatur, *τὸ μὴ ὑπό τινος ἠναγκασμένον πτῶμα, ἀλλὰ αὐτοῤῥιφές*, in quorum sententiam ego quoque concedo. Nam ea omnino oraculi vis ac voluntas fuisse videtur, quemadmodum etiam Apollodorus l. l. rem descripsit: *χρῆσθαι δὲ καθοδηγῷ βοῒ καὶ πόλιν κτίζειν, ἔνθα ἂν αὐτὴ πέσῃ καμοῦσα*, idque sibi vult quae saepe memoratur a Graecis auctoribus hac in causa *βοὸς ὄκλασις*, de qua vide Valckenarium ad h. l.

v. 644. *δίκε*] *ἀδάματον πέσημα δικεῖν* dicitur, quod extrema haec vox denique nihil aliud est nisi *πεσεῖν*. Ad hanc autem vocem spectat quod statim adiicitur: *οὗ κατῴκισε*, i. e. eo loco, quo (postea) condidit urbem, ut Apollodorus l. l.: *ἡ δὲ διεξιοῦσα Βοιωτίαν ἐκλίθη, πόλις ἔνθα νῦν εἰσὶ Θῆβαι*. Hinc necesse non est ex uno Scholiastae indicio non gravi *κατοικίσαι* recipere idque contortula quadam constructione verborum sequentibus continuare.

v. 646. *πεδία μὲν τὸ θέσφατον κτὲ.*] His verbis orditur oraculi oratione superiori: *τελεσφόρον διδοῦσα χρησμόν*, indicati explicatio. Id recte iam intellexit Scholiasta, nisi quod falso *μέν* pro *δέ* positum pronuntiavit. *Μέν* enim, plane ut Latinorum quidem, quod singularem vocem *πεδία* premit, propria ac vera vi sua hoc loco positum est.

v. 647. *πυροφόρα δόμων ἔχρη-*

χρησμόν, οὗ κατῴκισεν
πεδία μὲν τὸ θέσφατον
πυροφόρα δόμων ἔχρησε,
καλλιπόταμος ὕδατος ἵνα τε
νοτὶς ἐπέρχεται γύας
Δίρκας χλοηφόρους

Scholiasta diversa scriptura κατοικίσαι commemoratur, quam Kingius, Valckenarius ac recentiores omnes receperunt, ut inferiori orationi continuarent. Vid. explic.

v. 649. γύας] Hoc restituit Valckenarius. γαίας Ald. et rell. γᾶς Leidd. A. B. Mosqu. D. Flor. 5. (6.) 9. 18. 21. 34. Aug. b. γυίας Flor. A. 10. 33. Guelph. quidem γᾶς, superscripto γυι.

σε] Hanc omnium librorum scripturam, etiam Scholiastarum auctoritate munitam, quamquam omnibus interpretibus Valckenarii docta sane ac venusta emendatio: χρῆσε πυροφόρ' Ἀόνων. valde arrisit, eo tamen veritus sum mutare, quod ne Valckenarii quidem correctio metro satisfacit, temerarium autem sit in causa prorsus incerta nimium ingenio suo confidere. Nam Valckenario, qui coniecturam suam multis locis confirmare studuit, quibus Cadmus in Aoniam terram venisse significatur, veluti Ovidii Fast. I, 490. Statii Theb. III, 180. 645. Nonni Dionys. IV. p. 132, 1. Apollon. Rhod. III, 1184. etc., ne hoc quidem assentiri possum, quod negavit vulgatam scripturam ullo modo intelligi posse. Etenim Scholiastae iam praeiverunt hanc non ineptam explicationem: Campos quidem triticum ferentes quasi aedium suarum aut condendae urbis locum oraculum significavit etc., qua in enuntiatione non poterit offendere genitivus δόμων. Nam quum πεδίον solum significet, in quo aliquid ponatur, non poterit quidquam difficultatis habere, quod Euripides dixit: Loca condendae urbis — id enim sibi volunt δόμοι — tritici fertilia oraculum praedixerat, quod denique nihil aliud est quam: Tritici fertilia loca quasi urbis futura significavit oraculum. Et metrum quidem, si hanc sententiam obtinere volumus, facile restitui potest, si scribas: πυροφόρα δόμων ἔχρη. Nolui tamen, quoniam pro ἔχρησεν etiam plane aliud verbum antiquitus locum habuisse videri potest, quidquam citius mutare. Ipsa oraculi verba, ut posteriore tempore ferebantur, vide apud Schol. ad h. l. et ad Aristophanis Ranas v. 1249., tum in Tzetzae Chil. VI. §. 28.

v. 648. καλλιπόταμος ὕδατος ἵνα τε] Constructio horum verborum haec est: ἵνα τε καλλιπόταμος ὕδατος νοτὶς κτέ. Nullo autem modo Valckenarii correctione, recepta a Porsono, ἵνα γε, egemus. Ex antiquo enim sermone ἵνα τε, ut ὅς τε, οἷός τε et alia id genus multa, mansit; cf. Iphig. Aul. v. 1470. Matth.: ἵνα τε δόρατα μέμονε κτέ. Matth. §. 626. extr. p. 1280. ed. II. G. Hermannum ad Soph. Oed. reg. v. 688.

καὶ βαθυσπόρους·
Βρόμιον ἔνθα τέκετο μάτηρ
* Διὸς γάμοισι * *,
κισσὸς ὃν περιστεφὴς
ἑλικτὸς εὐθὺς ἔτι βρέφος
χλοηφόροισιν ἔρνεσιν
κατασκίοισιν ὀλβίσας ἐνώτισεν,

v. 651. καὶ βαθυσπόρους] Ald. et codd. addunt γυίας, pro quo Flor. A. 10. χώρας, Aug. d. γύας, supra scripto χώρας. γύας deleverunt Grotius et Kingius quidem ex auctoritate cod. K. G. Hermannus nuper v. 645—651. ita constituit:

χρησμόν, οὗ κατοικίσαι
πυροφόρα νιν Ἀόνων
πεδί' ἔχρη τὸ θέσφατον,
καλλιπόταμος ὕδατος ἵνα τε
νοτὶς ἐπέρχεται ῥυτᾶς
Δίρκας χλοηφόρους βαθυσπόρους γύας,

quae pleraque, ut audaciora, non accipio. Vide explic.

v. 652. τέκετο] Sic libri prope omnes, τέκετο bis scriptum habet Flor. 10. τέτοκε Flor. 2. Vict. τέκε Ald. et rell. ἔνθα δὴ

v. 651. βαθυσπόρους· Ἃς Ὅμηρος ἐριβώλακας λέγει. ἔπαινος δέ ἐστι τῆς γῆς τὸ μὴ ξηρὰν αὐτὴν εἶναι, ἀλλὰ λιπαρὴν καὶ εἰς βάθος παρέχουσαν ῥιζοῦσθαι τὰ σπέρματα. SCHOLIASTA.

v. 652. ἔνθα τέκετο· Ἔνθα, φησίν, ἐν Θήβῃ τὸν Διόνυσον τῷ Διὶ ἡ Σεμέλη ἔτεκε. SCHOLIASTA.

v. 653. Διὸς γάμοισι] Pudenter Graeci concubitum γάμους dixere eumque morem imitati etiam Latini sunt, qui nuptias ipsi quoque eodem modo usurpabant. Vide Cic. ad Herennium lib. IV. cap. 34: Cuius mater quotidianis nuptiis delectabatur.

v. 644. κισσὸς ὃν περιστεφής· Ὅντινα Διόνυσον κισσὸς ἔξωθεν περιπλακεὶς ἔτι βρέφος ὄντα κατὰ τοῦ νώτου ἐκάλυψεν. Ἱστορεῖ γὰρ Μνασέας, ὅτι τῶν Καδμείων βασιλείων κεραυνωθέντων κισσὸς περὶ τοὺς κίονας φυεὶς ἐκάλυψεν αὐτόν, ὅπως μὴ αὐθήμερον καὶ ἐν μηδενὶ τὸ βρέφος διαφθαρῇ καλυφθέν. Διὸ καὶ περικιόνιος ὁ θεὸς ἐκλήθη παρὰ Θηβαίοις. SCHOLIASTA. De hoc cognomine attulit Valckenarius praeterea Hymnorum Orphicorum XLVI., qui inscribitur: Βάκχου Περικιονίου θυμίαμα, cum ipsa autem Mnaseae Patarensis de Baccho narratione similem de Osiride narrationem comparavit, quae est apud Plutarchum de Is. et Osir. c. 15. p. 38.

v. 657. ἐνώτισεν] Hanc vocem frustra suspectam habet Valckenarius. Hesychius, ut ipse fatetur, hinc sumpsit: Ἐνώτισε· τὰ νῶτα περιεσκέπασεν. Bene advocat Musgravius Herc. fur. 361: ξανθὸν κρᾶτ' ἐπινωτίσας Δεινῷ χάσματι θηρός. Simili sententia idem verbum posuit Aeschylus Agam. 296: ὑπερτελής τε, πόντον ὥςτε νωτίσαι, de lampade maris superficiem illuminante. De Sphingis ala νώτισμα θηρός dixit tragicus apud Plutarchum Stobaei XLII. p. 403, l. PORSONUS. Adde quem attulit Pflugkius ad Eur. Herc. fur. l. l. p. 51. ed.

Βάκχιον χόρευμα παρθένοισι Θηβαί-
αισι καὶ γυναιξὶν εὐΐοις.
(ἀντιστροφή.)
ἔνθα φόνιος ἦν δράκων
Ἄρεος, ὠμόφρων φύλαξ,
νάματ' ἔνυδρα καὶ ῥέεθρα
χλοερὰ δεργμάτων κόραισι

τέκεν ποθ' ἁ μάτηρ Διὸς γάμοις est Tricliniana correctio in cod. K. μάτηρ ut subditicium nuper omisit G. Hermannus.

v. 655. ἑλικτὸς] ἕλικος coni. G. Hermannus.

v. 656. Post ἔρνεσιν in Flor. 2. a sec. m. Vict. φύλλοις, in Taurin. φύλοιο legitur.

v. 658. Βάκχιον] Emendavit Valckenarius. Libri Βάκχειον. Deinde Hermannus Θηβαΐαις.

v. 659. εὐΐοις] Sic libri plerique et Scholiasta, εὐΐαις cum tribus codd. Porsonus. Recte G. Hermannus comparavit Eurip. Bacch. 238: τελετὰς προτείνων εὐΐους νεάνισιν.

v. 662. ἔνυδρα] Sic Aldus et Leid. B. Flor. 2. 10. 21. 33. Vict. Aug. d. Havn. Taurin. εὔυδρα Grotius, tum MS. C. C. C. Leid. A. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 34. Aug. b.

Goth. Longum Past. I, 9, p. 22. ed. Bip.: λύκου μεγάλου δέρμα λαβὼν — περιέτεινε τῷ σώματι ποδῆρες καταναωτισάμενος.

v. 558. Βάκχιον χόρευμα] Dubitaverunt veteres interpretes, utrum ad Bacchum hoc referrent, an ad hederam, quos fugit hanc appositionem ad totam enuntiationem ita adiungi, quod ea res, quae isto modo effecta esset, Βάκχιον χόρευμα esse videretur, i. e. res talis, de qua saltantes ac gestientes laetentur Thebanae virgines ac mulieres Bacchae. De ipso vocabulo χόρευμα recte haec tradidit Musgravius: χορεύειν quum significet choreis celebrare, cuius rei exemplum dat Iphig. in Aul. v. 1063, sequitur χόρευμα argumentum choreae significare posse.

v. 660 seq. ἔνθα φόνιος ἦν δράκων Ἄρεος] Iungenda esse verba δράκων Ἄρεος, non Ἄρεος φύλαξ, in qua opinione Scholiastas versari videmus, recte docuit Valckenarius, coll. C. Barthii annot. ad Statii Theb. X, 606. (612. ed. Web.), ubi quod dicitur Martius anguis explicat Scholiasta: filius Martis, quem occidit Cadmus, tum Ovid. Metam. III, 32: Ubi conditus antro Martius anguis erat, cristis praesignis et auro: Igne micant oculi. et Nonni Dion. IV. p. 132, 22: Ἄρεος αἰολόνωτος ὄφις μιτρώσατο πηγήν.

v. 662 seq. ῥέεθρα χλοερὰ] Ego Scholiastis assentior, qui ῥέεθρα χλοερά non de aquae colore ipso interpretati sunt, sed de viriditate herbarum, quae irrigarentur undis istius fontis.

v. 663 seq. δεργμάτων κόραισι πολυπλάνοις] Quod Blomfieldio Gloss. in Pers. 98. δεργμάτων κόραις dictum visum erat pro δέργμασι κορῶν, id recte improbavit A. Matthiae, sed quod ipse ait, genitivum esse pro adiectivo, coll. G. Hermann. ad Vigerum p. 890. ed. tert. et ad Soph. Electr. v. 19., id quid sibi velit hoc loco, non satis assequor. Est enim horum verborum simplicissima interpretandi ratio haec, ut, quum δέργμα significet visum,

πολυπλάνοις ἐπισκοπῶν·
ὃν ἐπὶ χέρνιβας μολὼν
Κάδμος ὄλεσε μαρμάρῳ,
κρᾶτα φόνιον ὀλεσίθηρος
ὠλένας δικὼν βολαῖς,
δίας ἀμάτορος
Παλλάδος φραδαῖς
γαπετεῖς δικὼν ὀδόντας
εἰς βαθυσπόρους γύας·

v. 666. ὄλεσε] Emendavit G. Hermannus. Libri: ὤλεσε.

v. 668. ὠλένας] Sic MSS. K. M. R. ὠλένης Flor. 2. Vict. lib. Put. Reliqui ὠλέναις.

v. 670. φραδαῖς] Sic Grotius et Kingius e cod. K. φραδαῖσι vel φραδαῖσιν edd. vett. ac reliqui libri.

v. 672. γύας] Sic Valckenarius. Libri γυίας.

v. 676. ξυνῆψε] Sic Aldus, tum plerique codd. et Schol., ξυνῆκε Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. b. Mox γᾷ φίλᾳ Grotius et Kingius e cod. K. Olim legebatur φίλᾳ γᾷ.

v. 677. εὐείλοισι] Sic coniecit Musgravius. Id videtur antiquitus falso etymologiae studio mutatum in εὐήλοισι, quod pe-

i. e. oculos, δεργμάτων κόραισι sit oculorum suorum pupillis multum circumerrantibus, ut Scholiasta recte interpretatus sit: ταῖς κόραις τῶν ὀφθαλμῶν. Pupillae enim maxime in eiusmodi circumiectione oculorum moveri videntur, non toti oculi. Nam quae comparavit A. Matthiae, στολὶς τρυφᾶς, μαστὸς γάλακτος, τραύματα αἵματος, ea alio quodam modo dicuntur.

v. 665 seq. ὃν ἐπὶ χέρνιβας μολὼν Κάδμος ὄλεσε μαρμάρῳ] Ἐπὶ χέρνιβας· ἐπὶ τὸ νίψασθαι τὰς χεῖρας· ἐβούλετο γὰρ τὴν βοῦν θῦσαι τοῖς θεοῖς, ὅτι σύμβολον αὐτὸ αὐτόθι γέγονε τοῦ κτίσαι τὴν πόλιν. Ὁ μὲν οὖν Ἑλλάνικος λίθῳ φησὶν ἀναιρεθῆναι τὸν δράκοντα, ὁ δὲ Φερεκύδης ξίφει. SCHOL. De permutatis in his auctorum nominibus cf. Heyn. ad Apollod. III, 4, 1.

v. 667 seq. κρᾶτα φόνιον ὀλεσίθηρος ὠλένας δικὼν βολαῖς] Quod Valckenarius, auctore etiam Scholiasta, pronuntiaverat ὃν et κρᾶτα φόνιον ita coniungenda videri, ut et totum et pars dicerentur, id recte reprobavit A. Matthiae docuitque hanc verborum esse constructionem: ὃν Κάδμος ὄλεσε, δικὼν κρᾶτα φόνιον ὠλένας βολαῖς, in cuius sententiam recentiores critici, quantum id ex interpunctione intelligi potest, concesserunt omnes. — Praeterea ὀλεσίθηρος, quod incerti haerent Scholiastae, utrum pro nominativo habeant an pro genitivo, genitivum habeo eumque ad ὠλένας referendum existimo.

v. 669 seq. δίας ἀμάτορος Παλλάδος φραδαῖς] Recte haec a superiore oratione separavit et ad inferiorem assumpsit Valckenarius. Neque enim Minerva tam occidendi draconis, quam serendorum dentium occisi draconis auctor fuerat. Vide Apollod. III, 4, 1: Ἀγανακτήσας δὲ Κάδμος κτείνει τὸν δράκοντα καὶ τῆς Ἀθηνᾶς ὑποθεμένης τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ σπείρει, coll.

ἔνθεν ἐξανῆκε γᾶ
πάνοπλον ὄψιν ὑπὲρ ἄκρων
ὅρων χθονός· σιδαρόφρων
δέ νιν φόνος πάλιν ξυνῆψε γᾷ φίλᾳ.
αἵματος δ' ἔδευσε γαῖαν, ἅ νιν εὐεί-
λοισι δεῖξεν αἰθέρος πνοαῖς.

(ἐπῳδός.)

καὶ σὲ τὸν προμάτορος
Ἰοῦς ποτ' ἔκγονον

perit εὐηλίοισι, id quod habent libri prope omnes, in his Mosqu. D. Guelph. Florr. cuncti, Vict. Aug. d. Taurin. εὐηλίῃσι eum edd. vett. cod. Havn. εὐηλίοις Grotius et Kingius e cod. K. εὐηλίοισι sic defendi posse putavit A. Matthiae Gr. Gr. ampl. §. 56. p. 128. ed. II., ut synizesis fieret in syllaba penultima.

v. 679. Hunc epodum G. Hermannus ad stropham et antistropham redigere conatus est quum olim in Element. doctr. metr. p. 781., tum nuper in editione sua. Quum librorum discrepantia in eo carmine magna non sit, annotabo tantummodo diversitatem editionis Hermannianae.

v. 680 seq. G. Hermannus: γένεθλον Ἔπαφον ὦ Διός, Ἰοῦς ἔκγονον.

Schol. ad Hom. Iliad. II. v. 449., tum Hygin. fab. CLXXV: Cadmus — dentes eius, Minerva monstrante, sparsit et aravit, et copiosiorem Ovidii narrationem, Metam. III, 101 seqq. — De dativo φραδαῖς vide Matth. §. 399. ann. 2. Rost. §. 106. p. 518. ed. VI.

v. 671. γαπετεῖς δικὼν ὀδόντας] I. e. ita iaciens dentes, ut in terram caderent. Neque enim γαπετεῖς per merum pleonasmum dicitur.

v. 673. ἔνθεν ἐξανῆκε γᾶ κτὲ.] Seneca Herc. fur. v. 260 seqq.: Ferax deorum terra — E cuius arvis eque fecundo sinu Stricto iuventus orta cum ferro stetit. Scholiasta autem: Ἐκ τῶν ὀδόντων ἐξεκύησεν ἡ γῆ ὁπλοφόρους ἄνδρας. εἰσὶ δὲ οὗτοι ἐξ αὐτῶν ὑπολειφθέντες· Πέλωρ, Ἐχίων, Οὐδαῖος, Χθόνιος, Ὑπερήνωρ, κατὰ Τιμαγόραν καὶ Κρέων, de quibus nominibus cf. Apoll. III, 4, 1. cum annot. Heynii.

v. 674 seq. ὑπὲρ ἄκρων ὅρων χθόνος· ἀντὶ τοῦ ἐπάνω τῆς ἐπιφανείας τῆς γῆς. SCHOLIASTA.

v. 675 seq. σιδαρόφρων δέ νιν φόνος] Σιδαρόφρων dicitur caedes maxime ob eam causam, quod quum ipsa caedes atrox est ac ferrea, tum hoc loco ea occisio significatur, quam inter se ipsi illi e Terra geniti fecerunt. Cf. Apollod. l. l. et de Iasonis quidem Spartis Senecam Med. 470: Terrigena miles mutua caede occidit. Recte enim Valckenarius annotavit esse hunc eundem lusum, nomine tantummodo mutato.

v. 677 seqq. αἵματος δ' ἔδευσε γαῖαν, ἅ νιν εὐείλοισι κτὲ.] Aliquem orationi suae colorem inde fortasse Ovidius assumpsit in Metam. III, 125: Sanguineam trepido plangebant pectore matrem. et paulo ante v. 121: Et exspirat modo quas acceperat auras.

v. 679 seq. καὶ σὲ τὸν προμάτορος Ἰοῦς ποτ' ἔκγ. κτὲ.] De appositione ibi posita, ubi poni

Ἔπαφον, ὦ Διὸς γένεθλον,
ἐκάλεσ' ἐκάλεσα βαρβάρῳ βοᾷ,
ἰώ, βαρβάροις λιταῖς,
βᾶθι βᾶθι τάνδε γᾶν·
σοί νιν ἔκγονοι κτίσαν·
διώνυμοι θεαί,
Περσέφασσα καὶ φίλα
Δαμάτηρ θεά,
πάντων ἄνασσα, πάντων δὲ Γᾶ τροφὸς.

v. 682. ἐκάλεσα βαρβάρῳ] ἐκάλεσ' ἰὼ βαρβάρῳ G. Hermannus.

v. 683. βαρβάροις λιταῖς] Sic libri, nisi quod Flor. 33. βαρβάροισι. G. Hermannus: βαρβάροισί τ' ἐν λιταῖς.

v. 685. σοί νιν ἔκγονοι κτίσαν] Sic libri. A Scholiasta antiqua scriptura σῷ νιν ἐκγόνῳ κτίσαν commemoratur, quam ipse ex antiqua scriptione: σΟι — ἐκγονΟι, ortam putavit. Recte nemo eam lectionem recepit, quam attuli, ut cognosceretur has scripturae discrepantias, quas habent Scholiastae, partim ex erroribus enatas, interdum subtilibus adeo coniecturis quaesitas fuisse

poterat vocativus, cf. Matth. §. 312, 5. p. 616. ed. II.

v. 681. Ἔπαφον] De Epapho, Iovis filio et Ius, conf. Heynii tab. geneal. X. ad Apollod. et quae supra annotavimus ad v. 245. Invocatur autem, quia ex eius posteris Cadmus Thebas condiderat, quod significatur versu 685., quem recte interpretes quasi parentheticam explicationem esse voluerunt.

v. 685. σοί νιν ἔκγονοι κτίσαν] Quamquam unus Cadmus proprie intelligendus erat, tamen poeta posteros dixit, more dicendi et Graecis et Latinis usitatissimo. Sic liberos dixerunt Latini unum filium aut unam filiam et quae sunt alia eiusmodi. Nihil igitur causae erat, quamobrem ab antiquo grammatico proponeretur: σῷ νιν ἐκγόνῳ κτίσαν. V. annot. crit.

v. 686. διώνυμοι θεαί] Non satis caute dixit G. Hermannus: „Διώνυμοι nihil aliud quam duae sunt, ut δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι." Etenim διώνυμοι θεαί ita ambae illae deae dicuntur, quod una duplici nomine ambae nominari solent, eodemque modo etiam δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι in Soph. Aiace v. 252. et δικρατεῖς λόγχαι in eiusdem Antigona v. 146. dicuntur, quam vocem recte explicaverunt Rostius et Palmius in Lex. s. v. δικρατής.

v. 687 seq. Περσέφασσα καὶ φίλα Δαμάτηρ] Τὴν οὖν Περσεφόνην πάντων ἄνασσαν [διὰ τὸ πάντας ἀνθρώπους εἰς Ἅιδου φοιτᾶν] καλεῖ, τὴν δὲ Δήμητραν πάντων τροφόν. SCHOL. Barocc. 4. Guelph. m. 2.

v. 689. πάντων δὲ Γᾶ τροφός] Cf. Bacch. v. 275 seq.: Δημήτηρ θεά· Γῆ δ' ἐστίν, ὄνομα δ' ὁπότερον βούλει κάλει. Αὕτη μὲν ἐν ξηροῖσιν ἐκτρέφει βροτούς.

v. 690. ἐκτήσαντο] Sic libri plerique, ἐκτίσαντο edd. vett. Flor. 10. 33. Scholiastae inter ἐκτήσαντο et ἐκτίσαντο incerti haerent. Ἐκτήσαντο si verum est,

ἐκτήσαντο· πέμπε πυρφόρους
θεὰς ἀμῦναι τᾶδε γᾷ·
πάντα δ' εὐπετῆ θεοῖς.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

χώρει σὺ καὶ κόμιζε τὸν Μενοικέως
Κρέοντ', ἀδελφὸν μητρὸς Ἰοκάστης ἐμῆς,
λέγων τάδ', ὡς οἰκεῖα καὶ κοινὰ χθονὸς
θέλω πρὸς αὐτὸν συμβαλεῖν βουλεύματα,
πρὶν εἰς μάχην τε καὶ δορὸς τάξιν μολεῖν.

ac saepe omni librorum auctoritate caruisse. Vide quae annotavi ad v. 50.

v. 689. πάντων — πάντων] Sic libri omnes. Olim legebatur ἁπάντων — ἁπάντων.

v. 690. πυρφόρους] Sic Aldus et rell., tum Mosqu. D. Havn. Flor. 10. 18. 33. πυροφόρους MS. C. C. C. Barocc. 1. Guelph. Leid. A. Flor. 2. 5. 6. 9. 21. 34. Vict. πυρηφόρους Leid. B.

v. 691. ἀμῦναι] Sic libri, nisi quod ap. Schol. commemoratur divers. script. ἀμύνεται. G. Hermannus: ἄμυνε.

v. 692. ⁻θεοῖς] θεοῖσι Flor. 33. Aug. d. θεοῖσιν Flor. 2. 10.

sane exspectes ἂν pro ἃ, nisi malis ἐκτήσαντο pro κτῆσιν ἔσχον, auctore etiam Scholiasta, intransitive dictum interpretari, quasi nostra lingua dicas: wo die Göttinnen Besitz genommen haben, pro eo, quod dici poterat: was die Göttinnen in Besitz genommen haben.

v. 690 seq. πέμπε πυρφόρους θεάς] Epaphus rogatur, ut mittat Proserpinam et Cererem, partim quod eae ipsae deae Thebarum tutelares sunt, partim quod Io et Ceres pro uno numine habebantur, ut sane Epapho non difficile fuerit a matre hoc impetrare. Vide Diod. Sic. Vol. I. p. 18. ed. Wessel. Clem. Alexandr. Strom. lib. I. cap. 21. §. 106. Vol. II. p. 75. ed. nostr., p. 139. B. ed. Sylb. De πυρφόροις Scholiasta: Πυρφόρους δὲ εἶπε Δήμητραν καὶ Κόρην, ἐπειδὴ δᾳδουχίαι αὐταῖς γίνονται, τοῦ φωτὸς ἐμφαίνοντος τὴν ἐκ καρπῶν τοῖς ἀνθρώποις ζωήν.

v. 693. χώρει σύ· Δεῖ νοεῖν, ὅτι τοῦ χοροῦ ᾄδοντος ἔσω ἦν ὁ Ἐτεοκλῆς. νῦν δὲ ἔξεισιν οἰκέτης, ἐπιταχθεὶς καλέσαι Κρέοντα. SCHOL. De ipsa formula cf. Med. v. 820: ἀλλ' εἶα χώρει καὶ κόμιζ' Ἰάσονα.

v. 695. ὡς οἰκεῖα καὶ κοινὰ χθονός] Mire argutatur Scholiasta, dicens οἰκεῖα duplici modo intelligi posse, et quae ad ipsum Eteoclem pertineant et quae invenerit ipse. Nam quod sequitur καὶ κοινὰ χθονός satis demonstrat οἰκεῖα βουλεύματα, quod plane idem vult quod Latinorum domestica consilia, ita dici, quod Eteocles, priusquam ineat pugnam, et de privatis ipsius suique generis rebus et de publicis conferre vult consilia cum Creonte.

v. 697. πρὶν εἰς μάχην τε καὶ δορὸς τάξιν μολεῖν] Cf. Suppl. v. 677: παραιβάτας ἔστησαν εἰς τάξιν δορός.

καίτοι ποδῶν σῶν μόχθον ἐκλύει παρών·
ὁρῶ γὰρ αὐτὸν πρὸς δόμους στείχοντ' ἐμούς.

ΚΡΕΩΝ.

ἦ πόλλ' ἐπῆλθον εἰςιδεῖν χρῄζων σ', ἄναξ
Ἐτεόκλεες, πέριξ δὲ Καδμείων πύλας
φύλακάς τ' ἐπῆλθον σὸν δέμας θηρώμενος.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

καὶ μὴν ἐγώ σ' ἔχρῃζον εἰςιδεῖν, Κρέον·
πολλῷ γὰρ εὗρον ἐνδεεῖς διαλλαγάς,
ὡς εἰς λόγους συνῆψα Πολυνείκει μολών.

ΚΡΕΩΝ.

ἤκουσα μεῖζον αὐτὸν ἢ Θήβας φρονεῖν,

v. 705. *Πολυνείκει*] *Πολυνείκη* Kingius e cod. K., tum Leid. A. Mosqu. D. Flor. 5. Havn. *Πολυνείκη* Flor. 10. 34.

v. 707. *πεποιθότα*] Sic scribendum coniecit Barnesius, cuius suspicionem confirmarunt MS. C. C. C., Bodl. omnes, Leid. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. cuncti, Vict. Aug. b. *πεποιθότες*

v. 698. *ποδῶν σῶν μόχθον ἐκλύει παρών*] Non satis acute Scholiasta: *Ἀντιστρόφως*, inquit, *λέγεται ἀντὶ τοῦ ἐλευθεροῖ τοὺς σοὺς πόδας τοῦ μόχθου. οἱ πόδες γὰρ ἐδέοντο τῆς ἐλευθερίας καὶ ἐπὶ τούτων ἁρμόζει ἡ ἐλευθερία καὶ οὐκ ἐπὶ τοῦ μόχθου.* Nam ut dici potuit isto modo, quemadmodum in Electra v. 1352 seq. dicitur: *τούτους χαλεπῶν ἐκλύοντες μόχθων σώζομεν*, tamen alio quodam modo illud dicitur, ut sit: solvendo tollit pedum tuorum laborem.

v. 700. *ἦ πόλλ' ἐπῆλθον*] Quod offensi sunt multi critici hoc loco in repetito verbo *ἐπῆλθον* aliusque aliam coniecturam proposuerunt, recte defendit Abreschius in Auct. dil. Thuc. p. 383. librorum auctoritatem. Neque enim invenusta haec oratio est, sed elegans satis, quod alio quodam modo dicitur primum: *ἦ πόλλ' ἐπῆλθον*, alio autem rursus et proprie magis postea: *πέριξ δὲ — πύλας φύλακάς τ' ἐπῆλθον*, ut eiusdem verbi repetitione lusisse poeta videatur.

v. 704. *πολλῷ γὰρ εὗρον ἐνδεεῖς διαλλαγάς*] Non satis recte dativum *πολλῷ* expedivisse videtur A. Matthiae ad h. l., quod dixit propter vim comparativi, quae inesset in v. *ἐνδεής*, positum videri et hoc et in Heraclidis v. 170: *καὶ τοῦτο πολλῷ τοῦ παρόντος ἐνδεές*, dativum *πολλῷ*. Multo rectius Scholiasta: *πολλῷ μέτρῳ, ἤγουν κατὰ πολὺ μέτρον ἐλλιπεῖς.* Significatur enim, quare aut quomodo *ἐνδεεῖς διαλλαγαὶ* sint, neque ille dativus etiam cum ipso comparativo aliam vim habet. Sententia autem ipsa explicatu facilis est: Multum enim intellexi deesse reconciliationibus istis, postquam cum Polynice in sermonem congressus sum.

v. 705. *ὡς εἰς λόγους συνῆψα Πολυνείκει*] Id dicitur perparvo sententiae discrimine etiam addito pronomine reflexivo *συνάπτειν ἑαυτὸν εἰς λόγους*, veluti

κήδει τ' Ἀδράστου καὶ στρατῷ πεποιθότα.
ἀλλ' εἰς θεοὺς χρὴ ταῦτ' ἀναρτήσαντ' ἔχειν·
ἃ δ' ἐμποδὼν μάλιστα, ταῦθ' ἥκω φράσων.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

τὰ ποῖα ταῦτα; τὸν λόγον γὰρ ἀγνοῶ.

ΚΡΕΩΝ.

ἥκει τις αἰχμάλωτος Ἀργείων πάρα.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

λέγει δὲ δή τί τῶν ἐκεῖ νεώτερον;

ΚΡΕΩΝ.

μέλλειν πέριξ πύργοισι Καδμείων πόλιν
ὅπλοις ἑλίξειν αὐτίκ' Ἀργείων στρατόν.

Flor. A. πεποιθέναι Aldus et rell.

v. 709. φράσων] φράσαι Flor. 33.

v. 712. λέγει δὲ δή τί] Sic recte nuper consentientibus etiam optimis libris editum est. Olim legebatur: λέγει δὲ δή τι.

in Aristoph. Lysistr. v. 468: τί τοῖσδε σαυτὸν εἰς λόγον τοῖς θηρίοις συνάπτεις;

v. 706. μεῖζον] MS. C.C.C. habet μείζον'. Singularis numerus in his locis usitatior est, quamquam pluralis exemplo non caret, uti Heracl. 933: μείζω τῆς τύχης φρονῶν. Nam cetera, quae attulit Valckenarius, Suppl. 844. et fragm. ap. Strabon. VIII. p. 563. B., aliena ab hoc loco sunt.

v. 707. πεποιθότα] Qui olim πεποιθέναι pro πεποιθότα scripserunt, non minus in errore versati sunt quam nuper Valckenarius, qui, recepta librorum auctoritate, tamen participium pro infinitivo positum esse statuit. Participium enim non per τὲ particulam adiungitur superiori orationi, sed τὲ et καὶ inter se respondent, ut participium caussam τοῦ μεῖζον φρονεῖν continere in se videatur.

v. 708. ἀναρτήσαντ' ἔχειν] Ad sententiam hoc respondet Latino: suspensa a dis habere. Sic illud, quod in Antigona Sophocles dixit v. 32: κηρύξαντ' ἔχειν, plane respondet ei, quod M. Tullius aliquoties dixit: promulgatum habére. Vide Matth. §. 559. b.

v. 710. τὰ ποῖα ταῦτα;] Cf. Matth. §. 265, 4. p. 547 seq. ed. II. Rost. §. 98, 3. A. a. p. 438. Similis versus Sophoclis est in Trachiniis v. 78: τὰ ποῖα, μῆτερ; τὸν λόγον γὰρ ἀγνοῶ. In eiusmodi enim rebus paene necessario verbis consentire debebant scriptores.

v. 711. ἥκει τις αἰχμάλωτος: ἡμέτερος παρ' Ἀργείων αἰχμαλωτισθεὶς καὶ πρὸς ἡμᾶς αὖθις ἐπανιών. SCHOL.

v. 713. μέλλειν πέριξ πύργοισι κτἑ.] Non recte neque illi fecerunt, qui, quum non intellexissent dativum πύργοισι, pro eo πυκνοῖσι scribendum putaverunt, ut id referretur ad ὅπλοις, neque satis caute nuper G. Hermannus πέριξ cum dativo construi affirmavit. Recte viderunt iam veteres interpretes πέριξ adverbialiter dici, per dativum autem

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.
ἐξοιστέον τἄρ' ὅπλα Καδμείων πόλει.
ΚΡΕΩΝ.
ποῖ; μῶν νεάζων οὐχ ὁρᾷς ἃ χρή σ' ὁρᾶν;
ΕΤΕΟΚΛΗΣ.
ἐκτὸς τάφρων τῶνδ', ὡς μαχουμένους τάχα.
ΚΡΕΩΝ.
σμικρὸν τὸ πλῆθος τῆσδε γῆς, οἱ δ' ἄφθονοι.
ΕΤΕΟΚΛΗΣ.
ἐγῷδα κείνους τοῖς λόγοις ὄντας θρασεῖς.
ΚΡΕΩΝ.
ἔχει τιν' ὄγκον Ἄργος Ἑλλήνων πάρα.
ΕΤΕΟΚΛΗΣ.
θάρσει· τάχ' αὐτῶν πεδίον ἐμπλήσω φόνου.
ΚΡΕΩΝ.
θέλοιμ' ἄν· ἀλλὰ τοῦθ' ὁρῶ πολλοῦ πόνου.

v. 715. τἄρ'] Sic recte nunc omnes ediderunt. Libri τ' ἄρ', quod Grotius, Valckenarius, Porsonus in γ' ἄρ' falso mutarunt.

v. 723. εἴσω] ἔσω Flor. 10. Vict.

v. 727. εἰ νυκτὸς αὐτοῖς προςβάλοιμεν] Sic Aldus et rell., tum Flor. A. (2. προςβάλλοιμεν) 10. 33. Taurin. Havn. Aug. d., sed πύργοισι locum designari, ubi potissimum urbem obsiderent hostes, quod recte κατὰ τοὺς πύργους interpretati sunt: id si quis auctore Hermanno ita dicat factum esse, quod πέριξ dativum adscisceret, non ego impedio, quamquam, si initium formulae spectamus, illud verius est. Nam prorsus repudianda istorum ratio est, qui πύργους turres intellexerunt, quibus admotis oppugnarent Argivi urbem. Recte enim iam Valckenarius annotavit vix Euripidis tempore, nedum heroum aetate, hunc oppugnandi modum Graecis cognitum fuisse.

v. 717. ὡς μαχουμένους τάχα] Haec verba varie intellecta sunt ab interpretibus. Ac veteres quidem interpretes participium μαχουμένους, quod agnoscunt libri fere omnes, in his Mosqu. D. Guelph. Florentini cuncti, κατὰ τὸ σημαινόμενον ad ὅπλα, quod esset ἄνδρας ὡπλισμένους, referri voluerunt, alii autem fere μαχουμένοις scribendum putarunt, ut id ad voc. πόλει eodem modo referretur, unde in lib. Harl. μαχομένοις venit, id quod auctore Porsono, si μαχουμένοις scriberetur, non male legi G. Hermannus ait. Denique A. Matthiae et ad h. l. et in Gr. Gr. ampl. §. 632, 6. p. 1303. ed. II. sic μαχουμένους dictum esse voluit, quod dici posset et τοῦτο ἐμοὶ ποιητέον et τοῦτο ἐμὲ ποιητέον, coll. §. 447, 4. Falluntur viri doctissimi. Nam multo simplicissima haec ratio est, ut in verbis his accusativum absolutum agnoscamus, e cogitatione eius, qui loquitur, suspensum, de quo praeter Ph. Buttm. §. 145, 6. ann. 5. conferas Rost. §. 131, 4.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.
ὡς οὐ καθέξω τειχέων εἴσω στρατόν.
ΚΡΕΩΝ.
καὶ μὴν τὸ νικᾶν ἐστὶ πᾶν εὐβουλία.
ΕΤΕΟΚΛΗΣ.
βούλει τράπωμαι δῆθ' ὁδοὺς ἄλλας τινάς;
ΚΡΕΩΝ.
πάσας γε, πρὶν κίνδυνον εἰς ἅπαξ μολεῖν.
ΕΤΕΟΚΛΗΣ.
εἰ νυκτὸς αὐτοῖς προςβάλοιμεν ἐκ λόχου;
ΚΡΕΩΝ.
εἴπερ σφαλεὶς γε δεῦρο σωθήσει πάλιν.
ΕΤΕΟΚΛΗΣ.
ἴσον φέρει νύξ, τοῖς δὲ τολμῶσιν πλέον.
ΚΡΕΩΝ.
ἐνδυςτυχῆσαι δεινὸν εὐφρόνης κνέφας.

προςβάλοιμ' ἂν codd. plerique, MS. C. C. C. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. b., quae scriptura eorum studio invecta videtur, qui propter seq. vers. numerum singularem requirerent.

v. 728. εἴπερ σφαλείς γε] Sic recte Flor. 2. 10. et edd. recentt., olim et in rell. codd. εἴπερ σφαλεῖς γε.

p. 713 seq. ed. VI.

v. 720. Scripturam τἄργος, quam nuper etiam G. Hermannus recepit, credo ego ortam esse e scholiis iis, in quibus verba Ἄργος παρ' Ἑλλήνων ita dicta esse significantur, quasi Ἄργος τὸ Ἑλληνικόν intelligenda sint. Habent articulum perpauci libri, Cant. I. M. Paris. A.

v. 721. τάχ' αὐτῶν πεδίον ἐμπλήσω φόνου] Cf. Herc. fur. 571 seq. Pflugk.: τοὺς δὲ πτερωτοῖς διαφορῶν τοξεύμασι νεκρῶν ἅπαντ' Ἰσμηνὸν ἐμπλήσω φόνου.

v. 722. ἀλλὰ τοῦθ' ὁρῶ πολλοῦ πόνου] Hoc etiam Latine dicas: Verum hoc video multi laboris, qua in voce iure A. Matth. Gr. Gr. ampl. §. 316. dixit errasse Valckenarium, quod δεόμενον suppleri posse putarit.

v. 724. τὸ νικᾶν ἐστὶ πᾶν εὐβουλία] Recte Heathius haec verba interpretatus est: Modo vincas, quacunque ratione viceris, prudenter feceris. In eam sententiam comparavit Porsonus vetus dictum ap. Plut. περὶ τύχης et ap. Eumath. VIII. p. 317. ed. Gaulmin.: τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία.

v. 729. ἴσον φέρει νύξ, τοῖς δὲ τολμῶσιν πλέον] Est quidam lusus verborum, quasi Latine alio quodam modo dicas: Aequa est omnibus nox, sed audentibus magis. Quemadmodum hoc versu Polybius usus sit ad Demetrium Roma fugitivum, ipse narrat lib. XXXI. cap. 21.

v. 730. ἐνδυςτυχῆσαι δεινὸν εὐφρόνης κνέφας] Neque hic, neque in Bacch. v. 508., ubi legitur: ἐνδυςτυχῆσαι τοὔνομ' ἐπιτήδειος

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

ἀλλ' ἀμφὶ δεῖπνον οὖσι προςβάλω δόρυ;

ΚΡΕΩΝ.

ἔκπληξις ἂν γένοιτο· νικῆσαι δὲ δεῖ.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

βαθύς γέ τοι Διρκαῖος ἀναχωρεῖν πόρος.

ΚΡΕΩΝ.

ἅπαν κάκιον τοῦ φυλάσσεσθαι καλῶς.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

τί δ', εἰ καθιππεύσαιμεν Ἀργείων στρατόν;

ΚΡΕΩΝ.

κἀκεῖ πέφρακται λαὸς ἅρμασιν πέριξ.

v. 731. προςβάλω] Sic Kingius, Leid. A. Paris. A. Mosqu. D. edd. vett. et Flor. 33. προςβαλῶ Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. b. d. προςβάλλω Flor. A. 2. 10.

v. 733. γέ τοι] Sic libri tantum non omnes; olim δέ τοι legebatur.

v. 735. εἰ καθιππεύσαιμεν Ἀργείων στρατόν] Sic MS. C. C. C. εἰ, ἐνδυστυχῆσαι idem significat, quod simplex δυστυχῆσαι, id quod narrat Schol. ad Aristoph. Vesp. v. 1115. Nam ut huius loci sententia est: Periculi plenae sunt noctis tenebrae, si in his calamitatem contrahas, sic in Bacchis dicitur: Idoneum nomen habes, ut in eo (vel eo praeditus) calamitatem contrahas.

v. 732. ἔκπληξις ἂν γένοιτο] Εἰ δειπνοῦσιν αὐτοῖς ἐπέλθοιμεν, ἔκπληξις ἂν καὶ ταραχὴ γένοιτο· οὐ μέντοι νίκην ἐπιφέρει τὸ τοιοῦτον πρᾶγμα· δεῖ δὲ νικᾶν. SCHOL. TAURIN.

v. 733. βαθύς γέ τοι Διρκαῖος ἀναχωρεῖν πόρος] Vult Eteocles consilium suum eo probabilius reddere, quod dicit tamen, si ipse adoriatur hostes, his impedimento fore Dircaeum fluvium difficilem traiectu, si vellent se recipere. Traiecerant enim eum fontem; vide v. 131. De γέ τοι particulis vide quae annotavi ad Devarium Vol. II. p. 346 seq. Multo enim aptiores illae sunt h. l. quam quae olim legebantur δέ τοι particulae. Repudiat tamen etiam sic Creon eius consilium.

v. 735. εἰ καθιππεύσαιμεν Ἀργείων στρατόν] Non satis caute egit G. Hermannus, quod hanc optimorum ac plurimorum librorum auctoritatem posthabuit. Nam quod ipse ait καθιππεύειν cum accusativo esse perequitare, hinc sibi e correctione libri Venet. b. Ἀργείου στρατοῦ rescribendum videri, commemoro καθιππεύειν vel καθιππάζεσθαι esse fere idem, quod nos dicamus niederreiten, idque recte accusativo casui iungi, si quid equitando conficere studeas, quod cadit in hunc locum. Contra καθιππεύειν Ἀργείου στρατοῦ esset: adequitare ad Argivum exercitum, quod minus fortiter diceretur.

v. 739. τίς οὖν πρόνοια γίγνεται σοφωτέρα;] Quod Scholiasta h. l. γίγνεται, ut v. 93. φαντάζεται, pro coniunctivo habuit, ε̄ epicorum poetarum more pro η̄ posito, fabula est. Indicativus enim modus utroque loco aptis-

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

τί δῆτα δράσω; πολεμίοισι δῶ πόλιν;

ΚΡΕΩΝ.

μὴ δῆτα· βουλεύου δ', ἐπείπερ εἶ σοφός.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

τίς οὖν πρόνοια γίγνεται σοφωτέρα;

ΚΡΕΩΝ.

ἕπτ' ἄνδρας αὐτοῖς φασίν, ὡς ἤκουσ' ἐγώ,

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

τί προςτετάχθαι δρᾶν; τὸ γὰρ σθένος βραχύ.

ΚΡΕΩΝ.

λόχων ἀνάσσειν, ἑπτὰ προςκεῖσθαι πύλαις.

Flor. A. Leidd. A. B. Paris. A. Mosqu. D. Flor. 2. 10. 33. Guelph. Vict. στρατῶν edd. vett. et aliquot libri.

v. 737. πολεμίοισι δῶ πόλιν;] Sic Harl. Mosqu. D. Flor. 2. 33. Vict. Taurin. et Flor. 5. in marg. πολεμίοις δώσω Guelph. Flor. septem, πολεμίοισι δώσω edd. et perpauci libri.

simus est, et hic quidem Eteocles non de eo, quod fieri debeat, sed de eo, quod sapientius fiat, quaerit.

v. 741. τί προςτετάχθαι δρᾶν;] Quod Scholiasta commemorat olim fuisse, qui hic προςτέτακται pro προςτετάχθαι scriberent, annoto scriptores Graeciae concinnitatem orationis summo studio in eiusmodi locis conquisivisse, quo aptior esset singularum enuntiationum inter eas coniunctio. Sic in Antigona Sophocles v. 202. adeo ibi posuit infinitivum ἐκκεκηρῦχθαι, ubi is proprie referendus est ad verba κηρύξας ἔχω, et molesta esset eiusdem verbi repetitio, nisi longior verborum series interposita eam tolleret.

v. 742. λόχων ἀνάσσειν, ἑπτὰ προςκεῖσθαι πύλαις] A. Matthiae hanc omnium librorum ac Scholiastae auctoritatem repudiavit propterea, quod neque asyndeton h. l. ferri posse existimabat neque id quod secundarium esset, λόχων ἀνάσσειν, deberet eodem modo efferri, quo id quod caput rei esset, ἑπτὰ προςκεῖσθαι πύλαις. Scripsit igitur de coniectura sua: λόχων ἄνακτας ἑπτὰ προςκεῖσθαι πύλαις. vulgatamque scripturam huc e v. 745. irrepsisse putavit. Hunc recentiores critici secuti sunt omnes. Qua in causa vehementer illi falluntur. Nam quum Creon importunae Eteoclis voci, qua ipsius oratio interrumpitur, quam citissime occurrere vellet, recte usus est asyndeto, qua re vis ac vehementia sententiae magis proditur; et quum Eteocles de singulis hominibus solis cogitasset, non erat negligendum in Creontis oratione hoc ipsum λόχων ἀνάσσειν, sed, ut tota comparata causa est, magis id ipsum premendum et praedicandum, praesertim quum illud extremum: ἑπτὰ προςκεῖσθαι πύλαις, quo magis etiam conturbaretur Eteoclis animus, non lateret hoc modo, sed eo ipso asyndeto magis etiam exstaret. Quo magis miror G. Hermannum, qui, librorum scripturam posse explicari professus, tamen recipiendam A. Matthiae coniecturam pu-

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

τί δῆτα δρῶμεν; ἀπορίαν γὰρ οὐ μενῶ.

ΚΡΕΩΝ.

ἐπτ' ἄνδρας αὐτοῖς καὶ σὺ πρὸς πύλαις ἑλοῦ.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

λόχων ἀνάσσειν ἢ μονοστόλου δορός;

ΚΡΕΩΝ.

λόχων, προκρίνας οἵπερ ἀλκιμώτατοι.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

ξυνῆκ'· ἀμύνειν τειχέων προσαμβάσεις.

ΚΡΕΩΝ.

καὶ ξυστρατηγούς· εἷς δ' ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ.

v. 744. *αὐτοῖς καὶ σὺ*] Grotius: *αὐτὸς καὶ σύ*, cuius iudicium iniuria Valckenarius ac Porsonus comprobarunt. Id enim debebat *καὶ αὐτός* dici. Libri recte: *αὐτοῖς καὶ σύ*.

v. 747. *τειχέων προσαμβάσεις*] Libri partim *πρὸς ἀμβάσεις*, partim *προσαμβάσεις*; vide quae annotavimus ad v. 489.

v. 751. *ἔσται τάδ'· ἑπτάπυργον ἐς πόλιν μολὼν*] Sic plerique libri scriptum exhibent, Flor. A. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 10. 18. 21. 34. Aug. b., nisi quod Flor. A. et 10. *δ'* post *ἑπτάπυργον* inserunt. Vett. edd. cum aliquot libris: *ἐλθὼν δ' ἑπτάπυργον ἐς πόλιν μολὼν*... tavit, quae librorum auctoritati nullo modo anteferenda est, quia sic neque Eteoclis vox importuna illa quidem, sed tamen a Creonte non negligenda respicitur et vis orationis ipsa valde imminuitur, quae debebat hic summa esse.

v. 744. Cf. Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 57 seq.: *Πρὸς ταῦτ' ἀρίστους ἄνδρας ἐκκρίτους πόλεως Πυλῶν ἐπ' ἐξόδοισι τάγευσαι τάχος.*

v. 747. *ξυνῆκ'· ἀμύνειν κτἑ.*] Sic necessario interpungendum est. Intellexi: nempe ut defendant murorum adscensus.

v. 748. *καὶ ξυστρατηγούς*: *Σύλλεξαι αὐτοῖς δηλονότι καὶ στρατηγοὺς ἑτέρους μετὰ τῶν ἑπτά. καθ' Ὅμηρον* (Iliad. κ'. 224.) *γάρ· Σύν τε δύ' ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν.* SCHOLIASTA.

v. 749. Quaerit Eteocles, utrum fortitudinem magis, an prudentiam animi in seligendis viris respiciat, cui recte respondet neutrum negligendum esse, de cuius rei veritate Valckenarius comparavit Libanium Declam. IV. p. 259. C: *Ἰσχὺς καὶ σύνεσις ἑκατέρα μὲν μικρὰ πέφυκε πράττειν· ἄμφω δὲ συνελθοῦσαι μεγάλα.*

v. 750. *ἀπολειφθὲν*] Nempe ἀπὸ *τοῦ ἑτέρου*, quod ita intelligendum esse facile apparet, ne quis Reiskio auctore *θατέρου* pro *θάτερον* restituendum putet.

v. 751. *ἑπτάπυργον ἐς πόλιν μολών*] „Scholiasta: *γελοίως τοῦτο φησίν, ὡς μὴ ὢν νῦν ἐν τῇ πόλει.* Defendit Euripidem Ungerus in Paradoxis Thebanis Vol. I. p. 330 seq., quod haec in arce agantur, Eteocles autem *ἑπτάπυργον πόλιν*," quia id usus

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

θάρσει προκρίνας ἢ φρενῶν εὐβουλίᾳ;

ΚΡΕΩΝ.

ἀμφότερον· ἀπολειφθὲν γὰρ οὐδὲν θάτερον.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

ἔσται τάδ'· ἑπτάπυργον ἐς πόλιν μολὼν
τάξω λοχαγοὺς πρὸς πύλαισιν, ὡς λέγεις,
ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθείς.
ὄνομα δ' ἑκάστου διατριβὴ πολλὴ λέγειν,
ἐχθρῶν ὑπ' αὐτοῖς τείχεσιν καθημένων.
ἀλλ' εἶμ', ὅπως ἂν μὴ καταργῶμεν χέρα.
καί μοι γένοιτ' ἀδελφὸν ἀντήρη λαβεῖν
καὶ ξυσταθέντα διὰ μάχης ἑλεῖν δορὶ
[κτανεῖν θ' ὃς ἦλθε πατρίδα πορθήσων ἐμήν] cfr. 1381.

πυργον ἐς πόλιν, itemque, omisso δ', Flor. 2. 33. Taurin. Tum pro ἑπτάπυργον permulti libri exhibent ἑπτάπυλον, quod ex glossemate natum esse Scholiasta docet, qui: ἑπτάπυργον· ἀντὶ τοῦ ἑπτάπυλον.

v. 758. ἑλεῖν δορὶ] Sic libri plerique et Scholiasta. ἐλθεῖν δορὶ MS. C. C. C. Flor. A. M. R. (hi cum var. lect. ἑλεῖν) Flor. 10. Taurin. cum gloss. γρ. καὶ ἑλεῖν.

v. 759. κτανεῖν θ'] Usitato paene errore aliquot libri δ' pro θ' exhibent, in his Harl. et Flor. 33.

stabiliverit, dicat, etsi sex tantum portas sit obiturus: in arce enim Ogygias esse. Mihi quidem ἑπτάπυργον ἐς πόλιν sic potius dicere videtur Eteocles, ut significet se per urbem ad omnes septem portas iturum, ut singulis singulos duces praeficiat. Non sunt enim excipiendae Ogygiae, quod nondum ad ullam portam constitutus est propugnator." G. HERMANNUS.

v. 753. ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθείς] Cf. Sophoclis Antig. v. 141 seqq.: Ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ ἐφ' ἑπτὰ πύλαις Ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους ἔλιπον Ζηνὶ τροπαίῳ πάγχαλκα τέλη. et Apollod. III, 6, 6: Καθωπλισε δὲ καὶ Ἐτεοκλῆς Θηβαίους καὶ καταστήσας ἡγεμόνας ἴσους ἴσοις ἔταξε κτέ.

v. 754. ὄνομα δ' ἑκάστου διατριβὴ κτέ.] Πεφύλακται τὰς ὀνομασίας αὐτῶν εἰπεῖν, ὥς φησι Δίδυμος, διὰ τὸ ὑπὸ Αἰσχύλου εἰρῆσθαι ἐν τοῖς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. SCHOLIASTA. Id ego facilius auctore Brumoy (théatre des Grecs Tom. IV. p. 178.) crediderim inique ab Euripide in Aeschylum dici quam reverenter auctore Grotio, propter sequentem versum.

v. 758. ἑλεῖν δορί] Hoc neque cum λαβεῖν v. 757. neque cum κτανεῖν v. 759. confundendum est. Prius enim illud est deprehendere aut offendere pugnantem, ἑλεῖν δορί est telo vincere, unde consequens demum est κτανεῖν occidere.

v. 759. κτανεῖν θ' ὃς ἦλθε πατρίδα πορθήσων ἐμήν] Hunc versum, quo Eteoclis impietas, qui sua manu fratrem suum occidere vult, quodammodo excusatur, neque hic deesse posse,

γάμους δ' ἀδελφῆς Ἀντιγόνης παιδός τε σοῦ
Αἵμονος, ἐάν τι τῆς τύχης ἐγὼ σφαλῶ,
σοὶ χρὴ μέλεσθαι· τὴν δόσιν δ' ἐχέγγυον
τὴν πρόσθε ποιῶ νῦν ἐπ' ἐξόδοις ἐμαῖς.
μητρὸς δ' ἀδελφὸς εἶ· τί δεῖ μακρηγορεῖν;
τρέφ' ἀξίως νιν σοῦ τε τήν τ' ἐμὴν χάριν.
πατὴρ δ' ἐς αὑτὸν ἀμαθίαν ὀφλισκάνει,
ὄψιν τυφλώσας· οὐκ ἄγαν σφ' ἐπῄνεσα·
ἡμᾶς τ' ἀραῖσιν, ἢν τύχῃ, κατακτενεῖ.
ἓν δ' ἐστὶν ἡμῖν ἀργόν, εἴ τι θέσφατον
οἰωνόμαντις Τειρεσίας ἔχει φράσαι,

v. 760. *γάμους δ'*] Sic ediderunt novissimi editores. Habent Flor. 10. 18. 21. 34. Guelph. Olim legebatur *γάμους τ'*.

v. 762. *δόσιν δ'*] Sic libri plerique omnes. Olim legebatur *δόσιν τ'*.

v. 764. *εἶ*] *εἶ σύ* MS. C. C. C. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. b.

v. 768. *ἡμᾶς τ'*] Sic edd. vett. et rursus Brunckius e Paris. A. Habent Flor. A. Florr. octo, Mosqu. D. Havn. Aug. d. *ἡμᾶς δ'* Canterus, tum Guelph. Flor. 10. Vict. Taurin. Mox *κατακτενεῖ* Porsonus; edd. vett. et codd. *κατακτανεῖ*.

ne nimium atrox esse Eteoclis persona videatur, et recte infra repetitum esse v. 1380., quia eadem sententia eadem excusatione indiget, satis mihi videor defendisse in Annal. philol. et paedag. Vol. XIX. p. 290. Cf. etiam Firnhaberi libr. de Euripidis verss. in susp. vocatt. p. 67 seq. Sensit hoc idem G. Hermannus ad v. 1381.

v. 760 seqq. *γάμους — σοὶ χρὴ μέλεσθαι*] Constructionem expedivit A. Matthiae §. 348. ann. 2. p. 658. ed. II., coll. Soph. Electr. v. 1436. ed. Br.: *τἀνθάδ' ἂν μέλοιτ' ἐμοί*.

v. 761. *ἐάν τι τῆς τύχης ἐγὼ σφαλῶ*] Cf. Matth. §. 338. p. 646. ed. II. Rost. §. 108. II, 5. c. *δ*. p. 540. ed. VI.

v. 763. *ἐπ' ἐξόδοις ἐμαῖς*] *Ἐπὶ τῇ ἐμῇ ἐξόδῳ*. SCHOL. De hac amplificatione per numerum pluralem in re una conferri potest copiosa disputatio Iacobi in Supplem. annal. philol. et paedag. Vol. VIII. fasc. 2. hoc ipso anno edita, p. 167 seqq.

v. 769. *ἓν δ' ἐστὶν ἡμῖν ἀργόν*] *Ἀργόν, ἄπρακτον καὶ παραλελειμμένον, ὀφεῖλον γενέσθαι καὶ μὴ γενόμενον*. SCHOL. Cf. Soph. Oed. Col. 1605: *κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν ὧν ἐφίετο*.

v. 771. *τοῦδ' ἐκπυθέσθαι ταῦτ'*] Quod *ταῦτα* ad *εἴ τι* v. 769. referendum est, recte comparavit Scholiasta huius fabulae v. 246 seqq.: *κοινὰ δ', εἴ τι πείσεται Ἑπτάπυργος ἅδε γᾶ, Φοινίσσᾳ χώρᾳ*. Saepenumero etiam Latini eadem constructione usi sunt, veluti Terentius in Eun. prol. v. 1 seqq.: Si quisquam est, qui placere se studeat bonis —, In his poeta hic nomen profitetur suum. Hae voces enim, *εἴ τις*, *εἴ τι*, si quis, si quisquam, collectivam notionem in se continent.

v. 772. *αὐτεπώνυμον*] Non sa-

τοῦδ' ἐκπυθέσθαι ταῦτ'· ἐγὼ δὲ παῖδα σὸν
Μενοικέα, σοῦ πατρὸς αὐτεπώνυμον,
λαβόντα πέμψω δεῦρο Τειρεσίαν, Κρέον·
σοὶ μὲν γὰρ ἡδὺς εἰς λόγους ἀφίξεται·
ἐγὼ δὲ τέχνην μαντικὴν ἐμεμψάμην
ἤδη πρὸς αὐτόν, ὥςτε μοι μομφὰς ἔχειν.
πόλει δὲ καὶ σοὶ ταῦτ' ἐπισκήπτω, Κρέον·
ἤνπερ κρατήσῃ τἀμά, Πολυνείκους νέκυν
μήποτε ταφῆναι τῇδε Θηβαίᾳ χθονί·
θνήσκειν δὲ τὸν θάψαντα, κἂν φίλων τις ᾖ.
σοὶ μὲν τάδ' εἶπον· προςπόλοις δ' ἐμοῖς λέγω,

v. 769. *ἓν δ' ἐστὶν ἡμῖν ἀργόν*] Sic MS. C. C. C. Leidd. A. B., quinque codd. Porsoni, Florr. omnes, Guelph. Mosqu. D. Olim legebatur: *ἓν δ' ἡμῖν ἀργόν ἐστιν.*

v. 772. Pro *αὐτεπώνυμον*, quod libri satis multi et Scholiasta tuentur, in edd. vett. et aliquot codd. usitato errore *ἀντεπώνυμον* legitur.

v. 781. *σοὶ μὲν τάδ' εἶπον*] Sic libri Kingii, Flor. A. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. omnes, Vict. Aug. b. *αὐδῶ* pro *εἶπον* Aldus et rell. e v. 568., ut videtur.

tis recte hunc vocem explicarunt lexicographi. Ea sibi hoc vult, eodem ipso nomine dici illum. Nam *ἐπώνυμος* avi etiam tum esset, si diceretur *Μενοικίδης*, *αὐτεπώνυμος* autem est, quod hoc ipsum nomen Menoecei gerit.

v. 773. *λαβόντα πέμψω δεῦρο Τειρεσίαν*] Iniuria in hoc loco haesitarunt fere omnes interpretes. Ac Valckenarius quidem, quem praeter Brunckium secutus est etiam Porsonus, scribendum coniecit *ἄξοντα πέμψω*. Hos confutavit G. H. Schaeferus, qui recte pronuntiavit ne aptam quidem eam coniecturam esse, quum non hoc dicat Eteocles, se missurum Menoeceum, ut vocet Tiresiam, sed se huc missurum eum esse, postquam vocaverit atque assumpserit Tiresiam, ut una ambo veniant, qua in causa *λαβόντα* necessario dicatur. Et de participio *λαβών* comparavit Schaeferus Plutarchi Vit. Alex. cap. 10: *ὁ δὲ Φίλιππος αἰσθόμενος, ἰὼν εἰς τὸ Ἀλεξάνδρου δωμάτιον, παραλαβὼν τῶν φίλων αὐτοῦ καὶ συνήθων ἕνα κτἑ.*, de participio autem aoristi iuncto tempori futuro G. Hermannus attulit Aristoph. Thesmoph. v. 763: *Φύλαξον αὐτόν, ἵνα λαβοῦσα Κλεισθένη Τοῖσιν πρυτάνεσιν ἃ πεποίηχ' οὗτος φράσω.* Quod autem A. Matthiae dixit, *Μενοικέα δεῦρο πέμψω λαβόντα Τειρεσίαν* esse: Menoeceum cum Tiresia huc arcessam, falsum est propterea, quod non manet in scena deinceps Eteocles, sed abit, ut non iam arcessere istuc, sed mittere possit Menoeceum ducentem Tiresiam, quod recte atque ordine dicitur: *Μενοικέα πέμψω δεῦρο λαβόντα Τειρεσίαν.*

v. 778 seq. *Πολυνείκους νέκυν μήποτε ταφῆναι*] Haec iussu Eteoclis civibus suis Creon denuntiat infra v. 1628 seqq.

ἐκφέρετε τεύχη πάνοπλά τ' ἀμφιβλήματα,
ὡς εἰς ἀγῶνα τὸν προκείμενον δορὸς
ὁρμῶμεν ἤδη ξὺν δίκῃ νικηφόρῳ.
τῇ δ' εὐλαβείᾳ, χρησιμωτάτῃ θεῶν,
προσευξόμεσθα τήνδε διασῶσαι πόλιν.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφή.)

ὦ πολύμοχθος Ἄρης, τί ποθ' αἵματι

v. 784. ὁρμῶμεν ἤδη] ὁρμώμεθ' ἤδη Mosqu. D. Flor. 5. 10. 18. 21. 33. 34. Vict. Aug. Harl., ὁρμώμεθα, sed ἤδη om., etiam Flor. 6. 9.

v. 786. διασῶσαι] Sic plerique libri ac Scholiasta. διασώζειν edd. vett., codd. Aug. b. d. Havn. Flor. 10. 24.

v. 787. In hoc carmine chori, in quo multa corrupta habentur, vix sine meliorum codicum auxilio emendanda, ita versatus sum, ut in iis tantum a vulgata olim scriptura recederem, quae certa esse viderentur, cetera immutata relinquerem.

v. 789. οὐκ ἐπὶ καλλιχόροις] Nuper etiam G. Hermannus, quia haec aptius cum superiore oratione coniuncta esse voluit, edidit οὐδ' ἐπὶ καλλ., quod auctore Heathio receperat Brunckius. Libri ac Scholiastae constanter receptam a nobis scripturam tuentur.

Ibidem. ὥραις] Sic libri plerique ac Scholiastae. Recen-

v. 782. ἐκφέρετε τεύχη κτἑ.] Cf. Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 681: Φέρ' ὡς τάχος Κνημῖδας, αἰχμὴν καὶ πετρῶν προβλήματα.

v. 784. ξὺν δίκῃ νικηφόρῳ] Σὺν κρίσει νικηφόρῳ· ἑαυτὸν γὰρ δίκαιον ᾤετο ἀμυνόμενος περὶ τῆς πατρίδος, ἐκεῖνον δὲ ἀσεβῆ κατὰ πατρίδος στρατευόμενον. καὶ Ὅμηρος (Il. lib. XII. v. 243.): εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. SCHOLIASTA.

v. 785. τῇ δ' εὐλαβείᾳ, χρησιμωτάτῃ θεῶν] Conf. huius fabulae v. 534 seq.: Τί τῆς κακίστης δαιμόνων ἐφίεσαι, Φιλοτιμίας, παῖ; et quae ad eum locum annotavimus supra p. 97.

v. 788. Βρομίου παράμουσος ἑορταῖς] Respicit in his verbis poeta ad strepitum, quem edit Mars, qui multo alius est atque cantus ac laetitia Bacchica, a qua valde ille discrepare dicitur. Hinc dixit παράμουσος, quod est idem quod absurdus vel absonus. Valckenarius has posuit similitudines, Hymn. Orph. LXIV, 5: Ἄρες ἄναξ —, Ὃς ποθέεις ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσι δῆριν ἄμουσον. et Aristotelis Rhetor. lib. III. cap. 11. sub fin.: ἡ ἀσπίς, φαμέν, ἐστὶ φιάλη Ἄρεος καὶ τόξον φόρμιγξ ἄχορδος.

v. 789. ἐπὶ καλλιχόροις στεφάνοισι] Καλλίχοροι στέφανοι recte eae coronae dicuntur, quae in choreis specie pulchra gestantur. Quod autem mox adiungitur νεάνιδος ὥραις, id per rationem grammaticam dupliciter intelligi potest, ut aut appositio sit ad verba ἐπὶ καλλιχόροις στεφάνοισι eaeque ipsae coronae dicantur flos ac praestantia virginis, qua in opinione prior Scholiasta fuit:

καὶ θανάτῳ κατέχει, Βρομίου παράμουσος ἑορταῖς;
οὐκ ἐπὶ καλλιχόροις στεφάνοισι νεάνιδος ὥραις,
βόστρυχον ἀμπετάσας, λωτοῦ κατὰ πνεύματα μέλπει
μοῦσαν, ἐν ᾇ χάριτες χαροποιοί,
ἀλλὰ σὺν ὁπλοφόροις, στρατὸν Ἀργείων ἐπιπνεύσας
αἵματι Θήβας, κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις.
οὐδ᾽ ὑπὸ θυρσομανεῖ νεβρίδων μέτα δινεύεις,

tiores editores e vetere correctione, quam Scholiasta commemoravit et habent libri Flor. 5. 6. 9., ὥρας. Vide explicationem.

v. 791. χαροποιοί] Sic Aldus et plerique libri, in his Guelph. Florentini praeter 10. omnes. χοροποιοί Flor. A. 10. Aug. ap. Valcken. Scholiastae utrumque agnoscunt. Eadem varietas lectionis in Hecubae v. 916. Pflugk., ubi codd. plerique ac Scholiastae χαροποιῶν θυσιᾶν tuentur. Recentiores editores utroque loco χοροπ. receperunt.

v. 794. δινεύεις] Sic edd. vett. et plerique libri, nominatim Guelph. Florr. octo, Mosqu. D. Taurin. Havn. ἀλλ᾽ addiderunt Grotius e cod. Paris., Kingius e Laud. 89. et Reg. Soc. n. 7., Valckenarius e Leidd. A. B. Habent Flor. 33. et Aug. b. d. e correctione. G. Hermannus nuper de coniectura sua edidit: μέτα δίνᾳ Ἅρμασι κτἑ.

εὐπρεπείαις λέγω νεάνιδος, ἤγουν ἐφ᾽ οἷς διαπρέπουσιν αἱ νεάνιδες, aut ut illa verba constent per sese et significent florentem puellae aetatem, id quod voluit ille Scholiasta, qui ista verba τοῖς γαμηλίοις καιροῖς interpretatus est. Id videri possit quodammodo ἐκ παραλλήλου positum esse ad id, quod antecessit, Βρομίου — ἑορταῖς. Illud enim nullo modo adducor, ut antiquam illam correctionem νεάνιδος ὥρας comprobem, quae vox idoneam sententiam non habet.

v. 790. βόστρυχον ἀμπετάσας] Cf. Hippol. v. 201: Βαρύ μοι κεφαλῆς ἐπίκρανον ἔχειν· Ἄφελ᾽, ἀμπέτασον βόστρυχον· οἴμοι. Pompae Dionysiacae descriptionem vide apud Athenaeum lib. V. p. 198. E.

v. 791. ἐν ᾇ χάριτες χαροποιοί] Si vera est haec plurimorum librorum scriptura, hoc quoque loco agnoscenda est non iniucunda auribus similitudo literarum, non invito, ut opinor, poeta posita. Vide quae diximus ad Med. v. 340. 365. 475., tum aliquoties ad hanc ipsam fabulam.

v. 793. αἵματι Θήβας] Recte haec interpretatur unus e Scholiastis: ὅ ἐστι τῷ γένει τῶν Θηβαίων. Thebe enim, Asopi filia, Zethi uxor, Thebis nomen dedisse fertur, quam in rem comparavit Musgravius Apollod. III, 5, 6., ad quem locum vide Heynium, et Pindari Isthm. I, 1., ad quem locum Dissenius Vol. II. p. 523. ed. Goth. quaedam attulit. Similiter infra v. 798. per Σπαρτῶν γένναν significantur Thebani. Mox ἀναυλότατον est maximopere a tibiarum laetitia abhorrentem.

v. 794. ὑπὸ θυρσομανεῖ] Est.

ἅρμασι καὶ ψαλίοις τετραβάμοσι μώνυχα πῶλον·
Ἰσμηνοῦ τ' ἐπὶ χεύμασι βαίνων
ἱππείαισι θοάζεις, (Ἀργείοις ἐπιπνεύσας)
Σπαρτῶν γένναν,
ἀσπιδοφέρμονα θίασον, εὔοπλον,
ἀντίπαλον κατὰ λάϊνα τείχεα
χαλκῷ κοσμήσας.
ἦ δεινά τις Ἔρις θεός, ἃ τάδε
μήσατο πήματα γᾶς βασιλεῦσιν,
Λαβδακίδαισιν πολυμόχθοις.

v. 795. ψαλίοις] Sic plerique libri, Leidd. A. B. Guelph. Florr. sex, Thomas Mag. s. v. ψάλιον, Schol. ad h. l. Olim legebatur ψαλίων, quod habent Paris. A. Taurin. Havn. Flor. 2. 10. 33. Mox pro μώνυχα πῶλον peccant aliquot libri μώνυχα πώλων, alii μωνύχων πώλων. Veram scripturam restituit Canterus. Habent Bodl. tres, Vossianus, Flor. A. 2. 5. 6. 9. 10. 33. Havn.

v. 796. Ἰσμηνοῦ τ'] τ' in edd. vett. omissum addunt libri tantum non omnes.

v. 797. Ἀργείοις] Hoc habent Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. e Schol., ut videtur, petitum. Ἀργείους libri plerique et edd. vett. G. Hermannus haec omnia ita constituit: ἱππείαισι θοάζεις, Κοσμήσας θιασώταν Σπαρτῶν γέννας Ἀσπιδοφέρμονα, χάλκεον, εὔοπλον, ἀντίπαλον κατὰ λάϊνα τείχεα; auctore etiam Scholiasta: Dionysio thyrsigero duce.

v. 795. ἅρμασι κτὲ.] Recte omisso glossemate ἀλλ' sine particula nascitur oppositio, quae eo ipso fortissima est, quod non externo adminiculo nititur, sed intima orationis vi tantummodo significatur. Non debet autem offendere, quod primum δινεύεις sic ponitur, ut intransitiva vi dici videatur, mox autem mutata sententiae ratione accusativus μώνυχα πῶλον accedit. Graeci enim saepe celeri orationis cursu talia admiserunt. Ut δινεύειν πῶλον, Aeschylus in Sept. adv. Theb. v. 468. dixit ἵππους δινεῖν. — Quod autem adiectivum τετραβάμοσι, quod proprie magis ad ἅρματα spectat, ita positum est, ut etiam ad interpositam vocem ψαλίοις pertinere videatur, id rectissimo veri ac venusti sensu Musgravius dixit non tam vitium, quam pulcherrimae ac plane sublimis negligentiae exemplum sibi videri. Valckenarius quidem de ἅρμασι τετραβάμοσι comparavit e Troasin v. 515. ἀπήνην τετράβάμονα.

v. 797. ἱππείαισι θοάζεις] Recte Scholiasta haec interpretatur: τῇ ἱππικῇ ἐκμαίνῃ. Vide interpp. ad Hesych. s. v. θοάζει.

Ibid. Ἀργείοις ἐπιπνεύσας κτὲ.] Ἀντὶ τοῦ παροξύνας τοὺς Θηβαίους καὶ ἐξ ἐναντίας αὐτοὺς τάξας τοῖς Ἀργείοις. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἐναντίον νῦν εἶπεν· ἐν γὰρ τοῖς ἀνωτέρω τοὺς Ἀργείους εἶπε παροξύνεσθαι κατὰ τῶν Θηβῶν. Τοῦτο δὲ φησίν, ὡς τοῦ Ἄρεως ἑκατέρους παροξύνοντος κατ' ἀλλήλων. SCHOL.

v. 798. Σπαρτῶν γένναν· Τοὺς Θηβαίους· οἱ γὰρ περιλειφθέντες ἐκ τῶν σπαρτῶν ὀδόντων τοῦ δράκοντος τῶν ἑξῆς πάντων εἰσὶ πρόγονοι. SCHOL.

v. 799. ἀσπιδοφέρμονα θίασον] Explicat haec Eustathius

(ἀντιστροφή.)

ὦ ζαθέων πετάλων πολυθηρότα-
τον νάπος, Ἀρτέμιδος, χιονοτρόφον ὄμμα Κι-
θαιρών,
μήποτε τὸν θανάτῳ προτεθέντα, λόχευμ' Ἰο-
κάστας,
ὤφελες Οἰδιπόδαν θρέψαι, βρέφος ἔκβολον
οἴκων,
χρυσοδέτοις περόναις ἐπίσαμον·

v. 798. *γένναν*] Sic Aldus et rell. Libri plerique aut *γέννα* aut *γένναι* vel *γέννᾳ*.

v. 799. *εὔοπλον*] Sic necessaria correctione pro vulgato *ἔνοπλον* scribendum coniecit Scholiasta cod. Barocc. 74.

v. 801. *χαλκῷ κοσμήσας*] Haec auctore Scholiasta cod. Barocc. 74. cum duobus libris eiecit Kingius, quem ceteri editores secuti sunt. Ceteri libri ac Scholiastae eam vocem constanter tuentur.

v. 804. *Λαβδακίδαισιν*] *Λαβδακίδαις* codd. et edd. vett.

v. 808. *Οἰδιπόδαν*] Sic, quemadmodum pro vulgato *Οἰδιπόδα* scribendum coniecerat Valckenarius, scribunt libri Paris. A. Taurin.

ad Iliad. IV. p. 354, 16. *Τοὺς ἀσπιστάς*, inquit, *ἀσπιδοφέρμονα θίασον ἡ τραγῳδία εἶπεν.* et similiter ipse Euripides in Suppl. v. 390: *Κῶμον δέχεσθαι τὸν ἐμὸν ἀσπιδηφόρον*, quo minus assentiar G. Hermanno, qui haec omnia corrupta habuit audacissimeque emendare conatus est. Nam quod in producta prima syllaba v. *θίασος* offendit, aut propter sonum producitur illa syllaba aut scribendum est *θείασον* h. l., quemadmodum vir summus ipse fatetur et apud Hesychium et alias hoc nomen scriptum legi.

v. 800. *ἀντίπαλον*] Haec propria vox est de eo, qui sese contra hostem defendit, qua de re recte iam observavit Musgravius ad v. 801 (v. 797. ed. nostr.).

v. 801. *χαλκῷ κοσμήσας*] Reliqui haec verba, quamquam metrum non satis congruit, quod et sententia sine illis non constat et e Schol. et codd. facile intelligitur recentissimo demum tempore eiecta haec esse. Mihi multis de causis ex antistropha v. 818. videtur aliquid excidisse, id quod huic quoque versui fraudi fuit.

v. 806. *χιονοτρόφον ὄμμα Κιθαιρών*] Haec ego commate a superiore oratione dispescenda putavi. Nam quod vulgo genitivum *Ἀρτέμιδος* ad hanc vocem assumunt, falsum est, quod non oculus Dianae dicendus est Cithaeron, sed mons Dianae aut sacer Dianae mons, oculus autem ille splendore nivium in ipso sitarum inter ceteros montes esse videtur, quemadmodum in simili causa Sirmio, amoena prope Veronam insula, a Catullo carm. XXXI, 1. sic appellatur: Peninsularum, Sirmio, insularumque Ocelle, quascumque in liquentibus stagnis Marique vasto fert uterque Neptunus etc.

v. 809. *χρυσοδέτοις περόναις*

μηδὲ τὸ παρθένιον πτερόν, οὔρειον τέρας, ἐλθεῖν
πένθεα γαίας, Σφιγγός, ἀμουσοτάταισι σὺν
ᾠδαῖς,
ἅ ποτε Καδμογενῆ τετραβάμοσι χαλαῖσι,
τείχεσι χριμπτομένα, φέρεν αἰθέρος εἰς ἄβατον φῶς
γένναν, τὰν ὁ κατὰ χθονὸς Ἅιδας
Καδμείοις ἐπιπέμπει· δυσδαίμων δ' ἔρις ἄλλα
θάλλει παίδων
Οἰδιπόδα κατὰ δώματα καὶ πόλιν.

v. 812. τετραβάμοσι χαλαῖσι] Sic plerique libri, Flor. A. Leidd. A. B. Gnelph. Flor. 5. 6. 9. 10. 18. 21. 33. 34. χαλαῖσι (η supra) Aug. b. χηλαῖσι MS. C. C. C. χηλαῖς edd. vett. Hesychius, ut videtur, ex h. l. χαλαῖσιν· ὄνυξι. Kingius et recentiores ex interpolato cod. K. ediderunt τετραβάμοσιν ἐν χαλαῖσιν. Vide annot. crit. ad v. 787.

v. 814. γένναν, τὰν] Sic interpolatus cod. K. et recentiores edd. Vulgata scriptura ἂν retineri potest, si auctore G. Dindorfio in H. Stephani Thesaur. Gr. ling. Vol. II. p. 568. D. statuimus γέννα in carmine Dorico ultima longa dici, uti in Hec. 160: τίς ἀμύνει μοι; ποία γέννα; ποία δὲ πόλις; et in Iphig. Tauric. 154: οἴμοι φρεῦδος γέννα, in quo hoc unum miror, quod idem Dindorfius non agnovit formam γέννην in Parmenidis versu ap. Peyron. p. 57: τίνα γὰρ γέννην διζήσεαι αὐτοῦ; Haec enim una ratio est, qua γέννᾱ defendamus, ut olim formam γέννη in usu fuisse statuamus. Mox plerique libri ac Scholiasta ὁ κατὰ χθονὸς Ἅιδης; olim legebatur ὁ καταχθόνιος Ἅιδης, quod est in perpau-

ἐπίσαμον] Haec veteres quidem interpretes, in his Scholiasta ad h. l. et Eustathius ad Il. p. 650, 48 (p. 513, 44.), ad fibulas retulerunt, quibus Oedipi pedes, antequam exponeretur, perforati essent, Euripidisque errorem, qui v. 26. Iocastam dicentem fecisset de eadem causa: σφυρῶν σιδηρᾶ κέντρα διαπείρας μέσον, hic autem chorum aureas fibulas commemorantem induceret, aut coarguerunt aut excusaverunt. Et sane, ut verba hoc loco posita sunt, videri possit hoc ad illud factum pertinere. Sed hodie tamen illa ratio, qua iam alius Scholiasta ad h. l. usus est, comprobata ab interpretibus est, ut universam Oedipi personae descriptionem in ista voce contineri putemus atque illa verba ad effossionem oculorum aureis fibulis ab ipso Oedipo-de effectam referamus. Quod si fit, Euripides et secum ipse consentit, quia v. 62. dixit: χρυσηλάτοις πόρπαισιν αἱμάξας κόρας; et cum Sophoclis Oed. rege v. 1277 seqq., ubi in eadem causa χρυσήλατοι περόναι commemorantur.

v. 810. οὔρειον τέρας] De hac appellatione qui docte commentatus est ad h. l., Valckenarius, comparavit Lycophr. Cass. v. 1465. Φίκειον τέρας, et ipsius Euripidis Iphig. Taur. v. 1247., ubi draco appellatur γᾶς πελώριον τέρας.

v. 811. πένθεα γαίας] Hanc vocem rectius A. Matth. §. 431. p. 801. appositionem esse ad τὸ παρθένιον τέρας putavit, quam Scholiasta, qui εἰς πένθεα τῆς χθονός interpretatus est accusativum rei effectae. — De verbis: ἀμουσοτάταισι σὺν ᾠ-

οὐ γάρ, ὃ μὴ καλόν, οὔποτ' ἔφυ καλόν,
οὐδ' οἳ μὴ * * * νόμιμοι παῖδες,
* * * * *
ματρὶ λόχευμα, μιάσματα πατρός·
ἣ δὲ σύναιμον λέχος ἦλθεν.

(ἐπῳδός.)

ἔτεκες, ὦ γᾶ, ἔτεκές ποτε,
βάρβαρον ὡς ἀκοὰν ἐδάην, ἐδάην ποτ' ἐν οἴκοις,
τὰν ἀπὸ θηροτρόφου φοινικολόφοιο δράκοντος

cis libris.

v. 817. *Οἰδιπόδα*] Sic MS. C. C. C. Leidd. A. B. Guelph. Florr. omnes, Vict. Aug. b. *Οἰδιπόδας* Flor. A. *Οἰδίποδος* edd. vett.

v. 819. *οὐδ' οἳ μὴ *** νόμιμοι παῖδες*] Reliqui hanc codd. et edd. vett. scripturam, ut tamen lacunae signa interponerem, quam interpolaverunt Grotius et Kingius, ille *ποτὲ* post *νόμιμοι* e MS. addens, hic *τοὶ* eo loco ponens e cod. K. Musgravius coniecit: *οὐδ' οἱ μὴ νόμιμόν ποτε παῖδες κτέ.* G. Hermannus scripsit etiam audacius: *οὐδ' οἱ μὴ νόμιμόν ποτε ματέρι Παῖδε λόχευμα, μιάσματα πατρός, Ἥτε σύναιμον λέχος ἦλθεν*, in quo *παῖδε* est e codicis Flor. 21. corruptela.

v. 820. *μιάσματα πατρός*] Sic G. Hermannus scribendum coniecit. Libri et edd. vett. *μίασμα πατρός, μίασμά τε* Kingius e cod. K.

v. 821. *ἣ δὲ*] Aliquot libri *ἣ δή*, ut Mosqu. D. Tum vulgo *εἰς λέχος*; Brunckius primus delevit praepositionem.

δαῖς vide quae supra ad v. 50. commentati sumus p. 26.

v. 812. *τετραβάμοσι χαλαῖσι*] Hoc aptius cum *φέρειν* coniungendum esse recte viderunt recentiores interpretes et Valckenarius quidem afferens Scolion vetus ap. Athen. XV. p. 695. A: *Ὁ καρκίνος ὧδ' ἔφη, χαλᾷ τὸν ὄφιν λαβών· Εὐθέα χρὴ τὸν ἑταῖρον ἔμεν καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν.*

v. 818. *οὐ γάρ, ὃ μὴ καλόν, οὔποτ' ἔφυ καλόν*] Quod Valckenarius comparavit Theogn. v. 17: *Ὅττι καλόν, φίλον ἐστί· τὸ δ' οὐ καλόν, οὐ φίλον ἐστί. Τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων.* et expressum hinc ab Euripide in Bacch. v. 879: *ὅ τι καλόν, φίλον ἀεί*, alienum ab hoc loco est. Hic enim id potissimum effertur, non posse id, quod a principio non honestum fuerit, honestum fieri, sed semper manere inhonestum. Itaque tantum abest, ut auctore Valckenario etiam hic altero loco *φίλον* pro *καλόν* restituendum sit, ut id ne ferri quidem posse videatur. Rectissime sententiam perspexit Scholiasta: *Οὐ γάρ ποτε*, inquit, *τοῦτο καλόν ἐστιν, ὅπερ αὐτὸ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ ῥίζης μὴ ἔφυ καλόν. Τοῦτο δὲ διὰ τὸν Οἰδίποδα παρανόμως γήμαντα τὴν μητέρα καὶ παρανόμως παῖδας τεκόντα.* Hinc etiam apparet, quae sententia in versu seq. requiratur, unde ego etiam propter antistropham aliquid excidisse suspicor.

v. 824. *ἀπὸ θηροτρόφου — δράκοντος*] Quod unus e Scholiastis *θηροτρόφον* legit idque ad *γένναν* refert, falsum est. Nam *δράκων θηρότροφος* recte dicitur *ὁ θηρσὶ τρεφόμενος,*

γένναν ὀδοντοφυῆ, Θήβαις κάλλιστον ὄνειδος·
Ἁρμονίας δέ ποτ' εἰς ὑμεναίους 826
ἤλυθον οὐρανίδαι, φόρμιγγί τε τείχεα Θήβας
τᾶς Ἀμφιονίας τε λύρας ὕπο πύργος ἀνέστα
διδύμων ποταμῶν πόρον ἀμφὶ μέσον
Δίρκας, χλοεροτρόφον ἃ πεδίον
πρόπαρ Ἰσμηνοῦ καταδεύει·
Ἰώ θ', ἁ κερόεσσα προμάτωρ,

v. 827. ἤλυθον] Sic Grotius edidit e libro suo. Habent Flor. A. Flor. 2. 10. Vict. ἦλθον reliqui libri et edd. vett.

v. 828. πύργος ἀνέστα] Sic plerique libri ac Scholiasta. πύργοι ἀνέσταν e Paris. A. scripsit Brunckius. ἀνέσταν habent etiam Flor. A. 10. 33. Taurin. Havn. Aug. d.

v. 830. ἃ πεδίον] ἀμπεδίον Flor. A. 2. 10. Vict. Taurin., errore facili ad explicandum.

v. 834 seq. ἑτέρας ἑτέραις] Sic edd. recentiores e Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 18. 21. 34. aliisque libris. ἑτέραις ἑτέρας Brunckius, ut videtur, e cod. Paris. A. ἑτέρας ἑτέροις edd. vett. et Flor. 5. 6. 9. ἑτέρας ἑτέροισι Flor. 33. Havn., quod revocavit quemadmodum alius Scholiasta vocem interpretatur, estque id idoneum draconis epitheton.

v. 825. Θήβαις κάλλιστον ὄνειδος] De hoc dativo, quem libri ac Scholiastae constanter agnoscunt, vide quae supra ad v. 17. explicavimus p. 18. Neque enim assentior Valckenario, quem cum Dindorfiis G. Hermannus nuper secutus est, qui, quod in hoc ipso carmine bis legeretur Θήβη singulari numero, hoc quoque loco Θήβας scribendum coniecit. Nam dicitur alio modo Θήβα, alio Θῆβαι. De voce autem κάλλιστον ὄνειδος sic habeto, non esse quidem idem ὄνειδος quod κλέος — nam dicitur etiam hic ὄνειδος ita, ut sit opprobrium — sed addita voce κάλλιστον significari, quod vitio vertatur Thebis, id laudi potius esse. Recte iam unus e Scholiastis: Κάλλιστον οὖν, inquit, ὄνειδος ταῖς Θήβαις ἦσαν οἱ Γίγαντες, ὄνειδος μέν, ὡς ἐξ ὀδόντων δράκοντος γεννηθέντες, κάλλιστον δὲ ὡς αὐτόχθονες καὶ ἀνδρεῖοι.

v. 826. Ἁρμονίας δέ ποτ'] De Harmoniae et Cadmi nuptiis vide quae nos supra ad v. 7. annotavimus et quos laudavit Barnesius ad h. l.

v. 829 seq. διδύμων ποταμῶν πόρον ἀμφὶ μέσον Δίρκας] Haec verba rectius fecerunt veteres interpretes quod coniungenda pronuntiarunt, quam Barnesius et Valckenarius, qui πύργος διδύμων ποταμῶν connectenda esse putarunt, quia dicerentur Thebae πόλις διπόταμος. Sed quemadmodum illud ipsum: διδύμων ποταμῶν πόρον ἀμφὶ μέσον, intelligendum sit, quaeritur. Ac Scholiastarum quidem alii ita enuclearunt rem, ut dicerent e Dircaeo fonte duos fluvios emanasse, quorum alter Dircae nomen retineret, alter Ismenus appellatus esset, quorum fidem secutus est nuper Ungerus in Paradoxis Theb. Vol. I. p. 138 seqq., ita tamen, ut v. 831. πρόπαρ Ἰσμηνίου per synizesin pro πρόπαρ Ἰσμηνοῦ scribendum duceret, collem Ismenium dici ratus. A quo nuper summo, ut opinor, iure dissen-

Καδμείων βασιλῆας ἐγείνατο·
μυριάδας δ' ἀγαθῶν ἑτέρας ἑτέ-
ραις μεταμειβομένα πόλις ἅδ' ἐπ' ἄ-
κροις ἕστακεν Ἀρή-
οις στεφάνοισιν.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἡγοῦ πάροιθε, θύγατερ· ὡς τυφλῷ ποδὶ

nuper G. Hermannus. ἑτέροις ἑτέρας Flor. A. Flor. 2. 10. Taurin. Mihi propter concinnitatem orationis paene necessario aut ἑτέρας ἑτέραις aut ἑτέραις ἑτέρας scribendum videtur, et quod G. Hermannus Scholiastas commemoravit ἑτέρας ἑτέροις habuisse, non omnino verum est. Nam Schol. in MS. C. C. C. Guelph. m. il. aperte ἑτέρας ἑτέραις habuit, ceteri autem aut liberius locuti sunt aut sui quisque codicis lectionem sequuntur.

v. 836. ἕστακεν Ἀρήοις] Sic scripsit G. Hermannus. Libri ἕστακ' ἀρητοῖς. Ἀρήοις iam scripserat Brunckius, Ἄρεος Porsonus, quem recentiores secuti erant.

sit G. Hermannus. Neque enim synizesin istam ferri posse, neque usquam a quoquam tradi Dircen fluvium et Ismenum ex uno eodemque fonte provenisse. Ipse igitur Hermannus Scholiastam cod. Aug. sequitur, qui haec ita interpretatur: Περὶ τὸν μέσον πόρον τῶν διδύμων ποταμῶν τῆς Δίρκης, ἥτις σχιζομένη τὸ ἔμπροσθεν τοῦ Ἰσμηνοῦ δύο ἀποτελεῖ ποταμούς, οὓς καὶ Διδύμους ἐκάλεσαν, ἐπεὶ ἐξ ἑνὸς οἱ δύο ἀποτελοῦνται. Qui si vera tradidit, Ismenum inter et urbem Dirce in duos rivulos dividebatur, interposita prata irrigans. Mirifice hoc confirmari putavit Hermannus verbis Aeliani V. H. XII, 57: ἡ δὲ παρὰ τὸν Ἰσμηνὸν καὶ αὐτὰ τὰ τείχη ῥέουσα κρήνη καλουμένη Δίρκη. Confirmatur hoc etiam ab alio Scholiasta ad v. 818., qui: ἀνέστη δέ, inquit, περὶ τὸ μέσον τῶν δύο ποταμῶν τῆς Δίρκης, ἤγουν οὓς ἡ Δίρκη ποιεῖ σχιζομένη, ἥτις καταῤῥέει εἰς τὸ πεδίον ἔμπροσθεν τοῦ Ἰσμηνοῦ ποταμοῦ, ut tuto horum auctorum fidem sequi possimus.

v. 832. Ἰώ θ', ἁ κερόεσσα προμάτωρ] Vide quae ad v. 679 seq. annotavimus supra p. 121 seq.

v. 833. βασιλῆας] De forma nominis conf. Matth. §. 83. ann. 4. p. 185. ed. II. Rost. p. 398. ed. VI.

v. 835 seqq. πόλις ἅδ' ἐπ' ἄκροις ἕστακεν Ἀρήοις στεφάνοισιν] Pertinet hoc ad pristinam civitatis Thebanae felicitatem, qua incolumis bello stetit, Martiis coronis ornata, ut Musgravius aperte erraverit, qui, στεφάναισι coniectans, id ad summa belli pericula, in quibus nunc versentur Thebani, retulit.

v. 838. ἡγοῦ πάροιθε, θύγατερ] Ἰστέον, ὅτι Σοφοκλῆς ἐν τῷ τῆς Ἀντιγόνης δράματι υἱὸν εἶναι λέγει τὸν χειραγωγοῦντα τὸν Τειρεσίαν· ἐνταῦθα δὲ Εὐριπίδης θυγατέρα, ἥτις Μαντὼ ἐκαλεῖτο. SCHOLIASTA. Euripidem sequuntur Seneca in Oed. v. 290: Tiresias tremulo tardus accelerat genu

ὀφθαλμὸς εἶ σύ, ναυβάταισιν ἄστρον ὥς·
δεῦρ' εἰς τὸ λευρὸν πέδον ἴχνος τιθεῖσ' ἐμόν,
πρόβαινε, μὴ σφαλῶμεν· ἀσθενὴς πατήρ·
κλήρους τέ μοι φύλασσε παρθένῳ χερί,
οὓς ἔλαβον, οἰωνίσματ' ὀρνίθων μαθὼν
θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν, οὗ μαντεύομαι.
τέκνον Μενοικεῦ, παῖ Κρέοντος, εἰπέ μοι,
πόση τις ἡ 'πίλοιπος ἄστεως ὁδὸς

v. 839. *ναυβάταισιν*] Sic Aldus et edd. vett., plerique libri, nominatim MS. C. C. C. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 10. 18. 21. 34. Taurin. Havn., etiam Schol. Id olim propter similem pronuntiationem corruptum in *ναυάταισιν*, quod habet Mosqu. D., peperit *ναύταισιν*, quod habent Cant. Harl. Flor. 33. Hoc autem quum non conveniret metro, coniectaverunt *ναυτίλοισιν*, quod est in codd. interpolatis K. M. R. Flor. 2. ex emend. Vict. Id tamen, nescio qua ratione, receptum est a recentioribus criticis omnibus.

v. 840. *πέδον*] Sic perpauci libri, *πεδίον* plerique cum edd. vett.

v. 846. *ἄστεως*] Sic iam Brubach. et e MS. C. C. C Barnes., omnes Bodl. Guelph. Florr. sex aliique libri, de qua forma nominis vide Matth. §. 81. annot. 1. p. 181. ed. II. Rost. §. 43, Comesque Manto luce viduatum trahens, et Statius in Theb. X, 597 seqq., ubi illa patrias illuminare umbras dicitur. Mox verba *τυφλῷ ποδί* recte explicat Scholiasta: *τῷ μὴ ὑπὸ τῶν οἰκείων ὀφθαλμῶν ὁδηγουμένῳ*. Cf. infra v. 1544. et v. 1620. et Hec. v. 1050. cum annot. Pflugkiana p. 97 seq. ed. II. Denique hodie vix operae pretium erit annotare prius *ὡς* esse nam vertendum, alterum ut. Valckenarius enim, qui in ea re erravit, iam ab aliis in viam revocatus est.

v. 842. *κλήρους τέ μοι φύλασσε*] Eustath. ad Iliad. III. p. 317, 52: *Εὐριπίδης ἐν Φοινίσσαις καὶ μαντικάς τινας ψήφους κλήρους καλεῖ, ἃς, φασί, δέλτοις παρεσημαιοῦντο ἐν τε ταῖς πτήσεσιν ὀρνίθων καὶ λοιπαῖς*, quocum Eustathii loco composuit Valckenarius Pindari Pyth. IV. v. 338 seq. (v. 189 seq. ed. Boeckh.): *Καί ῥά οἱ μάντις ὀρνίχεσσι καὶ κλάροισι θεοπροπέων ἱεροῖς Μόψος ἄμβασε στρατὸν πρόφρων*. Ista autem signa, qualia Tiresias e notatione volatus avium accepit, similiter ut a Graecis *κλῆροι*, a Latinis sortes dicuntur. Non autem haec pertinent ad propriam ac singularem per sortes divinationem, quae *κληρομαντεία* Graece dicitur, qua de arte explicavit M. Tullius de divin. II, 41 seqq.

v. 843. *οἰωνίσματ' ὀρνίθων*] Haec verba non magis pleonasmum in se continent, quam si Latine dicas: auguria avium. Quum enim potissimum ex observatione avium auguria caperent, factum est, ut utrumque verbum etiam tum, quum res latius pateret, in utroque sermone usurparetur.

v. 844. *θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν*] Teste Pausania lib. IX, 16, 1. dicebatur *οἰωνοσκοπεῖον Τειρεσίου* haec sedes, ubi Tiresias aves observitare solebat. Erat autem is locus secundum Ammonis templum, haud procul a Fortu-

πρὸς πατέρα τὸν σόν· ὡς ἐμὸν κάμνει γόνυ,
πυκνὴν δὲ βαίνων ἤλυσιν μόλις περῶ.

ΚΡΕΩΝ.

θάρσει· πέλας γάρ, Τειρεσία, φίλοισι σοῖς
ἐξώρμισαι σὸν πόδα· λαβοῦ δ' αὐτοῦ, τέκνον·
ὡς πᾶσ' ἀπήνη πούς τε πρεσβύτου φιλεῖ
χειρὸς θυραίας ἀναμένειν κουφίσματα.

l. p. 118. ed. VI. Non pauci libri ἄστεος, in his Taurin. Havn., unde in codd. Triclinianos venit panchrestum illud ἄστεός γ'.

v. 849. Quod huic versui Creontis et Menoecei personae adscriptae sunt in cod. Havn., nihil est; ortum inde, quod dicitur φίλοισι σοῖς.

v. 850. ἐξώρμισαι] Sic edd. vett. Leid. B. Florr. praeter 21. omnes, Havn. ἐξόρμισαι aliquot libri peccant; id adeo a Scholiastis annotatur, incertis illis, scribantne ἐξόρμισαι an ἐξορμίσαι. Indicativus perfecti unice convenit huic loco.

v. 851. ὡς πᾶσ' ἀπήνη πούς τε κτἑ.] Sic codd. et Schol. Vide explicationem. Inutiles coniecturas, quas multas in hoc versu fecerunt critici, vide apud A. Matthiae. Earum numerum auxit nuper G. Hermannus, scribens: ὡς παῖς ἔτ' ἀπτὴν πούς τε κτἑ.

nae aede. Non autem quasi nomen proprium commemoravit eam sedem Scholiasta, sed annotatione sua hoc sibi velle videtur, fuisse Thebis in publico eam Tiresiae sedem, non sellam, manu factam supellectilem, intelligendam videri.

v. 845. τέκνον Μενοικεῦ] Menoeceus, Creontis filius, ut futurum praedixerat supra v. 769 seq. Eteocles, nunc Tiresiae in scenam prodeunti comitabatur, quem τέκνον a Tiresia propter aetatem appellari iam Scholiasta recte enucleavit: Τέκνον Μενοικεῦ, inquit, ἀντὶ τοῦ τέκνον ἐμὸν καθ' ἡλικίαν.

v. 846. πόση τις] Τίς ad interrogationem eam significationem affert, quam nos non possumus reddere nisi per adverbialem notionem, quasi dicas: Wie weit ist's etwa etc., vel quid eiusmodi; conf. Heracl. v. 668: πόσον τι πλῆθος συμμάχων πάρεστ' ἔχων; et quae ad eum locum affert Pflugkius p. 67.

v. 850. ἐξώρμισαι σὸν πόδα] Nihil impedit, quominus reddamus: Promovisti pedem, o Tiresia, prope amicos tuos. Aeschylus in Choeph. v. 674: δεῦρ' ἀπεζύγην πόδα. VALCKEN.

v. 851. ὡς πᾶσ' ἀπήνη πούς τε πρεσβύτου κτἑ.] Satis mirari non queo, quod hanc omnium librorum, etiam a Scholiastis comprobatam auctoritatem editores praeter admodum paucos corruptam esse pronuntiarunt omnes, quam, si quidquam ex omni antiquitate integrum praestare possumus, integerrimam esse audeo dicere. Sententia horum verborum simplicissima ac facillima ad explicandum haec est: Nam omne vehiculum, id est, omne id, quod pulsu agitatur externo, non motu interiore et suo, pesque senis solet manus alienae exspectare allevationem. In quo quod dixerunt χειρὸς θυραίας non recte

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

εἶεν, πάρεσμεν· τί με καλεῖς σπουδῇ, Κρέον;

ΚΡΕΩΝ.

οὔπω λελήσμεθ'· ἀλλὰ σύλλεξαι σθένος
καὶ πνεῦμ' ἄθροισον, ἆπος ἐκβαλὼν ὁδοῦ.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

κόπῳ παρεῖμαι γοῦν, Ἐρεχθειδῶν ἄπο

v. 855. ἆπος] Sic Flor. 10. Schol. pro var. lect. et Eustathius ad Iliad. p. 381, 19. (288, 39.), a quo non multum recedunt Flor. A. ἀπὸ σ', Taurin. ἄποσ', Harl. Flor. 33. Havn. ἄπος. Reliqui libri et edd. vett. κᾶπος. Monkius ad Alcest. 516. et G. Hermannus ex Hesychii glossemate αἶπος restituerunt.

v. 856. παρεῖμαι] Sic MS. C. C. C. Flor. A. Leidd. A. B. Mosqu. D. Florr. sex, Vict. Aug. b. πάρειμι ceteri libri et edd. vett. Utramque scripturam agnoscit Scholiasta. Vide explic. Mox γοῦν vel γ' οὖν

dici, quod currus et vehicula non tam humana manu, quam iumentis moverentur, falsissimum est. Unus enim quisque, qui non praeiudicatam opinionem ad hunc locum affert aut nimia cupiditate mutandi ducitur, facile videbit ea verba potissimum ad senis pedem referri, ut ad prius membrum inde nihil aliud assumendum sit nisi ea quae revera in ista voce inest externi pulsus significatio. Quodsi quis vituperabit hanc omnem comparationem et non satis dignam tragico sermone habebit, nae iste valde erraverit. Nam simplicissima haec imago nihil, quod minus decorum sit, in se continet et a physicis philosophis didicerat Graecia tales potissimum contentiones rerum facere. Laudo igitur communem Germaniae praeceptorem, Phil. Melanchthonem, tum Ratallerum, Grotium, Bothium, quod in ea imagine non offenderunt, quum reliqui omnes falsa atque inepta haec esse iudicarent.

v. 852. χειρὸς θυραίας] De forma adiectivi feminina vide Matth. §. 117, 8. ann. p. 236. ed. II.

v. 854. οὔπω λελήσμεθ'] Memoria teneo, neque interea, dum tu te colligas, obliviscar.

v. 855. καὶ πνεῦμ' ἄθροισον] Haec recte Valckenarius verbis Terentii ex Adelphis III, 2, 26. interpretatus est: Animam recipe, comparans etiam Herc. fur. v. 626: σύλλογον ψυχῆς λαβέ. — Mox in verbis: ἆπος ἐκβαλὼν ὁδοῦ ego antiquum nomen ἆπος sive κᾶπος agnoscendum existimo, quod aestum et angorem, quo magna virium contentione, ut itineris, vexatus fuisse videatur Tiresias, significasse videatur. Nam quominus αἶπος hoc loco amplectar, impedit me et ipsa translatio istius vocis, minus apta ad hunc locum, et multorum grammaticorum testimonia, qui ἆπος vel κᾶπος agnoscunt. Sed in eiusmodi tamen locis difficile est quidquam pro certo affirmare.

v. 856. κόπῳ παρεῖμαι γοῦν] Hoc est: Labore quidem certe confectus sum, quae sententia ad h. l. maxime idonea est. Et formulam quidem κόπῳ παρεῖμαι recte iam explicavit Scholiasta: ὑπὸ τοῦ κόπου παραλέλυμαι, in quam rem comparavit Valckenarius dictiones καμάτῳ, γήρᾳ, νόσῳ παρει-

δεῦρ' ἐκκομισθεὶς τῆς πάροιθεν ἡμέρας·
κἀκεῖ γὰρ ἦν τις πόλεμος Εὐμόλπου δορός,
οὗ καλλινίκους Κεκροπίδας ἔθηκ' ἐγώ·
καὶ τόνδε χρυσοῦν στέφανον, ὡς ὁρᾷς, ἔχω,
λαβὼν ἀπαρχὰς πολεμίων σκυλευμάτων.

ΚΡΕΩΝ.

οἰωνὸν ἐθέμην καλλίνικα σὰ στέφη·

libri tantum non omnes; tenui aut potius nulla auctoritate nititur Kingii lectio γῆς, falsissima autem Porsoni ratio est, qui γοῦν', ut id esset genua, reposuit, quia tragici poetae numquam ea verbi forma usi sunt.

v. 861. ἀπαρχὰς] ἀπαρχὴν Flor. A. e falsa correctione, ut videtur. Pluralis enim numerus in hac formula paene legitimus est, eumque numerum cum Scholiasta tuetur Plato in Alcib. II. p. 151.

μένος, et quod rem conficit Euripidis Bacch. v. 635 seq.: Κόπου δ' ὕπο, Διαμεθεὶς ξίφος, παρεῖται, de γοῦν autem particula in responsione vide quae ipsi explicavimus ad Devarium Vol. II. p. 352 seq.

v. 857. ἐκκομισθεὶς] Studii et exantlati laboris significationem iure agnovit in his compositis Abreschius ad Aeschylum p. 209. (p. 112 seq. ed. Hal.). — τῆς πάροιθεν ἡμέρας] Vide Rost. §. 108, 2, 1. p. 535. ed. VI. Matth. §. 377, 2. p. 692. ed. II.

v. 858. κἀκεῖ γὰρ ἦν τις πόλεμος κτἑ.] Ἐπίτηδες δὲ πρὸς ἔπαινον τῶν Ἀθηναίων ἀνακεχρόνισται, τέσσαρσι γενεαῖς προὔχοντος τοῦ Θηβαϊκοῦ πολέμου. SCHOLIASTA. Cf. Agatharchidem ap. Phot. p. 1332. et Ios. Scaliger. in Animadv. in Euseb. p. 41. A. et Chr. G. Heynium ad Apollod. III, 15, 4. De bello Eleusiniorum autem vide interpp. ad Thucyd. II, 15. Isocrat. Panegyr. c. 19. Lycurg. in Leocr. c. 24. Pausan. I, 38, 3. Apollod. III, 15, 4.

v. 859. οὗ καλλινίκους Κεκροπίδας ἔθηκ' ἐγώ] De genitivo vide Medeae v. 765: νῦν καλλίνικοι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν — γενησόμεσθα. et infra v. 1055: καλλίνικος ὧν αἰνιγμάτων.

v. 860 seqq. Utitur toto hoc loco scriptor Alcib. II., qui Platoni adscribitur, p. 151. ed. H. Steph. in hunc modum: Ὥσπερ δὲ καὶ ὁ Κρέων Εὐριπίδῃ πεποίηται τὸν Τειρεσίαν ἰδὼν ἔχοντα τὰ στέφη καὶ ἀκούσας ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀπαρχὰς αὐτὸν εἰληφέναι διὰ τὴν τέχνην· Οἰωνὸν ἐθέμην, φησί, καλλίνικα σὰ [σὰ om. Platonis libri] στέφη· ἐν γὰρ κλύδωνι κείμεθ' [sic enim, quod libri 𝔄ΔΠC. exhibent κείμεθα pro vulgato διακείμεθα, rescribendum erat], ὥσπερ οἶσθα σύ· οὕτω κἀγὼ παρὰ σοῦ τὴν δόξαν ταύτην οἰωνὸν τίθεμαι. δοκῶ δέ μοι οὐκ ἐν ἐλάττονι κλύδωνι τοῦ Κρέοντος εἶναι, καὶ βουλοίμην ἂν καλλίνικος γενέσθαι τῶν σῶν ἐραστῶν.

v. 862. οἰωνὸν ἐθέμην] De aoristi usu in his formulis, ubi praesens tempus exspectes, vide quae annotata sunt ad Medeam v. 223. p. 36. ed. II. De ipsa autem formula hoc tenendum est, οἰωνόν in his locis per se neque in bonam partem neque in malam dici, sed pro sententiae ratione modo hanc, modo illam efficere senten-

ἐν γὰρ κλύδωνι κείμεθ', ὥσπερ οἶσθα σύ,
δορὸς Δαναϊδῶν, καὶ μέγας Θήβαις ἀγών.
βασιλεὺς μὲν οὖν βέβηκε κοσμηθεὶς ὅπλοις
ἤδη πρὸς ἀλκὴν Ἐτεοκλῆς Μυκηνίδα·
ἐμοὶ δ' ἐπέσταλκ' ἐκμαθεῖν σέθεν πάρα,
τί δρῶντες ἂν μάλιστα σώσαιμεν πόλιν.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Ἐτεοκλέους μὲν οὕνεκ' ἂν κλῄσας στόμα
χρησμοὺς ἐπέσχον, σοὶ δ', ἐπεὶ χρῄζεις μαθεῖν,
λέξω· νοσεῖ γὰρ ἥδε γῆ πάλαι, Κρέον,
ἐξ οὗ 'τεκνώθη Λάϊος βίᾳ θεῶν,

v. 863. ἐν γὰρ κλύδωνι] γὰρ praepositionem inter et nomen positum offendit librarios. Hinc in Flor. 33. omissum est, in Aug. d. et Havn. ordo mutatus: ἐν κλύδωνι γάρ.

v. 868. μάλιστα] Falso Brunckius e Paris. A. κάλλιστα recepit.

v. 870. σοὶ δ'] σὺ δ' Flor. 2. 33. Mosqu. D. Aug. d. Taurin. Havn., errorem metro arguente.

v. 874. διαφθοραὶ] Vett. edd. errorem διαφοραὶ recte correxerunt.

tiam. Nam quod hic pro natura loci in bonam partem dicitur, contra in malam accipiendum est in Ione v. 1205 seq. ed. Herm.: ὁ δ', ὡς ἐν ἱερῷ μάντεσίν τ' ἐσθλοῖς τραφείς, Οἰωνὸν ἔθετο κἀκέλευσ' ἄλλον νέον Κρατῆρα πληροῦν. Ac saepe etiam ut Latine accipere omen, sic Graece δέχεσθαι τὸν ὄρνιν dictum est, veluti in Aristoph. Plut. 63. Vide Abresch. ad Aesch. Agam. v. 1662. p. 209. ed. Hal. Wyttenb. Epist. crit. p. 155.

v. 863. ἐν γὰρ κλύδωνι] Cf. Sophoclis Oed. reg. v. 1527: εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐλήλυθεν. et Aeschyl. Sept. adv. Theb. v. 802., ubi κλυδώνιον similiter dicitur, usitata satis translatione.

v. 869. Ἐτεοκλέους μὲν οὕνεκ'] Causam huius invidiae explicavit ipse Eteocles supra v. 774. Propter simile argumentum conferri iubet Barnesius Elisaei vatis in II. Regum c. 3. v. 14. exemplum.

v. 872. ἐξ οὗ 'τεκνώθη Λάϊος] Respexit ad h. l. procul dubio Hesychius: ἐτεκνώθη· τέκνον ἔσχε. Ad verbum: liberis praeditus est. Cf. Suppl. v. 1091: ἐγὼ γὰρ ἄλλους εἰσορῶν τεκνουμένους κτέ. et quae nos de vera huius verbi significatione explicavimus ad Herc. fur. v. 7. in praef. p. II seq. ed. Pflugk.

v. 874. αἵ θ' αἱματωποὶ δεργμάτων διαφθοραὶ] In eadem causa τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθορὰς dixit Sophocles in Oed. Col. v. 552. ed. Brunck.

v. 875. θεῶν σόφισμα] Si veram vim verbi spectamus, nihil significat aliud, nisi quod nos dicamus: eine Witzigung durch die Götter, quod etiam apud nos punitionem in se continet, ac ne quis de ea verbi significatione dubitaret, explicavit poeta rem accuratius eis quae sequuntur verbis: κἀπιδεῖξαι Ἑλλάδι, in quam rem recte Valckenarius comparavit Senecam Phoen. v. 320: Exemplum in ingens regia Stirpe edite.

πόσιν τ' ἔφυσε μητρὶ μέλεον Οἰδίπουν·
αἵ θ' αἱματωποὶ δεργμάτων διαφθοραὶ
θεῶν σόφισμα κἀπίδειξις Ἑλλάδι.
ἃ συγκαλύψαι παῖδες Οἰδίπου χρόνῳ
χρήζοντες, ὡς δὴ θεοὺς ὑπεκδραμούμενοι,
ἥμαρτον ἀμαθῶς· οὔτε γὰρ γέρα πατρὶ
οὔτ' ἔξοδον διδόντες, ἄνδρα δυστυχῆ
ἐξηγρίωσαν· ἐκ δ' ἔπνευσ' αὐτοῖς ἀρὰς
δεινὰς νοσῶν τε καὶ πρὸς ἠτιμασμένος.
ἀγὼ τί δρῶν, ὁποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη,
εἰς ἔχθος ἦλθον παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου.

rexit Canterus, cuius rationem MS. C. C. C. Flor. A. Leid. alt. Mosqu. D. Paris. A. Florr. omnes, Vict. Havn. confirmarunt.

v. 875. κἀπίδειξις] κἀπόδειξις Leid. alt. Flor. 34. Aug. b. et Schol. semel, mero errore.

v. 878. γέρα] γέρας in aliquot libros invectum ab librariis, qui ignorabant alteram syllabam in γέρα longam esse.

v. 883. εἰς ἔχθος ἦλθον] εἰς ὄχλον ἦλθον pro var. lect. Scholiasta.

v. 876. ἃ συγκαλύψαι παῖδες Οἰδίπου χρόνῳ] „Wakefield. Silv. cr. I. p. 30. et Nodell. in Ep. cr. ad Heyn. p. 160. coni.: σκότῳ. χρόνῳ συγκρύπτουσι τύχην, qui id agunt, ἵν' ἀμνήμων τύχη γένοιτο, ut loquitur supra v. 64." A. MATTHIAE.

v. 877. ὡς δὴ θεοὺς ὑπεκδραμούμενοι] Quasi sic deos, id est poenam deorum, effugere possent.

v. 878 seqq. οὔτε γὰρ γέρα πατρὶ κτἑ.] Videtur haec Accius in Phoenissis suis amplificata habuisse, siquidem apud Nonium p. 16, 3. legitur: Accius Phoenissis: Incusant ultro: a fortuna opibusque omnibus Desertum, abiectum, afflictum ex animo expectorant.

v. 882 seq. ἀγὼ τί δρῶν, ὁποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη, εἰς ἔχθος ἦλθον κτἑ.] Hanc omnium fere librorum scripturam, multis etiam Scholiastarum testimoniis confirmatam, qui primus corrupit corrigendo, is prodidit se neque sententiam horum verborum neque subtiliorem Atticorum sermonem satis cognita habuisse. Et priora quidem verba: ἀγὼ τί δρῶν, sic, ut ego posui, scripta exhibent MS. C. C. C. Flor. A. Leidd. A. B. Reg. Soc. 7. Paris. A. Mosqu. D. Flor. 2. 5. 6. 9. 10. 18. 33., tum Scholiastae, qui οὐ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ supplendum esse dicunt. Hinc facile explicari poterit, unde in paucos libros, Flor. 21. 34. Aug. d. Havn., et edd. vett. venerit interpolatio: ἀγὼ τί οὐ δρῶν, quae sobrio critico non magis probari poterit, quam illa scriptura, quam pro var. lect. habent codd. Taurin. et Flor. 33. ex eodem fonte natam. In posterioribus autem verbis vulgatam scripturam: ὁποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη, ipsam quoque libri fere omnes ac Scholiastae confirmant, ut quod Flor. 18. 21. 34. Aug. d. habent: ποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη, aut Harl.: οὐ ποῖα δ' οὐ λ. ἔ. dubitari nullo modo possit, quin e correctione natum sit. Quis igitur quidquam in hoc loco mutatum cupiet, si

ἐγγὺς δὲ θάνατος αὐτόχειρ αὐτοῖς, Κρέον·
πολλοὶ δὲ νεκροὶ περὶ νεκροῖς πεπτωκότες,
Ἀργεῖα καὶ Καδμεῖα μίξαντες βέλη,
πικροὺς γόους δώσουσι Θηβαίᾳ χθονί.
σύ τ' ὦ τάλαινα συγκατασκάπτει πόλις,
εἰ μὴ λόγοισι τοῖς ἐμοῖς τις πείσεται.
ἐκεῖνο μὲν γὰρ πρῶτον ἦν, τῶν Οἰδίπου
μηδένα πολίτην, μηδ' ἄνακτ' εἶναι χθονός,

v. 885. περὶ νεκροῖς] Sic codd. plerique, Leidd. A.B. lib. Put. Paris. A. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. (in quo eadem manus παρὰ correxit) 21. 34. Vict. Aug. b. περὶ νεκροὺς Flor. A. et Harl. παρὰ νεκροῖς Aldus et rell.

v. 888. πόλις] Sic libri tantum non omnes, πόλι edd. vett. πόλει Taurin. πόλιν Aug. d.

librorum ac Scholiastarum auctoritas aptam sententiam continet? Continet autem aptissimam. Et primum quidem Tiresias se odium sibi et inimicitias filiorum Oedipi contraxisse memorans e sua mente, dum insontem se ostendit, quaerit: τί δρῶν; quid faciens veni etc. aut quid feci, ut venirem etc. tum autem non tam e sua mente, sed potius, quasi inimicorum accusationem audiret, indirecta orationis forma ita interrogat: ὁποῖα δ' οὐ λέγων ἔπῃ; quaenam censetis me non dixisse verba, ut eorum celatione vobis perniciem afferrem? At de hac indirecta orationis forma: ὁποῖα δ' οὐ λέγων ἔπῃ, ibi posita, ubi directam interrogationem requireres, denegabunt grammaticorum principes et hominem in Latinorum sermone cognoscendo magis occupatum earum rerum rudem pronuntiabunt. Qui quidem considerent prius, quod ipsi docent, posse indirectae interrogationis formas tum poni, ubi alterius hominis interrogatio praecesserit, ut si in Aristophanis Ranis 198. dicenti: οὗτος τί ποιεῖς; reddat alter: ὅ τι ποιῶ; id quod principium et quem fundum habeat: tum diligentius ipsi vetera volumina evolvant, ut cognoscant, quod natura sua rarum fuerit, id tamen non falsum atque adspernandum videri, si quando sententia aut patiatur aut etiam requirat, cuius rei unum testem adhibebo Andocidem, qui in orat. de mysteriis §. 91. ed. Bekk. p. 12. ed. H. Steph. haec habet: Ἡ δὲ βουλὴ αὖ ἡ ἀεὶ βουλεύουσα τί ὄμνυσι; „καὶ οὐ δέξομαι ἔνδειξιν οὐδὲ ἀπαγωγὴν ἕνεκα τῶν προτέρων γεγενημένων πλὴν τῶν φευγόντων." ὑμεῖς δ' αὖ, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅ τι ὀμόσαντες δικάζετε; „καὶ οὐ μνησικακήσω, οὐδὲ ἄλλῳ πείσομαι, ψηφιοῦμαι δὲ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους," quemadmodum illum locum, recepto Atticae ironiae colore, constituendum esse docui in Nov. ann. philol. et paedag. Vol. XIII. p. 388 seq. Et de universa sententia huius loci, in verbis dissentiens, mecum consentire videtur G. Hermannus, qui nuper edidit: ἀγὼ τί τοι δρῶν, ποῖα δ' οὐ λέγων ἔπῃ, quam tamen orationem, praeterquam quod a librorum testimonio nimium recedit, pro scientiae nostrae modulo Graecam esse negamus.

v. 885. νεκροὶ περὶ νεκροῖς πε-

ὡς δαιμονῶντας κἀνατρέψοντας πόλιν.
ἐπεὶ δὲ κρεῖσσόν τὸ κακόν ἐστι τἀγαθοῦ,
μί' ἔστιν ἄλλη μηχανὴ σωτηρίας.
ἀλλ' οὐ γὰρ εἰπεῖν οὔτ' ἐμοὶ τόδ' ἀσφαλὲς
πικρόν τε τοῖσι τὴν τύχην κεκτημένοις,
πόλει παρασχεῖν φάρμακον σωτηρίας,
ἄπειμι, χαίρεθ'· εἷς γὰρ ὢν πολλῶν μέτα
τὸ μέλλον, εἰ χρή, πείσομαι· τί γὰρ πάθω;

v. 892. *κἀνατρέψοντας*] Sic MS. C. C. C. Leidd. A. B. lib. Put. Flor. 5. 6. 9. 18. 33. 34. idque confirmant Flor. 2. 21. Vict. *κἀναστρέψοντας* scribentes. *κἀνατρέψαντας* Aldus et rell., Paris. A. Guelph. Aug. d. *ἀναστρέψαντας* Flor. 10. *κἀναστρέψαντας* Taurin. Havn.
v. 895. *οὔτ' ἐμοὶ*] Sic Mosqu. D. Guelph. Flor. 2. 5. 6. 9. 10. 33. Taurin. Vulgo: *οὐδ' ἐμοί.*

πτωκότες] Valckenarius comparavit Soph. Ai. v. 839: *πεπτῶτα τῷδε περὶ νεοῤῥάντῳ ξίφει.* et Antig. v. 1254: *κεῖται δὲ νεκρὸς περὶ νεκρῷ.* Quint. Smyrn. X, 168: *περὶ κάππεσον ἀλλήλοισιν.*

v. 889. *εἰ μὴ λόγοισι τοῖς ἐμοῖς τις πείσεται*] Haec omnium librorum scriptura propterea placuisse videtur poetae, quod sic pronomen indefinitum *τὶς*, certum quendam hominem indicans, magis exstat. Quod contra est, si auctore Porsono, quem sine idonea causa cum Dindorfiis nuper G. Hermannus secutus est, pronomen *τὶς* ita in mediam orationem recipitur, ut acui atque notari voce, nisi quae apte cohaerent inter se divellere velis, non possit. Numeri autem non imperare sententiae, sed ei subservire debent. Vim pronominis *τὶς* agnovit Scholiasta: *τίς· ὁ Κρέων. οὐκ ἠβούλετο δὲ εἰπεῖν τοὔνομα, ἵνα μὴ τοῦτον παρόντα λυπήσῃ.*

v. 890. *ἐκεῖνο μὲν γὰρ πρῶτον ἦν*] Recte hoc Scholiastae explicant: *ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἦν πρῶτον τῇ πόλει ἴαμα.* Sed mox dicit alio iam remedio opus esse, si servare civitatem velit.

v. 893. *ἐπεὶ δὲ κρεῖσσον τὸ κακόν ἐστι τἀγαθοῦ*] Similiter Sophocl. in Philoct. v. 457: *Ὅπου γ' ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει.* Ambo communem fontem Homerum habent, Il. I, 576: *ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ*, ad quem locum vide Eustathium p. 117, 1. nostri loci non immemorem.

v. 896. *τοῖσι τὴν τύχην κεκτημένοις*] Quibus haec fortuna obvenit, ut eos civitati medicinam afferre oporteat. Sic recte etiam pars Scholiastarum locum interpretati sunt, sed Schol. cod. Aug. male *τὴν τύχην* explicavit *εὐτυχίαν.*

v. 898 seq. *εἷς γὰρ ὢν πολλῶν μέτα τὸ μέλλον, εἰ χρή, πείσομαι*] Similiter Aeschylus Sept. adv. Theb. v. 269: *Σιγῶ· σὺν ἄλλοις πείσομαι τὸ μόρσιμον.* Valckenarius autem sine idonea causa *ἢ χρή* pro *εἰ χρή* restitui voluit in his verbis. Nam recte sic dicitur: si opus est, si quidem fors ita feret. Non autem ea dubitatio eo pertinet, utrum Creon filium morti oblaturus esset, necne, qua in opinione A. Matthiae video fuisse.

v. 899. *τί γὰρ πάθω;*] De hac formula vide Pflugk. ad Eurip. Hec. v. 614. p. 64. ed. II.

ΚΡΕΩΝ.

ἐπίσχες αὐτοῦ, πρέσβυ.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

μὴ 'πιλαμβάνου.

ΚΡΕΩΝ.

μεῖνον, τί φεύγεις;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἡ τύχη σ', ἀλλ' οὐκ ἐγώ.

ΚΡΕΩΝ.

φράσον πολίταις καὶ πόλει σωτηρίαν.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

βούλει σὺ μέντοι, κοὐχὶ βουλήσει τάχα.

ΚΡΕΩΝ.

καὶ πῶς πατρῴαν γαῖαν οὐ σῶσαι θέλω;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

θέλεις ἀκοῦσαι δῆτα καὶ σπουδὴν ἔχεις;

ΚΡΕΩΝ.

εἰς γὰρ τί μ' ἄλλο δεῖ προθυμίαν ἔχειν;

v. 906. *τί μ' ἄλλο*] Sic Aldus et rell., tum MS. C. C. C. Leid. A. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 33. 34. eaque procul dubio vera scriptura est, etiam Scholiastarum testimonio confirmata. Errore in Harl. *τί μᾶλλο*, in Flor. A. Leid. B. Mosqu. D. Flor. 2. 10. Vict. Taurin. Havn. *τί μᾶλλον* venit.

v. 908. *σαφῶς μαθεῖν*] Flor. 2. Vict. *σάφα μαθεῖν*. *μαθεῖν*

v. 900. *ἐπίσχες αὐτοῦ, πρέσβυ*] *Ἐπίσχες αὐτοῦ* est mane istic, i. e. mane in eo quo es loco. Sic recte Schol. *ἤγουν ἔνθα ἵστασαι*. Sic Accius apud M. Tullium Disp. Tusc. III, 12, 26. dixit: illico istic, ad quem locum vide explicationem nostram p. 297.

v. 901. *μεῖνον, τί φεύγεις;*] Haec formula ipsa vi sua saepius habetur apud Graecos poetas, veluti in Euripidis Helena v. 548. ed. Pflugk., ubi totidem literis dicitur: *μεῖνον, τί φεύγεις;* Hinc facile intelligitur, quam falsa sit Valckenarii ratio, qui e quatuor libris h. l. interpolatis, Leid. B. Angl. K. M. R., rescripsit: *μεῖνον, τί φεύγεις μ';* Nam *μὲ* pronomen ab iis adiectum esse apparet, qui sequentem orationem Tiresiae respicerent. Non est autem priore loco necessarium pronomen, quia in Tiresiae demum mente et oratione nascitur ista oppositio, et is omnino fugiendi notionem arripit, ut istam oppositionem inferat.

v. 903. *βούλει σὺ μέντοι, κοὐχὶ βουλήσει τάχα*] *Θέλεις, φησί, νῦν ἀκοῦσαι, ταχέως βουλήσῃ μὴ ἀκηκοέναι τὸ μέλλον σοὶ γενήσεσθαι.* SCHOLIASTA.

v. 909. *ὅς με δεῦρ' ἐπήγαγεν*] Supra v. 773. dixerat Eteocles se

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

κλύοις ἂν ἤδη τῶν ἐμῶν θεσπισμάτων.
πρῶτον δ᾽ ἐκεῖνο βούλομαι σαφῶς μαθεῖν,
ποῦ 'στιν Μενοικεύς, ὅς με δεῦρ᾽ ἐπήγαγεν;

ΚΡΕΩΝ.

ὅδ᾽ οὐ μακρὰν ἄπεστι, πλησίον δέ σου.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἀπελθέτω νυν θεσφάτων ἐμῶν ἑκάς.

ΚΡΕΩΝ.

ἐμὸς πεφυκὼς παῖς ἃ δεῖ σιγήσεται.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

βούλει παρόντος δῆτά σοι τούτου φράσω;

ΚΡΕΩΝ.

κλύων γὰρ ἂν τέρποιτο τῆς σωτηρίας.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἄκουε δὴ νῦν θεσφάτων ἐμῶν ὁδόν,
ἃ δρῶντες ἂν σώσαιτε Καδμείων πόλιν.
σφάξαι Μενοικέα τόνδε δεῖ σ᾽ ὑπὲρ πάτρας
σὸν παῖδ᾽, ἐπειδὴ τὴν τύχην αὐτὸς καλεῖς.

σαφῶς Flor. A. 10. Ven. b., quod recepit G. Hermannus.

v. 913. τούτου] Sic opt. cod. Kingii, Leidd. A B. Guelph. Florr. septem, Vict. Aug. b. et e corr. d. Olim legebatur τοῦτο, quod habent Mosqu. D. Flor. 10. 33. Taurin.

v. 916. ἃ δρῶντες ἂν μάλιστα σώσαιμεν πόλιν Harl. et Flor. 33. e v. 868.

huc missurum esse Menoeceum, Creontis filium, Tiresiam vatem adducentem. Is igitur una cum Tiresia in scenam prodiit (vide v. 845 seq.) et sic ipse quoque illum, cuius manum ducebat Manto filia, adduxerat. Hinc apparet, quo iure nuper receperit G. Hermannus errorem codd. Flor. A. 2. Vict. Taurin. Venet. b. ἀπήγαγεν. Ἐπήγαγεν praeter libros fere omnes habuit et explicavit etiam Scholiasta.

v. 915. ἄκουε δὴ νῦν] Plerique nunc fere semper post imperativum scribunt δή νυν pro vulgato olim δὴ νῦν, sed poterit tamen de multis eorum locorum dubitari, ut de hoc ipso loco, in quo ἄκουε δὴ νῦν necessario vertendum est ea formula, quae a scenicis poetis Latinorum saepe usurpata est: audi nunc iam. Vide quae ipsi annotavimus ad Devarium Vol. II. p. 416 seqq. — Mox ad formulam θεσφάτων ἐμῶν ὁδόν assimilavit Valckenarius Aristoph. Equit. v. 1012: Φράζευ, Ἐρεχθείδη, λογίων ὁδόν. cum annot. L. Kusteri.

v. 917. Postquam Creon postulaverat a Tiresia, ut quod saluti esset patriae sibi traderet, etiam praesente filio, iam aperte omnia eloquitur vates neque iam ullo modo veretur personam principis.

ΚΡΕΩΝ.

τί φῄς; τίν' εἶπας τόνδε μῦθον, ὦ γέρον;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἅπερ πέφυκε, ταῦτα κἀνάγκη σε δρᾶν.

ΚΡΕΩΝ.

ὦ πολλὰ λέξας ἐν βραχεῖ χρόνῳ κακά.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

σοί γ', ἀλλὰ πατρίδι μεγάλα καὶ σωτήρια.

ΚΡΕΩΝ.

οὐκ ἔκλυον, οὐκ ἤκουσα· χαιρέτω πόλις.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἀνὴρ ὅδ' οὐκέθ' αὑτός, ἐκνεύει πάλιν.

v. 924. οὐκέθ' αὑτός] Libri et Scholiastae: οὐκέτ' αὐτός.

v. 925. μαντευμάτων] Sic libri plerique et Scholiastae. Aldus et pauci libri, in quibus Flor. 33. Taurin. Havn., θεσπισμάτων legunt e memoria v. 907.

v. 926. ἀλήθει'] Sic recte scripsit G. Hermannus e cod. Havn. ἀλήθει'. ἡ 'λήθει' Bodl. duo, Guelph. Florr. 2. 5. 6. 9. 18. Mosqu. D. Vulgo: ἡ ἀλήθει'.

v. 927. καὶ γερασμίου τριχός] καὶ τριχὸς γερασμίου Flor. A. 10.

v. 919. Γράφεται καὶ οὕτως· Τί φῄς; ἐμὸν παῖδ' ἕνεκα γῆς σφάξαι θέλεις; SCHOLIASTA. Quae varietas lectionis, forsitan profecta ab histrionibus, mihi deterior recepta scriptura esse videtur, quod pii patris erat ita horrere istam vocem, ut primum ne eloqui quidem vellet.

v. 920. ἅπερ πέφυκε, ταῦτα κἀνάγκη σε δρᾶν] Per mihi mirum videtur, quod interpretes multi hanc librorum omnium et Scholiastarum scripturam falsam esse pronuntiarunt. Continent enim illa verba aptissimam sententiam hanc: Quae evenerunt, ea etiam necesse est te facere, in qua oratione ἅπερ πέφυκε, quae evenerunt, ita dicuntur, ut id quod altiore vi aut naturae lege evenerit intelligendum sit. Quod nemo negabit in ipso verbo πεφυκέναι positum esse, siquidem ea vera vis verbi est. Et sic Tiresias vociferationem Creontis confutare recte potuit. Sententiam bene perspexit Valckenarius, sed errans in eo, quod πέπηγε pro πέφυκε scribi voluit. Nam sententia denique eodem redit, si πέφυκε retines. Mira autem est G. Hermanni ratio, qui edidit: ἅπερ πέφυκε, ταῦτα· κἀνάγκη σε δρᾶν, ita tamen, ut mallet legi: ἅπερ πέφυκ', ἔγωγε· κἀνάγκη σε δρᾶν.

v. 924. ἐκνεύει πάλιν· μετατρέπεται, ἐκφέρεται τῆς πρόσθε γνώμης. SCHOLIASTA.

v. 925. οὐ γὰρ σῶν με δεῖ μαντευμάτων] Deprimit Creon Tiresiae vaticinia. Nam quae ipse v. 870. χρησμούς, v. autem 907. θεσπίσματα et v. 915. θέσφατα, ea Creon simpliciter μαντεύματα dicit. Indicavit discrimen horum verborum iam recte Scholiasta ad v. 915. Θέσφατα, inquit, θεσπίσματα, χρησμοί, τὸ αὐτό, ἐλέγοντο δὲ ἐπὶ θεῶν· μαντεῖαι δὲ καὶ μαντεύμα-

ΚΡΕΩΝ.

χαίρων ἴθ'· οὐ γὰρ σῶν με δεῖ μαντευμάτων.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἀπόλωλεν ἀλήθει', ἐπεὶ σὺ δυςτυχεῖς;

ΚΡΕΩΝ.

ὦ πρός σε γονάτων καὶ γεραςμίου τριχός,

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

τί προςπίτνεις με; δυςφύλακτ' αἰτεῖ κακά.

ΚΡΕΩΝ.

σίγα· πόλει δὲ τούςδε μὴ λέξῃς λόγους.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἀδικεῖν κελεύεις μ'; οὐ σιωπήσαιμεν ἄν.

v. 929. πόλει δὲ] Sic MSS. Bodl. omn., Flor. A. Leidd. A. B. Paris. A. Mosqu. D. Guelph. Flor. 2. 10. Vict. Aug. b. idemque Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34., nisi quod δὲ omittunt. πολίταις e correctione vel glossemate Aldus et rell. Mox λέξεις pro λέξῃς peccant Paris. A. Flor. 21. Aug. d. Harl. Vide ad Med. v. 822.

v. 930. σιωπήσαιμεν ἄν] Sic plerique libri, σιωπήσαιμ' ἄν Aldus et pauci libri.

τα ἐπὶ μάντεων ἀνθρώπων. Cicero, quem reprehendit ad h. l. Valckenarius, quod in Disp. Tusc. I, 48, 116. scripsit: Menoeceus non praetermittitur, qui oraculo edito largitus est patriae suum sanguinem, rem potius designare voluisse videtur, quam singula accuratius persequi.

v. 927. ὦ πρός σε γονάτων κτὲ.] Statius Theb. X, 619 seq.: Nunc humilis genua amplectens, nunc ora canentis Nequidquam reticere rogat.

v. 928. τί προςπίτνεις με; δυςφύλακτ' αἰτεῖ κακά] Sic libri omnes hunc locum scriptum exhibent, nisi quod duo libri non boni, Cantabr. et Flor. 21., αἰτεῖς pro αἰτεῖ vel αἰτῇ habent. Praeter libros etiam Scholiastae receptam scripturam tuentur, quam quidem A. Matthiae explicavit rectissime. Mihi nihil, inquit, mutandum videtur. Petere a Tiresia voluerat Creon, ne exitium filii ab ipso posceret, itaque, ut filium servaret. Quum vero in fatis esset, ut, nisi Haemon immolaretur, urbs exscinderetur, qui illud petebat Creon, simul dici poterat petere id, quod fato destinatum erat, id est, excidium urbis. Is igitur recte ita retulit δυςφύλακτα ad κακά, quod ea mala (nempe excidium urbis) non poterant caveri, nisi ista una ratione. Qua in re G. H. Schaeferus, qui eandem viam explicandi loci ingressus est, erravit, quod δυςφύλακτα ad filii salutem retulit, quam non facile Creon obtinere posset. Multo postponendae sunt librorum scripturae propter ipsam sententiam Porsoni coniectura δυςφύλακτ' ἀρκεῖς κακά, male probata A. Seidlero ad Eurip. Electr. 837., et viri docti in Diario class. fasc.

ΚΡΕΩΝ.

τί δή με δράσεις; παῖδά μου κατακτενεῖς;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἄλλοις μελήσει ταῦτ', ἐμοὶ δ' εἰρήσεται.

ΚΡΕΩΝ.

ἐκ τοῦ δ' ἐμοὶ τόδ' ἦλθε καὶ τέκνῳ κακόν;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ὀρθῶς μ' ἐρωτᾷς, κεἰς ἀγῶν' ἔρχει λόγων.
δεῖ τόνδε θαλάμαις, οὗ δράκων ὁ γηγενὴς
ἐγένετο Δίρκης ναμάτων ἐπίσκοπος,
σφαγέντα φόνιον αἷμα γῇ δοῦναι χοάς,
Κάδμου παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων;

v. 931. *κατακτενεῖς*] Hoc loco et libri plerique et recentiores edd. omnes exhibent. Olim *κατακτανεῖς* legebatur.

v. 933. *δ' ἐμοὶ*] *δέ μοι* Venet. a. b.

v. 935. *θαλάμαις*] Sic plerique libri ac Scholiasta. *θαλάμοις* Aldus et pauci libri, errore facile excusabili.

v. 937. *φόνιον*] *φοίνιον* MS. C. C. C. Flor. A. Leid. A. Gaelph. Flor. 5. 6. 9. 10. 18. 21. 34. Aug. b. Vulgatam ceteri libri et Scholiasta satis tuentur.

v. 940. *κτήσεσθ' Ἄρη*] *κτήσεσθ'* primus emendavit Aem. Portus, idque habent MS. C. C. C. Leidd. A. B. Florr. octo. *κτήσασθ'*

IV. p. 894. *δυσφύλακτ' αἶνει κακά*, coll. Alcest. v. 2., quam nuper recepit G. Hermannus, qui iniuriam fecit A. Matthiae, quod eum piaculum fecisse dixit eo, quod non recepisset istanc coniecturam. Nam ea sententia neque satis apta ad h. l. est et supra iam in v. 920. continetur. Quod autem dicunt non potuisse Tiresiam scire, quid peteret Creon, pro totius loci ratione Tiresiae obscurum esse non poterat Creontem filii mortem velle deprecari, etiam prius, quam sequentem versum elocutus erat.

v. 932. *ἄλλοις μελήσει ταῦτ'*· ὁ Τειρεσίας πρὸς τὸ ἀποκτενεῖς ἀπαντᾷ καὶ φησίν· ἄλλοις ἔσται τοῦτο διὰ φροντίδος, τὸ φονευθῆναι δηλονότι αὐτόν, ὑπ' ἐμοῦ δὲ εἰρήσεται. SCHOLIASTA.

v. 934. *κεἰς ἀγῶν' ἔρχει λόγων*] Cf. Androm. v. 234: *τί σεμνομυθεῖς κεἰς ἀγῶν' ἔρχει λόγων κτέ.*;

v. 935. *δεῖ τόνδε θαλάμαις, οὗ δράκων κτέ.*] „In pictura, quam Philostratus explanat Iconum l. c. IV. p. 768: *λόγιόν τι ὁ Τειρεσίας λέγει, τεῖνον εἰς Μενοικέα τὸν Κρέοντος, ὡς ἀποθανὼν ἔνθα ἡ χειὰ τοῦ δράκοντος, ἐλευθέρα ἡ πόλις ἐκ τούτου εἴη.* Ut Euripides alibi *σηκοὺς Τροφωνίου* et *θαλάμας Τροφωνίου*, sic in Phoenissis permutat *θαλάμας δράκοντος* et *σηκὸν δράκοντος*; vid. vv. 1014. 1015." VALCKENARIUS.

v. 938. *Κάδμου παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων*] Quod Valckenarii coniecturam *Κάδμῳ* pro *Κάδμου* receperunt Brunckius et Porsonus, recte annotat A. Matthiae: „*Κάδμου μηνίματα* dictum est, ut *νερτέρων δωρήματα* Orest. 123., *εὔγματα Παλλάδος* Soph. Antig.

ὃς γηγενεῖ δράκοντι τιμωρεῖ φόνον.
καὶ ταῦτα δρῶντες σύμμαχον κτήσεσθ' Ἄρη.
χθὼν δ' ἀντὶ καρποῦ καρπὸν ἀντί θ' αἵματος
αἷμ' ἢν λάβῃ βρότειον, ἕξετ' εὐμενῆ
γῆν, ἥ ποθ' ὑμῖν χρυσοπήληκα στάχυν
σπαρτῶν ἀνῆκεν· ἐκ γένους δὲ δεῖ θανεῖν
τοῦδ', ὃς δράκοντος γέννος ἐκπέφυκε παῖς.
σὺ δ' ἐνθάδ' ἡμῖν λοιπὸς εἶ σπαρτῶν γένους
ἀκέραιος, ἔκ τε μητρὸς ἀρσένων τ' ἄπο,
οἵ σοί τε παῖδες. Αἵμονος μὲν οὖν γάμοι
σφαγὰς ἀπείργουσ'· οὐ γάρ ἐστιν ἤθεος·
κεἰ μὴ γὰρ εὐνῆς ἥψατ', ἀλλ' ἔχει λέχος.

Ald. et edd. vett., Guelph. Taurin. Havn. *κτήσοισθ'* Flor. 33. Harl., dein *Ἄρην* Ald. et edd. vett., tum Guelph. Florr. octo. *Ἄρη* Flor. A. 10.

v. 943. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* Paris. A. Flor. 2. Vict. Aug. Recepit Brunckius.

v. 950. Nulla idonea causa motus Valckenarius hunc quoque versum pro subditicio habuit, qui, nisi sententiam velis perdere, nullo modo abesse potest. Defendit eum versum et explicavit praeter novissimos criticos G. N. Buschius in Obss. ad Phoen. specimine (Rostock. 1826.) p. 7 seqq.

1185. ab *δωρεῖσθαί τινι*, *εὔχεσθαί τινι*. Simile est infra v. 1389: *διὰ φίλων ὀῤῥωδίαν* ab *ὀῤῥωδεῖν* vel *δεδιέναι τινί*. Nec obstat alter genitivus *Ἄρεος*. Saepe enim duo genitivi diversa vi uni verbo vel substantivo adduntur. Vid. Gramm. Gr. §. 314. Schaefer. ad Soph. Ai. 53."

v. 939. *ὃς γηγενεῖ δράκοντι τιμωρεῖ φόνον*] Propterea persequitur Mars caedem draconis, quod eius filius ille dicebatur. De ea re et omnino de dracone isto vide supra v. 660. cum annotatione nostra.

v. 945. *ὃς δράκοντος γέννος ἐκπέφυκε παῖς*] Videtur haec ante oculos habuisse Accius in Phoenissis ap. Nonium p. 426, 1: Ab dracontis stirpe exortus: genere antiquior, ita ut extrema verba ad sequentia pertineant. — Praeterea recte comparaverunt interpretes Statii Theb. X, 607: Martius inferias et saeva efflagitat anguis Sacra, cadat generis quicumque novissimus exstat Viperei: datur hoc tantum victoria pacto. v. 662: Terrigenam cuncto patriae pro sanguine poscunt, tum Hygini fab. LVII., ubi Tiresias respondit: si quis e draconteo genere superesset et pro patria interiisset, oppidum clade liberari.

v. 948 seq. *Αἵμονος μὲν οὖν γάμοι σφαγὰς ἀπείργουσ'*] Haemonis nuptiae mox futurae. Id quemadmodum dicatur, explicatur mox v. 950., qui hanc sententiam habet: Etsi enim lectum genialem nondum attigit, tamen habet coniugium, quod est desponsatus, ut non satis integer ad immolationem esse videatur. *ἤθεος* quemadmodum

οὗτος δὲ πῶλος, τῇδ' ἀνειμένος πόλει,
θανὼν πατρῴαν γαῖαν ἐκσώσειεν ἄν.
πικρὸν δ' Ἀδράστῳ νόστον Ἀργείοισί τε
θήσει, μέλαιναν κῆρ' ἐπ' ὄμμασιν βαλών,
κλεινάς τε Θήβας. τοῖνδ' ἑλοῦ δυοῖν πότμοιν
τὸν ἕτερον· ἢ γὰρ παῖδα σῶσον ἢ πόλιν.
τὰ μὲν παρ' ἡμῶν πάντ' ἔχεις· ἡγοῦ, τέκνον,
πρὸς οἶκον. ὅςτις δ' ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ,
μάταιος· ἢν μὲν ἐχθρὰ σημήνας τύχῃ,
πικρὸς καθέστηχ' οἷς ἂν οἰωνοσκοπῇ·
ψευδῆ δ' ὑπ' οἴκτου τοῖσι χρωμένοις λέγων,
ἀδικεῖ τὰ τῶν θεῶν. Φοῖβον ἀνθρώποις μόνον
χρῆν θεσπιῳδεῖν, ὃς δέδοικεν οὐδένα.

v. 954. *μέλαιναν*] Aem. Portus. Habent MS. C. C. C. Flor. A. Leidd. A. B. Guelph. Florr. omnes, Vict. Taurin. *μέλεαν* edd. vett. et pauci libri.

v. 958. *χρῆται*] Sic libri tantum non omnes et Scholiastae, etiam Eustath. ad Iliad. I. p. 48, 42. (36, 46.). Edd. vett. et perpauci libri peccant *χρᾶται*.

v. 959. *ἢν μὲν ἐχθρὰ*] Sic libri prope omnes, *ἢν μὲν γὰρ ἐχθρὰ* Aldus et edd. vett., tum Aug. d. Havn. e glossemate.

v. 963. *χρῆν*] *χρὴ* Plutarch. de Pyth. orac. p. 407. D.

dicatur, explicat Eustath. ad Il. p. 382, 6.

v. 952. *θανὼν πατρῴαν γαῖαν ἐκσώσειεν ἄν*] Hanc superstitionem atrocia facinora divinitus etiam in posteris puniri et sic conciliari rursus gratiam deorum iam exagitavit Bion ap. Plutarch. de sera numinis vind. p. 561. C., qui dicit: *τὸν θεὸν κολάζοντα τοὺς παῖδας τῶν πονηρῶν γελοιότερον εἶναι ἰατροῦ διὰ νόσον πάππου καὶ πατρὸς ἔκγονον ἢ παῖδα φαρμακεύοντος*, atque adeo Euripides ipse ap. eundem Plutarchum l. l. p. 556. E. dicitur exagitasse deos *τὰ τῶν τεκόντων σφάλματ' εἰς τοὺς ἐκγόνους τρέποντας*. Acceperunt eam opinionem etiam Stoici, qua de re disputavit M. Tullius de nat. deor. III, 38., cuius vide interpretes, et Valcken. ad v. 948.

v. 957. *τὰ μὲν παρ' ἡμῶν πάντ' ἔχεις*] *Ἔχεις* quasi *ἀκήκοας* dictum recte interpretati sunt Scholiastae. Simile est quod dicitur in Soph. Antig. v. 402. Br. *πάντ' ἐπίστασαι*. aut in Philoct. v. 480. *πάντ' ἀκήκοας λόγον*. Gorgias Declam. pro Palam. p. 191, 37: *εἴρηται τὰ παρ' ἐμοῦ καὶ παύομαι*.

v. 958 seq. *ὅστις δ' ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ, μάταιος*] De voce *ἔμπυρος* vide infra v. 1259. De ipsa sententia comparavit Valckenarius Soph. Oed. tyr. 324: *Φεῦ φεῦ· φρονεῖν ὡς δεινόν, ἔνθα μὴ τέλη λύει φρονοῦντι*.

v. 960. *πικρὸς καθέστηχ' οἷς ἂν οἰωνοσκοπῇ*] Cf. Aesch. Choeph. 232: *τοὺς φιλτάτους γὰρ οἶδα νῷν ὄντας πικρούς*. Soph. Ai. 1376: *ἢ κάρτα πολλοὶ νῦν φίλοι, καὖθις φίλοι*. Phil. 254. *πικρὸς θεοῖς*.

v. 963. *θεσπιῳδεῖν*] Annotat Pollux I, 17. hoc verbum Euripideum rideri ab Aristophane in Plut. v. 9: *τῷ δὲ Λοξίᾳ, ὃς θε-*

ΧΟΡΟΣ.

Κρέον, τί σιγᾷς, γῆρυν ἄφθογγον σχάσας;
κἀμοὶ γὰρ οὐδὲν ἧσσον ἔκπληξις πάρα.

ΚΡΕΩΝ.

τί δ' ἄν τις εἴποι; δῆλον οἵ γ' ἐμοὶ λόγοι.
ἐγὼ γὰρ οὔποτ' εἰς τόδ' εἶμι συμφορᾶς,
ὥςτε σφαγέντα παῖδα προςθεῖναι πόλει.
πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισι φιλότεκνος βίος,
οὐδ' ἂν τὸν αὑτοῦ παῖδά τις δοίη κτανεῖν.
μή μ' εὐλογείτω τἀμά τις κτείνων τέκνα.
αὐτὸς δ', ἐν ὡραίῳ γὰρ ἵσταμαι βίῳ,

ἐχρῆν Leid. A. Flor. 34. Aug. b. d.

v. 965. κἀμοὶ γὰρ] κἀμοὶ μὲν Schol. Leid. A. Flor. 10. Aug. b. κἀμοὶ μὲν γὰρ Cantabr.

v. 968. παῖδα] om. Flor. 33. Eius loco τόνδε Harl. Flor. 34. itemque paraphrastes. Recepit Bothius, sine idonea causa.

v. 972. ἵσταμαι] Sic libri plerique, Schol., edd. vett. ἕσταμεν e paucorum librorum indiciis, quorum Flor. A. 10. 2. Vict. ἕσταμεν, Flor. 33. ἕσταμαι, Taurin. ἕσταμεν habent, edidit A. Matthiae, quem recentiores omnes secuti sunt.

σπιφδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου κτέ.

v. 968. ὥςτε σφαγέντα παῖδα προςθεῖναι πόλει] Est summa acerbitas in hac voce, etiam ipsa oratione conspicua: ut caesum filium apponam quasi fruendum civitati. Hinc apparet non posse τόνδε pro παῖδα legi. Immo repetita etiam v. 970. illa voce παῖδα crudelitas istius vaticinii effertur magis.

v. 971. μή μ' εὐλογείτω τἀμά τις κτείνων τέκνα] Eodem modo, quo supra v. 889. Tiresias Creontis personam descripserat tacitus per pronomen τίς, hic iam rursus Creon potissimum Tiresiam indicare videtur, a quo nolit laudari ipse, siquidem ille interfici liberos suos vaticinio suo iubeat, quamquam hoc quidem loco etiam latius haec oratio patere poterit, ut omnino Creon se dicat a nullo homine laudari velle, quasi servatorem patriae, si ille liberos suos interfectos cupiat.

v. 972 seq. Non satis recte hos duo versus intellexisse mihi videtur G. Hermannus, qui nuper miratus est, quod nemo eos suppositicios esse censuerit. Neque enim hac voce Creon hoc significat, se filii loco animam suam pro patria proditurum esse eo modo, quo Tiresias iusserat aliquem e Spartorum stirpe immolari, quia nec iuvenis ipse erat neque iam ullam istius vaticinationis rationem habet. Sed utpote pius pater, ita detestatur immolationem filii, ut potius ipse pro patria mori velit, quam pati immolari filium suum. Hoc autem pro patria mori pertinet ad pugnam atque liberationem patriae non ab ira Martis, sed ab impetu hostium. Quapropter etiam adiunxit: ἐν ὡραίῳ γὰρ ἵσταμαι βίῳ, quo significat se vires adhuc habere, ut ob liberandam

θνήσκειν ἕτοιμος, πατρίδος ἐκλυτήριον.
ἀλλ' εἶα, τέκνον, πρὶν μαθεῖν πᾶσαν πόλιν,
ἀκόλαστ' ἐάσας μάντεων θεσπίσματα,
φεῦγ' ὡς τάχιστα τῆσδ' ἀπαλλαχθεὶς χθονός·
λέξει γὰρ ἀρχαῖς καὶ στρατηλάταις τάδε,
πύλας ἐφ' ἑπτὰ καὶ λοχαγέτας μολών·
κἂν μὲν φθάσωμεν, ἔστι σοι σωτηρία·
ἢν δ' ὑστερήσῃς, οἰχόμεσθα, κατθανεῖ.

ΜΕΝΟΙΚΕΥΣ.

ποῖ δῆτα φεύγω; τίνα πόλιν; τίνα ξένων;

ΚΡΕΩΝ.

ὅπου χθονὸς τῆσδ' ἐκποδὼν μάλιστ' ἔσει.

ΜΕΝΟΙΚΕΥΣ.

οὔκουν σὲ φράζειν εἰκός, ἐκπονεῖν δ' ἐμέ.

v. 973. *θνήσκειν ἕτοιμος*] Sic MS. C. C. C. Flor. A. Leidd. A. B. Guelph. Florr. octo, Taurin. Olim legebatur *θνήσκειν ἑτοιμός εἰμι*, quod est in Flor. 2. Vict. Aug. d. Havn. e glossemate natum.

v. 975. *μάντεων*] *μάντεως* codd. Kingii omnes, Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. Aug. b. d. Havn. *μάντεων* videntur codd. Flor. 2. 10. 33. Taurin. habere cum edd. vett.

v. 976. *ἀπαλλαχθεὶς*] *ἀπαλλαγεὶς* Aldus et rell., Paris. A. Flor, 2. 33. Ceteri libri receptam a nobis scripturam agnoscunt.

patriam in pugnam atque ad mortem proficisci possit. Hoc si dicit, etiam Menoeceum eius vox non poterat movere, ut nollet fugere, quoniam pater non eius loco mori vellet, sed tantummodo omnia pericula mortis plena pro patria subire ea conditione, uti ne filius immolaretur, ut bona spe esse posset Menoeceus fortasse futurum, ut integer ex illis periculis pater evaderet. Neque vox *ἐκλυτήριον* per se expiationem significat, sed omnino liberationem, quemadmodum usurpata est etiam in Soph. Oed. tyr. v. 392.

v. 973. *θνήσκειν ἕτοιμος*] Nota in hac formula ellipsis verbi substantivi est, etiam apud oratores Graecos, veluti in Luciani Gallo s. somnio §. 6. *ἕτοιμος λέγειν* dicitur et alias alia. Vide quae ego ad Medeam v. 612. p. 69. ed. II. et Pflugkius ad Helenam v. 1523. p. 141. annotavimus, et consule quos laudat Matth. §. 306. p. 607. ed. II.

v. 975. *μάντεων*] Etsi res ad unum Tiresiam pertinet, recte tamen poeta numerum pluralem posuit, quod sic res patet longius eoque gravior fit oratio. Apposite comparavit Valckenarius Statii Theb. X, 717: Non me ulli monitus nec vatum exorsa furentum Sollicitant manesque movent: sibi callidus ista Tiresias nataeque canat. Quamquam inde non necessario sequitur Statium, si hunc ipsum Euripidis locum ante oculos habuit, in suo libro *μάντεων*, non *μάν-*

ΚΡΕΩΝ.

Δελφοὺς περάσας

ΜΕΝΟΙΚΕΥΣ.

ποῖ με χρή, πάτερ, μολεῖν;

ΚΡΕΩΝ.

Αἰτωλίδ' ἐς γῆν.

ΜΕΝΟΙΚΕΥΣ.

ἐκ δὲ τῆςδε ποῖ περῶ;

ΚΡΕΩΝ.

Θεσπρωτὸν οὖδας.

ΜΕΝΟΙΚΕΥΣ.

σεμνὰ Δωδώνης βάθρα;

v. 981. ποῖ] ποῦ Harl. Flor. 33. Havn. πῆ Flor. 2. Vict. Mox ξένον Cant. M. R. Flor. 2. Vict. Havn.

v. 984. Δελφοὺς περάσας] Sic Canterus in Nov. lect. IV, 1. Libri enim Δελφοὺς περάσας φεῦγε, nisi quod in Cantabr. e recensione tantummodo additum, in Paris. B. m. pr. omissum est φεῦγε. Mox MS. C. C. C. Leid. B. K. L. Mosqu. D. Guelph. Flor. 2. 5. 6. 9. 18. 21. om. πάτερ e falsa correctione.

v. 986. Θεσπρωτὸν] Usitato errore in quosdam libros et edd. vett. venit Θεσπρωτῶν. Non pauci libri veram scripturam comprobarunt.

τεως invenisse. Nam singulas res non tam accurate reddiderunt veteres in imitatione aliorum scriptorum.

v. 976. Legitur hic versus, quod quotidianam quandam sententiam continet, rursus in Helena v. 780. ed. Pflugk.

v. 978. πύλας ἐφ' ἑπτὰ καὶ λοχαγέτας μολών] Quod Scholiasta cod. Aug. ad priorem versum annotavit post illum versum hunc supervacaneum esse, falsus est. Nam hoc denique versu significatur, quemadmodum Menoeceus, nisi properet, per nullam e septem illis portis effugere possit, si Tiresias circum septem portas et singularum cohortium ductores circumcurrerit.

v. 981. τίνα ξένων;] Mihi propterea h. l. aptius dici videtur τίνα ξένων, quam τίνα ξένον, quoniam prius illud magis indicat Creonti eiusque domui, ut par erat ex stirpe regia oriundae, satis magnum numerum hospitum fuisse, e quibus quem potissimum eligat, iam quaerere videatur Menoeceus. Nam τίνα ξένον etiam is quaerere potest, qui unum aut alterum hospitem habet. Habuit τίνα ξένων etiam Scholiasta, εἰς τίνα τῶν φίλων interpretans.

v. 985. Αἰτωλίδ' ἐς γῆν] Recte horum verborum causam rationemque perspexit A. Matthiae, qui omisso iure post περάσας imperativo φεῦγε, non tamen putavit e superiore oratione v. 981. repetendam esse illam ipsam fugiendi notionem, sed, priusquam perfecisset Creon ora-

ΚΡΕΩΝ.

ἔγνως.

ΜΕΝΟΙΚΕΥΣ.

τί δῆτα ῥῦμά μοι γενήσεται;

ΚΡΕΩΝ.

πόμπιμος ὁ δαίμων.

ΜΕΝΟΙΚΕΥΣ.

χρημάτων δὲ τίς πόρος;

ΚΡΕΩΝ.

ἐγὼ πορεύσω χρυσόν.

v. 987. *τί δῆτα ῥῦμα*] Sic correxit Valckenarius librorum scripturam, quam plerique critici secuti sunt. Auctore Musgravio nuper *τί δὴ τόδ' ἔρυμα* edidit G. Hermannus. Libri: *τί δῆτ' ἔρυμα*, ut ego Euripidem scripsisse credam: *τί δῆτά γ' ἔρυμα.* De coniunctis particulis *δῆτά γε* vide quae dixi ad Devarium Vol. II. p. 441.

v. 990. Verba *χώρει νυν* et v. 994. in vett. edd. et codd. tribuuntur Creonti, quae omnia nunc recte cum Menoecei orationem suam, interposita voce: *ποῖ με χρή, πάτερ, μολεῖν;* Menoeceum iam monstrasse, quid verbi ad complendam Creontis orationem assumendum esset. Id esse *μολέ* vel simile verbum, infinitivo *μολεῖν* satis indicatum.

v. 989. *ἐγὼ πορεύσω χρυσόν*] *Πορεύσω* pro eo, quod dici poterat *ποριῶ*, recte interpretatus est Abreschius ad Aesch. Eumen. v. 235. p. 293. ed. Hal., ut id esset fere idem quod Batavorum geld overmaken vel overzenden (übermachen vel übersenden), et A. Matthiae sic: ego pecuniam ad te transportandam s. transmittendam curabo. Nam Valcken. *ἔγωγε πορίσω* scribendum coniecerat. Glossatores: *ἀποπέμψω*, *ἀποστελῶ*.

v. 990. *ὡς* nam vertendum esse vix commemorarem, nisi viderem veteres Scholiastas *ὡς πρός* quasi pleonasmo iuncta existimasse, quod est falsissimum.

v. 991. *Ἰοκάστης λέγω*] Retinui cum G. Hermanno hanc veterum editionum scripturam, quam confirmaverunt Havn. Flor. 2. 10. 33., quia sic concinniorem orationem habemus, aptissimam h. l. propterea, quod in relativa enuntiatione haec omnia posita sunt. Vide Soph. Ai. v. 566: *Τελαμῶνι δείξει μητρί τ', Εὐβοίᾳ λέγω.* et quae ad eum locum G. Hermannus et Chr. A. Lobeckius commentati sunt. Similiter Latini saepe locuti sunt, veluti M. Tullius pro M. Coelio cap. 13. §. 32: Quod quidem facerem vehementius, nisi intercederent mihi inimicitiae cum istius mulieris viro: fratre volui dicere: semper hic erro. Ceteri libri *Ἰοκάστην λέγω* omnes exhibent, quod per se falsum non est.

v. 993. *προσηγορήσων εἶμι καὶ σώσω βίον*] Hanc scripturam MS. C. C. C. Laud. 89. Leidd. A. B.

ΜΕΝΟΙΚΕΥΣ.

εὖ λέγεις, πάτερ.
χώρει νυν· ὡς σὴν πρὸς κασιγνήτην μολών,
ἧς πρῶτα μαστὸν εἵλκυσ', Ἰοκάστης λέγω,
μητρὸς στερηθεὶς ὀρφανός τ' ἀποζυγείς,
προςηγορήσων εἶμι καὶ σώσω βίον.
ἀλλ' εἶα, χώρει· μὴ τὸ σὸν κωλυέτω.
γυναῖκες, ὡς εὖ πατρὸς ἐξεῖλον φόβον,
κλέψας λόγοισιν, ὥςθ' ἃ βούλομαι τυχεῖν·
ὅς μ' ἐκκομίζει, πόλιν ἀποστερῶν τύχης,
καὶ δειλίᾳ δίδωσι. καὶ συγγνωστὰ μὲν
γέροντι, τοὐμὸν δ' οὐχὶ συγγνώμην ἔχει.

coniuncta sunt. Ceterum *χώρει νυν* scripsit Barnesius, codd. et edd. vett. *χώρει νῦν*, usitato errore.

v. 997. *ὅς μ' ἐκκομίζει, πόλιν ἀποστερῶν τύχης*] Sic Grotius, MS. C. C. C. Leidd. A. B. Guelph. Florr. omnes, Vict., tum Flor. A., nisi quod is *ἀποστερῶν πόλιν τύχης* habet. *ὅς μ' ἐκκομίζει πόλεως, ἀποστερῶν τύχης* Aldus et om. *μ'* rell. *ὅς μ' ἐκκομίζεις πόλεως* Aug. d. Havn.

Mosqu. D. Flor. 5. 6. 9. Aug. b. Havn., etiam a Scholiastis agnitam, propterea servavi cum plerisque criticis, quod et per se par est verba *καὶ σώσω βίον* constare per sese et quia infra v. 1001. in ea sententia, quae huic respondet, *εἶμι καὶ σώσω πόλιν* eodem modo dicitur. Vicinitas participii *προςηγορήσων* peperit scripturam *καὶ σώσων βίον*, quae est in aliquot libris, inferior autem versus alteram, etiam propter ipsam sententiam falsam, *καὶ σώσω πόλιν*, quae est in Flor. 18. 21. 34.

v. 994. *μὴ τὸ σὸν κωλυέτω*] *τὸ σόν*: quantum in te est. Plenius hoc dicitur in Rheso v. 404 seq: *σὺ δ' ἐγγενὴς ὢν βάρβαρός τε βαρβάρους Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες τὸ σὸν μέρος.* Vide Matth. §. 283. Rost. §. 104, 10. p. 504. ed. VI.

v. 995. *γυναῖκες, ὡς εὖ πατρὸς ἐξεῖλον φόβον κτλ.*] Post priorem versum a scena discessit Creon, quamobrem iam Menoeceus appellans chorum liberius de consilio suo profitetur.

v. 996. *ὥςθ' ἃ βούλομαι τυχεῖν*] De attractione non facta vide quae ipsi disputavimus ad Medeam v. 753: *καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι.* p. 83. ed. Pflugk. II. De re vide Statium Theb. X, 715: Fraude patrem tacita subit avertitque timorem.

v. 997. *πόλιν ἀποστερῶν τύχης*] Nempe, ut per me servetur.

v. 998. *καὶ δειλίᾳ δίδωσι*] Libanius Tom. I. p. 171. Menoeceum sic facit loquentem: *Ὁ πατὴρ ὅλος τῆς φύσεώς ἐστι καὶ τὸν παῖδα βούλεται σώζεσθαι, καὶ φυγῆς μοι δίδωσι σύνθημα.* De *συγγνωστά*, ubi *συγγνωστόν* exspectaveris, vide Pflugk. ad Herc. fur. v. 583. Matth. §. 443, 1. p. 829. ed. II.

v. 999. *τοὐμὸν δ' οὐχὶ συγγνώμην ἔχει*] *τοὐμόν* non plane idem

προδότην γενέσθαι πατρίδος, ἥ μ' ἐγείνατο.
ὡς οὖν ἂν εἰδῆτ', εἶμι καὶ σώσω πόλιν,
ψυχήν τε δώσω τῆσδ' ὑπερθανεῖν χθονός.
αἰσχρὸν γάρ, οἱ μὲν θεσφάτων ἐλεύθεροι,
κοὐκ εἰς ἀνάγκην δαιμόνων ἀφιγμένοι,
στάντες παρ' ἀσπίδ' οὐκ ὀκνήσουσιν θανεῖν,
πύργων πάροιθε μαχόμενοι πάτρας ὕπερ·
ἐγὼ δὲ πατέρα καὶ κασίγνητον προδοὺς
πόλιν τ' ἐμαυτοῦ δειλὸς ὡς ἔξω χθονὸς

v. 1002. *ψυχήν τε δώσω*] Sic Kingius, Flor. A. Leidd. A. B. Paris. A. Mosqu. D. Guelph. Florr. praeter 33. omnes. Vulgo: *ψυχὴν δὲ δώσω.*

v. 1003. *οἱ μὲν*] Sic edd. vett. et libri prope omnes: *εἰ οἱ μὲν* Flor. 18. 34. e glossemate, quod habent Schol. Aug. et Guelph.: *λείπει τὸ εἰ.* Hinc Grotius et Barnesius male *εἰ μὲν* ediderunt. Vide explicationem.

v. 1006. *πάροιθε*] *πάροιθεν* Mosqu. D. Flor. 5. 10. 18. 21. 34. Mox *πατρίδος* pro *πάτρας* (*πάτρης* Flor. 2. Vict.) MSS. duo ap. Porson. Flor. 34. Aug. b.

v. 1010. *μὰ τὸν*] Flor. A. Leid. A. Paris. A. Guelph. Florr. omnes, tum Plutarch. Tom. II. p. 23. B. *οὐ μὰ τὸν* edd. vett.,

est quod *ἐγώ*, sed est fere mea ratio et conditio, quasi nostro sermone dicas in simili causa: das ist dem Greise zu verzeihen, doch mein Verhältnifs verstattet nicht gleiche Nachsicht. Sic in Andromacha v. 235. dicitur: *ὡς δὴ σὺ σώφρων, τἀμὰ δ' οὐχὶ σώφρονα.* et v. 1186: *τὸ σόν τ' ἦν ὧδ' ἂν εὐτυχέστερον.* Vide quae collegit Pflugkius ad Androm. v. 235. p. 28. Matth. §§. 269. 285.

v. 1000. *ἥ μ' ἐγείνατο*] Ne quis putet hoc de patria terra abundanter dici, commemoro causam ea voce contineri, quamobrem prodere patriam non debeat, quippe cui illa saepe a Graecis oratoribus commemorata *τροφεῖα* solvenda sint.

v. 1002. *τῆσδ' ὑπερθανεῖν χθονός*] Infinitivus hic epexegesin prioris sententiae, *ψυχήν τε δώσω*, continet. De *ὑπερθανεῖν* cum genitivo iuncto vide infra v. 1098: *ὁ γῆς ὑπερθανών.* v. 1313: *γῆς ὄλωλ' ὑπερθανών.* v. 1256: *νῦν πόλεως ὑπερμαχεῖς.* et quae accurate de ea re explicavit C. Wexius ad Soph. Antig. v. 626. p. 204.

v. 1003. *αἰσχρὸν γάρ, οἱ μὲν θεσφάτων ἐλεύθεροι κτὲ.*] Quod Scholiastae dicunt, omissam esse *εἰ* particulam, falsum est, quamquam etiam poni illa potuit hoc loco. Nunc oratio aliquanto fortior est, quasi Latine dicas: Turpe enim: hi liberi ab oraculo — non detrectabunt mori, ego autem — abibo, modo ne interrogationis signum inferas, quod voluit A. Matthiae, ipse, ut videtur, meliora edoctus in Gr. Gr. ampl. §. 432, 5. p. 805. ed. II. — De constructione in v. *θεσφάτων ἐλεύθεροι* vide Matth. §. 351. p. 663. ed. II. Rost. §. 108, 4. p. 537. ed. VI.

v. 1004. *εἰς ἀνάγκην δαιμόνων*] Fere idem sibi vult, quod infra v. 1767: *αἱ ἐκ θεῶν ἀνάγκαι.* Eodem modo mox v. 1074. dicitur *δαιμόνων τις ἄτα.*

ἄπειμ'· ὅπου δ' ἂν ζῶ, κακὸς φανήσομαι.
μὰ τὸν μετ' ἄστρων Ζῆν' Ἄρην τε φοίνιον,
ὃς τοὺς ὑπερτείλαντας ἐκ γαίας ποτὲ
σπαρτοὺς ἄνακτας τῆςδε γῆς ἱδρύσατο.
ἀλλ' εἶμι, καὶ στὰς ἐξ ἐπάλξεων ἄκρων
σφάξας ἐμαυτὸν σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ
δράκοντος, ἔνθ' ὁ μάντις ἐξηγήσατο,
ἐλευθερώσω γαῖαν. εἴρηται λόγος.
στείχω δέ, θανάτου δῶρον οὐκ αἰσχρὸν πόλει

Mosqu. D. Aug. d. Havn., quod natum est e gloss. codd. Guelph. Flor. 5. 6. 9: λείπει τὸ οὐ. Contra μὰ om. Kingius et perpauci libri interpolati. Tum Ἄρην τε φοίνιον plerique libri, perpauci Ἄρη τε φόνιον.

v. 1014. μελαμβαθῆ] Sic edd. vett. et Flor. 2. 10. 33. Aug. d. Havn. μελαμβαφῆ plerique libri, quod ortum est e falsa pronuntiatione θ literae.

v. 1017. θανάτου δῶρον] Sic edd. vett., Barnesius et Musgravius e MS. B. et Ask. Habent Paris. A. Flor. 2. 10. 33. Aug. d. Havn. Agnoscit etiam Scholiasta. Vulgo et in MS. C. C. C. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. sex θανάτῳ, Aug. b. θανάτῳ (ου). Vide explicationem.

v. 1008. δειλὸς ὣς] Est hoc idem, quasi nostro sermone dicas: wie ein Feigling, ut nullo modo coniectura δοῦλος ὣς opus sit.

v. 1013. στὰς ἐξ ἐπάλξεων ἄκρων] „Στὰς ἐξ ἐπάλξεων ἄκρων σφάξας breviter dictum pro στὰς ἐπ' ἐπάλξεων ἄκρων ἐκεῖθεν σφάξας. Conf. 1099. Sic intelligendum Ἐτεοκλέης δ' ὑπῆρξ' ἀπ' ὀρθίου σταθεὶς Πύργου 1227., ubi ἐπ', quod alii habent, deberi videtur interpreti. Vid. not. ad Demosthen. p. 13, 17." G. H. SCHAEFER.

v. 1014. σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ] Μελαμβαθής adiectivum significans id, quod altum ac nigrum fundum habet, ad hunc locum est aptissimum, quum plane ineptam sententiam habeat μελαμβαφῆ, quod e libris h. l. reponere vellent quidam interpretes. Similiter locutus est Aeschylus Prom. v. 219 seq.: Ταρτάρου μελαμβαθὴς κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον. et Apollon. Rhod. IV, 617: μελαμβαθέος ποταμοῖο. recteque etiam in Sophoclis fragm. e Polyxena, quod habet Porphyrius ap. Stob. Ecl. phys. I, 52. p. 1008., nunc scriptum editur: Ἀκτὰς ἀπαίωνάς τε καὶ μελαμβαθεῖς Λιποῦσα λίμνης ἦλθον κτέ.

v. 1015. ἔνθ' ὁ μάντις ἐξηγήσατο] Cf. supra v. 935 seqq.

v. 1016. εἴρηται λόγος] Est fere Latinorum: dixi, de quo vide quae ego explicavi ad M. Tullii act. in C. Verrem I. cap. 18. §. 56. Vol. II. p. 690. Similiter ipse Euripides in Oreste v. 1200. Pors.: Τήνδ' ἡμῖν ἔχω Σωτηρίας ἔπαλξιν. εἴρηται λόγος, quod dicitur, ut significetur in hac quam iam diximus sententia nihil iam mutandum videri eamque firmiter obtineri ab eius auctore.

v. 1017 seq. θανάτου δῶρον οὐκ αἰσχρὸν πόλει δώσων] θανάτου δῶρον, mortis donum, quod negavit A. Matthiae intelligi

δείσων, νόσου δὲ τήνδ᾽ ἀπαλλάξω χθόνα.
εἰ γὰρ λαβὼν ἕκαστος ὅ τι δύναιτό τις
χρηστὸν διέλθοι τοῦτο, κεὶς κοινὸν φέροι
πατρίδι, κακῶν ἂν αἱ πόλεις ἐλασσόνων
πειρώμεναι τὸ λοιπὸν εὐτυχοῖεν ἄν.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφή.)

ἔβας, ἔβας, ὦ πτεροῦσσα, γᾶς λόχευμα
νερτέρου τ᾽ Ἐχίδνας,

v. 1018. ἀπαλλάξω] ἀπαλλάξων duo MSS. Burtoni, Flor. 2. 5. 6. 9. 10. 33. ἀπαλλάξαι Paris. A.

v. 1023. ὦ πτεροῦσσα] Ald. et codd. ὦ πτεροῦσα (nisi quod Harl. et Flor. 33. πτερόεσσα habent), usitato in his contractionibus errore.

v. 1026. πολύστονος, πολύφθορος] Sic Ald. et edd. vett., Flor. 33. Aug. d. Havn. πολύφθορος, πολύστονος K. MS. B. et Ask.

ullo modo posse, dixit Euripides pro eo, quod dici poterat: θάνατον δῶρον οὐκ αἰσχρὸν πόλει δώσων, mortem meam quasi donum non turpe civitati daturus.

v. 1019. εἰ γὰρ λαβὼν ἕκαστος κτέ.] Similem sententiam in Euripidis Erechtheo Praxitheam in extrema oratione sua posuisse annotavit Valckenarius. Sic enim illa loquitur ap. Lycurg. c. Leocr. §. 100. ed. Bekk. v. 53 seqq.: Ὦ πατρίς, εἴθε πάντες, οἳ ναίουσί σε, Οὕτω φιλοῖεν ὡς ἐγώ· καὶ ῥᾳδίως Οἰκοῖμεν ἄν σε κοὐδὲν ἂν πάσχοις κακόν.

v. 1023 seqq. ἔβας, ἔβας· πρὸς οὐδὲν ταῦτα· ἔδει γὰρ τὸν χορὸν οἰκτίσασθαι τὸν θάνατον Μενοικέως ἢ ἀποδέχεσθαι τὴν εὐψυχίαν τοῦ νεανίσκου, ἀλλὰ τὰ περὶ Οἰδίπουν καὶ τὴν Σφίγγα διηγοῦνται τὰ πολλάκις εἰρημένα. SCHOLIASTA. Auctore Aristotele in arte poet. cap. 18., qui universam rationem chori in Euripideis fabulis vituperat his verbis: τὸν χορὸν ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὥσπερ παρ᾽ Εὐριπίδῃ, ἀλλ᾽ ὥσπερ παρὰ Σοφοκλεῖ, iam etiam alii critici veteres quum universam chori Euripidei rationem, tum hanc ipsam fabulam reprehenderunt, in quam rem comparaverunt interpretes Schol. ad Aristoph. Acharn. v. 442: Εὐριπίδης εἰσάγει τοὺς χοροὺς οὐ τὰ ἀκόλουθα φθεγγομένους τῇ ὑποθέσει, ἀλλ᾽ ἱστορίας τινὰς ἀπαγγέλλοντας, ὡς ἐν ταῖς Φοινίσσαις, et qui eodem spectavisse videtur, Accium in didascalic. II. apud Nonium p. 178, 22. ed. Merc.: Sed Euripides, qui choros temerius in fabulis —. De recentioribus vide Grotium in Proleg. 30. Sam. Fr. Nath. Morum in diss. de Euripidis Phoenissis (Lips. 1771). G. Hermannum in praef. p. XXI seq.

v. 1023. ὦ πτεροῦσσα] Πτεροῦσσα Sphinx absolute hoc loco dicitur, et in extrema hac stropha πτεροῦσσα παρθένος, eoque magis omitti substantivum poterat, quod mox verbis: γᾶς λόχευμα νερτέρου τ᾽ Ἐχίδνας, magis etiam significatur, quae ista illa sit, et quia quod infra v. 1031. sequitur pronomen relativum aptius cum superiore hac oratione cohaeret, ut haec primaria sen-

Καδμείων ἁρπαγᾷ,
πολύστονος, πολύφθορος,
μιξοπάρθενος,
δάϊον τέρας,
φοιτάσι πτεροῖς
χαλαῖσί τ' ὠμοσίτοις,
Διρκαίων ἅ ποτ' ἐκ
τόπων νέους πεδαίρουσ'
ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν,

ap. Musgr. Flor. A. 2. 10. Taurin. πολύστονος, πολύμοχθος, quo iugulatur versus, MS. C. C. C. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. b.

v. 1027. μιξοπάρθενος] μιξοπάρθενον Leid. alter, Flor. 34. Aug. b. Receperunt auctore Valckenario etiam A. Matthiae ac Dindorfii.

tentia sit: Venisti, o alata, perniciosa Cadmeorum civitati, quae tollendis adolescentulis Thebis dolores gravissimos attuleris. De forma Sphingis vide v. 46. cum annotat. nostra.

v. 1025. Καδμείων ἁρπαγᾷ] Veritus sum hanc omnium librorum scripturam, etiam a Scholiastis agnitam, cum novissimis editoribus unius cod. Harl. indicio in Καδμείων ἁρπαγά mutare, propterea, quia aptius haec cum ipso verbo ἔβας coniungenda videntur, quod statuendum esse etiam de adiectivis πολύστονος, πολύφθορος recte iam intellexit Scholiasta, qui Καδμείων ἁρπαγᾷ interpretatur: ἐπὶ ἁρπαγῇ τῶν Θηβαίων.

v. 1027. μιξοπάρθενος] Cf. Origenes contra Cels. I. p. 32: Φέρε δή τινα ἀπιστεῖν περὶ Οἰδίποδος καὶ Ἰοκάστης καὶ τῶν γεννηθέντων ἀπὸ ἀμφοτέρων Ἐτεοκλέους καὶ Πολυνείκους διὰ τὸ προςπεπλέχθαι τῷ λόγῳ τὴν Σφίγγα μιξοπάρθενόν τινα.

v. 1028. δάϊον τέρας] Hunc locum ante oculos habuit Hesychius: Δάϊον τέρας· τὸ πολεμικὸν σημεῖον. Supra v. 810. dicebatur οὔρειον τέρας.

v. 1029. φοιτάσι πτεροῖς] Dicitur hoc, ut in Oreste v. 264. μανιάσιν λυσσήμασι, v. 837. δρομάσι βλεφάροις, et fit tantummodo in his casibus, ubi diversitas formae non tantopere exstat, eodem modo, quo Latinorum sermone dicebantur victricia arma et similia, quode praecepit Servius ad Virg. Aen. III, 54. Sic etiam in Helen. v. 1301. δρομάδι κώλῳ habetur, ad quem locum vide quae attulit Pflugkius p. 125. coll. Matth. §. 112. ann. 1. p. 228. ed. II.

v. 1031 seq. Διρκαίων ἅ ποτ' ἐκ τόπων] Haec quemadmodum intelligenda sint, explicavit R. Ungerus in Paradoxis Theb. Vol. I. p. 97.

v. 1033. „ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν cum ἀμφὶ σὰν κιθάραν Alc. 599. comparat I. Tate apud Monk. ad l. l., quae tamen diversa sunt. νεβρὸς ἐχόρευσε — ἀμφὶ σὰν κιθάραν in loco Alcest. est propria vi: saltavit circa citharam tuam, ita tamen, ut cithara motus eius moderaretur; h. l. ἀμφὶ μοῦσαν ἄλυρον est pro σὺν μούσᾳ

ὀλομέναν (τ᾽) Ἐριννὺν,
ἔφερες, ἔφερες ἄχεα πατρίδι
φόνια· φόνιος ἐκ θεῶν
ὃς τάδ᾽ ἦν ὁ πράξας.
ἰάλεμοι δὲ ματέρων,
ἰάλεμοι δὲ παρθένων
ἐστέναζον οἴκοις·
ἰήϊον βοάν, βοάν,
ἰήϊον μέλος, μέλος
ἄλλος ἄλλ᾽ ἐπωτότυζε
διαδοχαῖς ἀνὰ πτόλιν.
βροντᾷ δὲ στεναγμὸς
ἀχά τ᾽ ἦν ὅμοιος,
ὁπότε πόλεος ἀφανίσειεν
ἁ πτεροῦσσα παρθένος τιν᾽ ἀνδρῶν.

v. 1041. *ἰήϊον*] Sic utroque loco libri tantum non omnes. Olim legebatur *ἠϊον*. Mox *βοάν* et *μέλος* semel tantummodo in libris est. Reprehendit Scholiasta metricus ad v. 1023—1074., qui: *Ἐλλιπῆ δὲ ὄντα*, inquit, *τὰ κῶλα πρὸς τὰ τῆς ἀντιστροφῆς ἀνεπληρώθη παρ᾽ ἐμοῦ ὁμοίαις λέξεσι.*

v. 1043. *ἄλλος ἄλλ᾽*] Sic Battierio auctore primus Valckenarius edidit. Libri et edd. vett., etiam Scholiasta *ἄλλος ἄλλον*. Brunckius scripsit *ἄλλος ἄλλον ἐπωτότυζε.*

v. 1046. *ἀχά τ᾽*] Sic Musgravio auctore cum Dindorfiis G. Hermannus nuper edidit. Libri *ἰαχά τ᾽*. Vide Elmsl. ad Heraclid. v. 752. Librorum scripturam ita defendi posse putavit Matth. §. 59. p. 128. ed. II., ut *ἰαχά* per synizesin *δισυλλάβως* *ἀλόγῳ*, ut v. 807. *ἀμουσοτάταισι σὺν ᾠδαῖς*, ita tamen, ut indicetur cantilenam illam per totam actionem, quae verbo indicatur, continuari et eam quasi cingere. Similiter Pind. Ol. X, 92: *ἀείδετο δὲ πᾶν τέμενος τερπναῖσι θαλίαις τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον.*" A. MATTHIAE.

v. 1034. *ὀλομέναν τ᾽ Ἐριννύν· φθοροποιόν. ἐπειδὴ φθορᾶς αἰτία ἦν ἡ μοῦσα, διὰ τοῦτο Ἐριννὺν οὐλομένην αὐτὴν λέγει.* SCHOL.

v. 1036. *φόνιος ἐκ θεῶν*] Recte Scholiasta: *ὁ ἐκ θεῶν ταῦτα πράξας, οὗτος φόνιος ἦν*, quocirca necesse est intelligi comma, quod vulgo post *θεῶν* ponunt, tollendum esse.

v. 1042 seq. *ἰήϊον μέλος, μέλος ἄλλος ἄλλ᾽ ἐπωτότυζε*] Plene erit *ἄλλος ἄλλο*, non *ἄλλα*: lugubre carmen alius aliud querebatur.

v. 1049. *Πυθίαις ἀποστολαῖσιν· οὐκ ἐπὶ τὸ ἀνελεῖν τὴν Σφίγγα ἐπέμφθη παρὰ τοῦ Πυθίου Οἰδίπους, ἀλλὰ χρωμένῳ περὶ τῶν γονέων ἀνεῖλεν αὐτῷ ὡς τούτους φονεύσειν. Καὶ ὃς φοβηθεὶς διὰ τὸν χρησμὸν ἀνελθεῖν εἰς Κόρινθον, ἵνα μὴ τὸν δοκοῦντα γονέα Πόλυβον ἀποκτείνῃ, καταλαμβάνει Θήβας.* SCHOL. Vide supra v. 33 seqq.

(ἀντιστροφή.)

χρόνῳ δ' ἔβα Πυθίαις ἀποστολαῖσιν
Οἰδίπους ὁ τλάμων
Θηβαίαν τάνδε γᾶν
τότ' ἀσμένοις, πάλιν δ' ἄχη·
ματρὶ γὰρ γάμους
δυςγάμους τάλας
καλλίνικος ὢν
αἰνιγμάτων συνάπτει,
μιαίνει δὲ πτόλιν·
δι' αἱμάτων δ' ἀμείβει
μυσαρὸν εἰς ἀγῶνα
καταβαλὼν ἀραῖσι
τέκεα μέλεος· ἀγάμεθ', ἀγάμεθ'
ὃς ἐπὶ θάνατον οἴχεται
γᾶς ὕπερ πατρῴας,

pronuntiaretur.

v. 1047. πόλεος] Sic Porsonus. Libri: πόλεως. Mox ἀφανίσαι Musgravius coniecit scribendum pro librorum scriptura ἀφανίσειεν.

v. 1052. ἀσμένοις] Sic Aldus et edd., tum MSS. B. E. P. Ask. ap. Musgr. Paris. A. Florr. 2. 10. 33. Vict. Aug. d. Taurin. Havn. Habuit hoc paraphrastes. ἄσμενος MS. C. C. C. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. sex, idque agnoscit Scholiasta, qui explicat ἡδύς.

v. 1054. τάλας] ὁ τάλας Aldus et libri. Articulum delevit Kingius.

v. 1057. πτόλιν] Sic Kingius e K. Olim legebatur πόλιν.

v. 1052. τότ' ἀσμένοις] Attulerunt ad hanc constructionem defendendam atque explicandam interpretes Aristoph. Pac. v. 582: ἀσμένοισιν ἦλθες ἡμῖν. Soph. Trachin. v. 18: ἀσμένῃ δέ μοι Ὁ κλεινὸς ἦλθε. Aesch. Prom. v. 23: ἀσμένῳ δέ σοι Ἡ ποικιλείμων νὺξ ἀποκρύψει φάος. Sine pronomine similiter ut h. l. dixit Sophocl. in Oed. Col. v. 1505. Brunck.: ἄναξ, ποθοῦντι προὐφάνης. Cf. Matth. §. 388. d. Rost. §. 105, 2, 2. p. 511. ed. VI.

Ibid. πάλιν δ' ἄχη] Cave ἄχη auctore Scholiasta, qui ἀπὸ τοῦ κοινοῦ suppleri vult συνάπτει, pro accusativo habeas. Est is nominativus, ad quem explicandum e superiore oratione, in qua dicitur Oedipus primum Thebanis volentibus venisse, et quidem e verbo ἔβα poteris supplere ἦλθε, vel simplicius verbum substantivum ἦν omissum dicas.

v. 1053 seq. γάμους δυςγάμους] innuptas nuptias, quod alias dicitur γάμος ἄγαμος, veluti in Helen. v. 690.

v. 1058. δι' αἱμάτων δ' ἀμείβει] Τὴν πόλιν δὲ διὰ φόνων ἐναλλάσσει. Τὸ δὲ ἀμείβει ἀμείβεσθαι ποιεῖ, ἐμβαλὼν διὰ καταρῶν τοὺς παῖδας εἰς φιλονεικίαν. SCHOL. Is igitur cetera non male interpretans ob-

Κρέοντι μὲν λιπὼν γόους,
τὰ δ' ἑπτάπυργα κλῇθρα γᾶς
καλλίνικα θήσων.
γενοίμεθ' ὧδε ματέρες,
γενοίμεθ' εὔτεκνοι, φίλα
Παλλάς, ἃ δράκοντος αἷμα
λιθόβολον κατειργάσω,
Καδμείαν μέριμναν
ὁρμήσασ' ἐπ' ἔργον,
ὅθεν ἐπέσυτο τάνδε γᾶν
ἁρπαγαῖσι δαιμόνων τις ἄτα.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὠή, τίς ἐν πύλαισι δωμάτων κυρεῖ;

v. 1067. *γενοίμεθ' ὧδε*] Sic libri tantum non omnes. Olim legebatur *γενοίμεθα δ' ὧδε.*

v. 1068. *φίλα*] Sic Barnesius e MS. C. C. C. Habent MSS. octo ap. Musgr., lib. Put. Leidd. A. B. Guelph. Flor. 2. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. b. *φίλαι* Aldus et edd. vett., Flor. 10. 33. Taurin. Havn. *ὦ φίλαι* Aug. d.

v. 1070. *κατειργάσω*] Sic Aldus et rell., Paris. A. Flor. 2. 10. 33. Aug. d. Taurin. Havn. Agnoscit hoc etiam Villoisoni Scholiasta ad Il. III, 354. *κατείργασαι* MS. C. C. C. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. Aug. b.

v. 1073. *ἐπέσυτο*] Sic Canterus. Libri: *ἐπέσσυτο.*

iectum ad *ἀμείβει* in superiore oratione quaesivit. Iniuria. Nam etiam ad *ἀμείβει* assumendus est accusativus *τέκνα.*

v. 1064. *Κρέοντι μὲν λιπὼν γόους κτἑ.*] Similiter infra v. 1318. loquitur ipse Creon de filio suo: *τοὔνομα λαβὼν γενναῖον, ἀνιαρὸν δ' ἐμοί.* Praeivisse in hac quoque parte Homerum Il. IV, 197: *τῷ μὲν κλέος, ἄμμι δὲ πένθος.* recte monuit Valckenarius.

v. 1069. *Ἃ δράκοντος· ἥτις τὸν φόνον τὸν διὰ λίθου γενόμενον τοῦ δράκοντος πεποίηκας. Δοκεῖ γὰρ Ἀθηνᾶ συμπρᾶξαι τῷ Κάδμῳ κατὰ τῶν Σπαρτῶν, διὸ καὶ ἱδρύσατο ταύτην, Ὄγκαν προσαγορεύσας τῇ τῶν Φοινίκων διαλέκτῳ. Ἐπεγέγραπτο δὲ τῷ ἱερῷ τούτῳ· Ὄγκας νηὸς ὅδ' ἐστὶν Ἀθήνης, ὅν ποτε Κάδμος εἴσατο, βοῦν θ' ἱέρευσεν, ὅτ' ἔκτισεν ἄστυ τὸ Θήβης.* SCHOLIASTA.

v. 1071 seq. *Καδμείαν μέριμναν ὁρμήσασ' ἐπ' ἔργον*] Quod dixit Scholiasta hoc positum videri pro Cadmo *περιφραστικῶς*, commemoro ea ratione hanc ob causam hic usum videri Euripidem, quod Cadmi quae erat meditatio eam exsequendam curavit Minerva, et sic quum Cadmum adduceret ad perficiendum consilium suum, non tam ipsum hominem, quam eius meditationem ad agendum adduxisse videatur.

v. 1075. *ὠή, τίς ἐν πύλαισι δωμάτων κυρεῖ;*] Fuerunt, qui quum alias, tum hoc in loco *τίς — κυρεῖ;* ut id esset: num quis est? scribere vellent, quos recte con-

ἀνοίγετ', ἐκπορεύετ' Ἰοκάστην δόμων.
ὠὴ μάλ' αὖθις· διὰ μακροῦ μέν, ἀλλ' ὅμως
ἔξελθ', ἄκουσον, Οἰδίπου κλεινὴ δάμαρ,
λήξασ' ὀδυρμῶν πενθίμων τε δακρύων.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ὦ φίλτατ', ἤ που ξυμφορὰν ἥκεις φέρων,
Ἐτεοκλέους θανόντος, οὗ παρ' ἀσπίδα
βέβηκας ἀεί, πολεμίων εἴργων βέλη;
τί μοί ποθ' ἥκεις καινὸν ἀγγελῶν ἔπος;
τέθνηκεν ἢ ζῇ παῖς ἐμός; σήμαινέ μοι.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ζῇ, μὴ τρέσῃς τόδ', ὥς σ' ἀπαλλάξω φόβου.

v. 1083. ἥκεις] Sic MS. C. C. C. Leidd. A. B. sex codd. Musgr., lib. Put. Guelph. Florr. omnes, Vict. Aug. b. d. Havn. Olim legebatur ἥκες. Mox ἀγγελῶν MS. C. C. C. Leidd. A. B. septem codd. Musgr., Paris. A. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. b. ἀγγέλων Mosqu. D. Aug. d. Taurin. Olim legebatur ἀγγέλλων, quod habent Flor. 2. 10. 33. et pro var. lect. Paris. A.

v. 1085. ὥς σ' ἀπαλλάξω] σ' additum est e MS. C. C. C. alioque Angl. libro. Habent Leid. alter, Guelph. Flor. 6. 9. 18. 21. 33. 34. Aug. d. Habuit, ut videtur, etiam Scholiasta, om. Aldus et rell., de qua omissione vide quae diximus ad Med. v. 150. p. 29.

futavit Matth. §. 487, 6. p. 913. ed. II. Nam in domo regia quaeri non potuisse, num quis adesset, sed quis eorum, qui ibi solerent custodire, famulorum adesset.

v. 1077 seq. διὰ μακροῦ μέν, ἀλλ' ὅμως ἔξελθ', ἄκουσον] Βραδέως μὲν ἐξέρχῃ, ἀλλ' ὅμως δὲ ἔξελθε καὶ ἄκουσον. SCHOL.

v. 1078. κλεινὴ δάμαρ] κυδρὴ δάμαρ Flor. 33. Harl. γρ. Ven. a., quod G. Hermanno Homericum magis, quam tragicum videtur.

v. 1083. τί μοί ποθ' ἥκεις καινὸν ἀγγελῶν ἔπος;] De constructione comparavit Valckenarius Androm. v. 1072: οἵας ὁ τλήμων ἀγγελῶν ἥκω τύχας κτὲ. Suppl. 534 seqq.: ἥκω — Νίκην τε Θησέως ἀγγελῶν. et similia. Tum καινόν, ut νέον, ad sententiam est κακόν. Vide Markland. ad Eur. Suppl. v. 78.

v. 1085. μὴ τρέσῃς τόδ'] Quod formula μὴ τρέσῃς saepe sine casu apud Euripidem ponitur, veluti in Alc. 335. Heracl. 655. 716., Porsonus hoc quoque loco restitui id posse putavit, ut pro τόδ' scriberetur τοῦδ' idque pertineret ad φόβου, ut in Eurip. Hec. v. 869. diceretur: ἐγώ σε θήσω τοῦδ' ἐλεύθερον φόβου. et in fragm. Sophoclis ap. Athen. III. p. 99. D: θάρσει· μέγας σοι τοῦδ' ἐγὼ φόβου μοχλός. Id, quamquam postea in cod. Harl. invenit Porsonus, tamen et ipse et ceteri critici iure veriti sunt recipere, quum ceterorum librorum auctoritas ipsa quoque bonam sententiam habeat et pronominis τοῦδ' collocatio minus apta ad h. l. esse videatur. Cete-

ΙΟΚΑΣΤΗ.

τί δ', ἑπτάπυργοι πῶς ἔχουσι περιβολαί;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἑστᾶσ' ἄθραυστοι, κοὐκ ἀνήρπασται πόλις.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἦλθον δὲ πρὸς κίνδυνον Ἀργείου δορός;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἀκμήν γ' ἐπ' αὐτήν· ἀλλ' ὁ Καδμείων Ἄρης
κρείσσων κατέστη τοῦ Μυκηναίου δορός.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἓν εἰπέ, πρὸς θεῶν, εἴ τι Πολυνείκους πέρι
οἶσθ'· ὡς μέλει μοι καὶ τόδ', εἰ λεύσσει φάος.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ζῇ σοι ξυνωρὶς εἰς τόδ' ἡμέρας τέκνων.

v. 1092. ὡς μέλει μοι] Sic codd. et edd. vett., Schol. Paris. A. e mero errore μέλον pro μέλει habet, quod male recepit Porsonus, cod. L. μέλοιμι e falsa pronuntiatione pro μέλει μοι.

v. 1098. ὑπερθανὼν] ὑπερβαλὼν var. lect. ap. Schol. in cod. Guelph. m. 2.

rum de tota constructione A. Matthiae rectissime praecepit: ὡς h. l. non est nam, sed dictum, ut supra 1001: ὡς οὖν ἂν εἰδῆτ', εἶμι καὶ σώσω πόλιν. De verbis persuadendi, opinandi, dicendi ante ὡς vel ἵνα omissis vid. Wyttenbach. ad Select. Hist. Gr. p. 384. et 452. Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 21. Vertendum igitur: vivit; ne time, quod dico, ut te hoc timore liberem.

v. 1086. ἑπτάπυργοι — περιβολαί] Περιβολή est quidquid circumiectum est alicui rei. Sic in Ione 1133. commemorantur περιβολαὶ σκηνωμάτων. Hoc autem loco sunt circumiecti muri, septem turribus, in quibus totidem portae erant, praediti. Hinc ἑπτάπυργοι fere idem sibi vult, quod ἑπτάπυλοι, quod in cod. Flor. 2. Vict. e glossemate falso receptum est.

v. 1092. ὡς μέλει μοι καὶ τόδ', εἰ λεύσσει φάος] Sententia horum verborum haec est: Nam curae mihi est hoc quoque, salvusne sit Polynices, praeter id quod de Eteocle quaesivi. Falso haec intellexit nuper G. Hermannus, qui καὶ τόδε tum demum recte dici posse existimavit, si de uno Polynice iam aliud quaesivisset Iocasta. Quod quum minime reciperet hic locus, scribendum ille putavit: ὡς μέλει καὶ τοὐδέ μοι λεύσσειν φάος, audaci coniectura et minime necessaria. Nam quod commemoravit in libro Flor. 2. 33. Mosqu. D. Aug. d., haberi καὶ τοῦδ' pro καὶ τόδ', eo nihil aliud demonstravit, nisi suum errorem erravisse etiam aliquot librarios.

v. 1093. ζῇ σοι ξυνωρὶς εἰς τόδ' ἡμέρας τέκνων] Cf. Med. 1145: πρὶν μὲν τέκνων σῶν εἰςιδεῖν ξυνωρίδα. Infra v. 1621: ἀλλ' εὔτεκνος ξυνωρίς.

v. 1094. πῶς γὰρ] In hac forma orationis non offendet is, qui primam ac veram vim γὰρ

ΙΟΚΑΣΤΗ.

εὐδαιμονοίης. πῶς γὰρ Ἀργείων δόρυ
πυλῶν ἀπεστήσασθε πυργηρούμενοι;
λέξον, γέροντα τυφλὸν ὡς κατὰ στέγας
ἐλθοῦσα τέρψω, τῆςδε γῆς σεσωσμένης.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἐπεὶ Κρέοντος παῖς ὁ γῆς ὑπερθανὼν
πύργων ἐπ' ἄκρων στὰς μελάνδετον ξίφος
λαιμῶν διῆκε τῇδε γῇ σωτήριον,
λόχους ἔνειμεν ἑπτὰ καὶ λοχαγέτας
πύλας ἐφ' ἑπτά, φύλακας Ἀργείου δορός,
σὸς παῖς, ἐφέδρους ἱππότας μὲν ἱππόταις
ἔταξ', ὁπλίτας δ' ἀσπιδηφόροις ἔπι,
ὡς τῷ νοσοῦντι τειχέων εἴη δορὸς

v. 1100. λαιμῶν] Sic MS. C. C. C. quatuor Bodl. Guelph. Florr. omnes, Taurin. λαιμὸν edd. vett., Flor. A. Leidd. A. B. Mosqu. d. Aug. d. Havn. Tum τῇδε γῇ libri nuper collati tantum non omnes, τῆςδε γῆς edd. vett. ac perpauci libri, ut Ven. b.

particulae accurate cognitam habet, de qua vide quae explicavimus ad Devarium Vol. II. p. 231 seqq. Recte universam sententiam descripsit Scholiasta: Εὐτυχοίης. λέξον δὲ, πῶς τοὺς Ἀργείους ἀπὸ τῶν πυλῶν ἀπεδιώξατε περικυκλούμενοι ὑπ' ἐκείνων, ὅπως εἰσελθοῦσα εὐφραίνω τὸν τυφλὸν Οἰδίποδα, τῆς γῆς ταύτης φυλαττομένης.

v. 1095. πυργηρούμενοι] Idem verbum habes in Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 22. et rursus apud Euripidem in Oreste v. 760. 1574.

v. 1100. λαιμῶν διῆκε] De hac constructione vide annot. crit. ad huius fab. v. 26. p. 20 seq.

v. 1102. φύλακας Ἀργείου δορός] Ἐπιτηρητὰς καὶ ἀποσοβητὰς τῶν πολεμίων. SCHOL.

v. 1103 seq. ἐφέδρους ἱππότας μὲν ἱππόταις ἔταξ' κτὲ.] Quod haec verba nihil denique aliud continent, nisi accuratiorem superioris orationis descriptionem — neque enim soli isti principes ad singulas portas collocati erant, sed cum suo quisque manipulo —, recte sine copulativa particula adiuncta sunt. Quocirca intelligi necesse est neque Valckenarium verum vidisse, qui δ' ante ἱππότας interposuit, neque Grotium, qui δ' ea sede inseruit, neque G. Hermannum, qui, omissa cum libris particula in superiore versu, τάξας pro ἔταξ' sine libris scripsit. Nam illud quidem vix commemorandum est, ἐφέδρους olim falso ad superiorem orationem assumptum fuisse.

v. 1105 seq. ὡς τῷ νοσοῦντι — δι' ὀλίγου] Ut ei parti moenium, quae maxime premeretur ab hostibus, arma auxilio celeriter succedere possent. Recte enim voc. δι' ὀλίγου et veteres Scholiastae et recentiores interpretes nunc omnes a posteriore oratione seiunxerunt.

ἀλκὴ δι' ὀλίγου. περγάμων τ' ἀπ' ὀρθίων
λεύκασπιν εἰσορῶμεν Ἀργείων στρατὸν
Τευμησσὸν ἐκλιπόντα· καὶ τάφρου πέλας
δρόμῳ ξυνῆψεν ἄστυ Καδμείας χθονός.
παιὰν δὲ καὶ σάλπιγγες ἐκελάδουν ὁμοῦ
ἐκεῖθεν ἔκ τε τειχέων ἡμῶν πάρα.
καὶ πρῶτα μὲν προσῆγε Νηΐσταις πύλαις
λόχον πυκναῖσιν ἀσπίσιν πεφρικότα

v. 1106. περγάμων τ' ἀπ' ὀρθίων] τ' edd. vett. et codd. Mosqu. D. Guelph. Florr. septem, Taurin. Havn. δ' Flor. 2. 10. Vict. et edd. recentiores.

v. 1106. περγάμων τ' ἀπ' ὀρθίων] Vide Androm. v. 10. cum annot. Pflugk. p. 9.

v. 1108. Τευμησσὸν ἐκλιπόντα] Τευμησσός, ὄρος Βοιωτίας, ἀντὶ τοῦ τὴν τῷ Τευμησσῷ παρακειμένην χώραν. ἐπεὶ πῶς ὁρᾶν ἠδύναντο τοῦ Τευμησσοῦ ἀφεστηκότος πλέον ἑκατὸν σταδίους τῶν Θηβῶν; ἢ οὐκ ἐκλείποντα, ἀλλ' ἤδη καταλιπόντα; SCHOL. Hoc postremum verius est. Argivorum exercitus castra ceperat in superiore loco in monte Teumesso, quem nunc reliquerat, ut ad urbem propius accederet. De Teumesso vide praeter Pausaniam lib. IX. cap. 19. §. 1. et quae ad eum locum annotavit C. G. Siebelis Vol. IV. p. 60. Stephanum Byzantium s. v. p. 276, 16. ed. Westerm.

v. 1109. δρόμῳ ξυνῆψεν: ἤγουν ἤνωσε τὸ ἄστυ τῶν Θηβαίων δρόμῳ, τουτέστι δραμὼν ἦλθεν εἰς Θήβας. δέον δὲ εἰπεῖν συνάψαντα πρὸς τὸ ἐκλιπόντα. καινῶς τὴν σύνταξιν ἐξήνεγκε πρὸς εὐθεῖαν. εὕρηται δὲ τοῦτο πολλαχοῦ, οὐ μόνον παρὰ ποιηταῖς, ἀλλὰ καὶ λογοποιοῖς. SCHOL.

v. 1112 seq. Νηΐσταις πύλαις] „Libri Νηΐταις. Apud Aeschylum quoque Sept. ad Theb. 466. libri Νηΐτισι et Νηΐτῃσι. Hanc vero scripturam Ungerus in Paradoxis Thebanis Vol. I. p. 310 seqq. tam docte impugnavit, ut iam non videatur dubitandum esse, quin Νηΐσται sive Boeotorum lingua Νήϊτται dicta fuerit ea porta. Nam nec Νηΐται quid significet, aut qua ratione defendi possit apparet, et maxime verisimile est, quod ille p. 334. et 343. monuit, Νηΐστας dictas esse ab situ, sicut Ὑψίστας. Praeterea affert, quod apud Pausaniam, apud quem IX, 8, 4. libri MSS. Νῆσας et Νήσας habent, in eiusdem libri c. 25, 1. 4. aliquot codices Νηϊατῶν corruptumque ex eo Νηϊστῶν praebent, eandemque scripturam apud Statium quoque Theb. VIII, 343. in duobus codicibus esse inventam." [Addidit vir summus in vett. edd. et duobus libris Dresdensibus eandem haberi scripturam. Tum pergit.] „Statius igitur aperte Neistas testatur. Aliud argumentum, cui plurimum tribuit Ungerus, non satis firmum est, Hesychii glossa, quae ad hunc ipsum Euripidis versum spectat: Νηΐσι, ταῖς πύλαις ταῖς πρώταις καὶ τελευταίαις. Nam codex inter Νηΐθη et νήϊον habet Νήϊϊ, ταῖς πύλαις, ut Hesychium appareat apud Euripidem aut Νηΐταις aut Νηΐτταις scriptum invenisse. Id autem ille interpretatus erat non: ταῖς πρώταις καὶ τελευταίαις, sed: ταῖς

ὁ τῆς κυναγοῦ Παρθενοπαῖος ἔκγονος,
ἐπίσημ' ἔχων οἰκεῖον ἐν μέσῳ σάκει,
ἑκηβόλοις τόξοισιν Ἀταλάντην κάπρον
χειρουμένην Αἰτωλόν. εἰς δὲ Προιτίδας
πύλας ἐχώρει σφάγι' ἔχων ἐφ' ἅρμασιν
ὁ μάντις Ἀμφιάραος, οὐ σημεῖ' ἔχων
ὑβρισμέν', ἀλλὰ σωφρόνως ἄσημ' ὅπλα.
Ὠγύγια δ' εἰς πυλώμαθ' Ἱππομέδων ἄναξ

v. 1108. *Τευμησσὸν*] Sic Schol. et Venet. a. *Τευμησὸν* Leid. B. Flor. 2. 10. 33. Vict. Taurin. *Τελμησὸν* edd. vett. et plerique libri.

κατωτάταις καὶ τελευταίαις, sicuti paulo inferius *νήϊστα· κατώτατα, ἔσχατα*, et supra *νειάτῃ· κατωτάτῃ, ἐσχάτῃ*. Ab situ etiam portae isti nomen inditum esse vera inter falsas fama prodidit apud Scholiastam Euripidis: ἢ ἀπὸ Νηΐδος τῆς Ἀμφίονος καὶ Νιόβης ἢ ἐπεὶ νέαται εἰσιν. ὁ δὲ Φερεκύδης ἀπὸ Νηΐδος τῆς Ζήθου θυγατρός. Similia tradidit Pausanias IX, 8, 4. Itylum et Neidem a Zetho et Aedone procreatos memorat etiam Scholiastes Homeri ad Odyss. XIX, 518. Ex his consequitur verum portae istius nomen esse *Νηΐστας*, ut, si quidquam sit, quo quis *Νηΐτας* possit defendere, statuendum sit acceptum id esse a poetis cyclicis, qui quas Boeoti *Νηΐστας* vocabant, quum id pro nomine proprio haberent, ipsi quoque *Νηΐστας* vel *Νηΐτας* appellaverint." G. HERMANN.

v. 1113. *πεφρικότα· ἐξορθούμενον ταῖς ἀκίσιν*, ὡς τό [Il. XIII, 339.]: *Ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσιν*. SCHOL.

v. 1114. *Παρθενοπαῖος*] Vide quae supra ad v. 150. annotavimus p. 44.

v. 1118. *σφάγι' ἔχων ἐφ' ἅρμασιν*] Quod supra in eadem causa poeta posuerat numerum singularem *ἅρμα λευκόν*, eo videtur in libros satis bonos hic quoque numerus singularis venisse. Nam edd. vett., Paris. A. Flor. 2. 10. 33. Taurin. Havn. Aug. d. Ven. a. *ἐφ' ἅρματι* habent, quod nuper recepit G. Hermannus. Ego ceterorum librorum auctoritati, MS. C. C. C. Leid. A. L. Mosqu. D. Guelph. Flor. sex, Aug. b., quam confirmat etiam Scholiasta ad huius fab. v. 174., propterea obsecutus sum, quod ea scriptura facilius mutari potuit et quod pluralis numerus in eiusmodi locis nihil offensionis praebet, qua de re vide quae supra explicavimus ad v. 44. p. 24 seq.

v. 1119. *οὐ σημεῖ' ἔχων κτἑ.*] Cf. Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 596 seq.: *Τοιαῦθ' ὁ μάντις ἀσπίδ' εὔκυκλον νέμων Πάγχαλκον ηὔδα, σῆμα δ' οὐκ ἐπῆν κύκλῳ*.

v. 1120. *ὑβρισμέν'*] Quia *ὑβρίζειν* significat: contumelia afficere aliquem, hoc non solum tum recte dicitur, si cui homini affers contumeliam, verum etiam ita, si rem ita afficis et quasi instruis contumelia, ut ipsa contumeliae vel dicam superbiae ac nimii luxus speciem prae se ferat, ut hoc loco dicuntur *σημεῖα ὑβρισμένα*, tum in Xenophontis Disciplina Cyri lib. II. cap. 4. §. 5: ὁ δ' εἰςῄει πρὸς τὸν Κυαξάρην ἐν τῇ Περσικῇ στολῇ, οὐδέν τι ὑβρισμένῃ. et in Aeliani Var. hist.

ἔστειχ', ἔχων σημεῖον ἐν μέσῳ σάκει
στικτοῖς Πανόπτην ὄμμασιν δεδορκότα,

v. 1122. ἔστειχ'] Sic MS. C. C. C. Leidd. A. B. Paris. A. Mosqu. D. Guelph. Florr. septem. ἔστηκ' edd. vett. Flor. 2. Aug. Taurin. Havn.

lib. I. cap. 31. de donis, quae Persae regi offerunt: οὐδέν τι τῶν ὑβρισμένων, οὐδὲ τῶν ἄγαν πολυτελῶν προςφέρουσιν, ἀλλ' ἢ βοῦς ἢ ὄϊς ἢ δὴ σῖτον καὶ οἶνον ἄλλοι. Vide quae Hutchinsonus disputavit ad Xenoph. l. l. p. 148. ed. Poppo.

v. 1123. στικτοῖς Πανόπτην ὄμμασιν δεδορκότα κτὲ.] Nimiopere hoc quoque loco interpretes recentiores de eo, quod nobis a libris traditum et per Scholiastas testatum est, confirmatum etiam per alios grammaticos veteres, dubitaverunt, id potius secuti, quod placuit ipsis, quam illud, quod olim poetae placuisse videtur, ut, deposita interpretis persona, praeceptoris assumpsisse videantur et morosi iudicis. Nos pro instituto nostro ea, quae vix potest dubitari quin ita sint ab Euripide profecta, quemadmodum vulgo eduntur, explicabimus, quo facto unusquisque facile de eorum audacia existimabit, qui multa in hoc loco immutanda putaverunt. Ac primum dicitur Hippomedon in scuto suo habuisse: Στικτοῖς Πανόπτην ὄμμασιν δεδορκότα. Id pertinere ad Argum quum veteres, tum recentiores grammatici facile agnoverunt, sed tamen negavit nuper G. Hermannus recte omissum h. l. videri ipsum Argi nomen. Iniuria, opinor. Nam quamquam alia quadam significatione vocis πανόπτης Iuppiter quoque et Sol dicebatur, et fortasse etiam in ipso Argo antiquitus πανόπτης vocabulum aliam non habuit significationem atque in Iovis vel Solis persona, tamen eo tempore, quo ista de Argo variis oculis praedito fabula orta et exornata erat, πανόπτης alia quadam significatione verbi ita dicebatur, ut eum denotaret, qui variis et in toto corpore sparsis oculis praeditus erat. Hoc igitur praedicatum quum unius illius Argi proprium videri posset, nihil impediebat, quominus quasi nomen proprium usurparetur, praesertim ibi, ubi e totius loci ratione facile agnosceretur propria ista Argi significatio vocis, uti hoc loco e versibus iis, qui iam sequuntur, eoque minus, quia iam veteres scriptores hoc confirmare videntur, ut si Apollodorus II, 1, 2. dicit: Τούτου Ἄργος ὁ Πανόπτης λεγόμενος, ut recte scripsit Heynius. Sic credo etiam non addito novo, quem voluit Hermannus, versu in voce Πανόπτης Argum illum facile agnosci posse. Nam quod Scholiastae ad h. l. hunc Πανόπτην appellant κύνα, id omissi versus suspicionem non magis in Euripidis quam in Sophoclis et Aeschyli fabulis movere potest. Eodem enim nomine etiam horum poetarum Scholiastae Argum afficiunt. Denique quod vir summus e Scholiastae verbis: τῆς Ἀργείας βοός, aliquid praesidii petivit suae rationi, id quam sit tenue atque exiguum apparet. Quocirca necesse est intelligi causam, quamobrem inferas talem versum, qualem interposuit Hermann.: τῆς Ἰνάχου κύν' Ἄργον Ἀργείας βοός, plane nullam esse. Quod autem praeterea in hoc versu notarunt critici στικτοῖς vocabulum, id ipsum quoque non ita comparatum est, ut aut falsum per

τὰ μὲν ξὺν ἄστρων ἐπιτολαῖσιν ὄμματα
βλέποντα, τὰ δὲ κρύπτοντα δυνόντων μέτα,

v. 1124. ξὺν] Sic h. l. Eustathius ad Il. II. p. 182, 29. (138, 25.) Leidd. A. B. Flor. 33. 34. Aug. b. Vulgo: σὺν.
v. 1125. κρύπτοντα] κύπτοντα Flor. 18. πίπτοντα Schol. cod. Aug., ex errore omnia.

se sit aut Euripidi inde reprehensio parari possit. Nam quod oculi in corpore illius Panoptae quasi puncta varie positi erant, recte dixit poeta στικτοῖς — ὄμμασιν δεδορκότα, quod Euripidi non minus hic dicere licuit, quam Aeschylo in Prom. 679. in simili re πυκνοῖς ὄσσοις δεδορκώς. Illud enim est crebris oculis, hoc oculis hic illic quasi interpunctione facta positis. Sequitur, ut dicamus de verbis aliquanto difficilioribus:

v. 1124 seq. τὰ μὲν ξὺν ἄστρων ἐπιτολαῖσιν ὄμματα κτλ., in quibus acerbius etiam interpretum libido versata est, quamquam in his quidem verbis praeter codd. et Schol. Euripidis etiam Eustathius ad Il. II. p. 182, 29. (p. 138, 25.) vulgatam scripturam tuetur, cuius universa sententia haec est: Argum ille in clipeo depictum habebat oculis iis, quorum usus est in ortu siderum, spectantem, operientem autem, quorum in occasu, in quam sententiam iam veteres Scholiastae omnes recte Euripidis verba interpretati sunt. Sic enim explicant: Τοῖς μὲν πρὸς ἀνατολὰς κειμένοις ὄμμασι βλέποντα, μύοντα δὲ τοῖς πρὸς δύσιν· θέλει γὰρ αὐτὸν τοῖς μὲν διαγρυπνεῖν, τοῖς δὲ καθεύδειν. Alius autem: Ἰδίως ὁ Εὐριπίδης ἔνια μὲν τῶν τοῦ Ἄργου ὀμμάτων συνανατέλλειν φησὶ τοῖς ἄστροις δεδορκότα, τὰ δὲ πρὸς ταῖς δύσεσι καταμύειν. Schol. cod. Aug.: Τὰ μὲν σὺν ἄστρων ἐπιτολαῖσιν ὄμματα· Τουτέστιν οἱ μὲν ὀφθαλμοί, οἵτινες ἦσαν πρὸς ἀνατολήν, ἔβλεπον, οἵτινες δὲ ἦσαν πρὸς τὴν δύσιν, ἐκάμμυον. Et de sententia quidem dubitatio nulla potest esse, de ratione autem grammatica iam olim interpretes inter se discrepantes sententias dixerunt. Nam partim eorum ita explicarunt, ut et βλέποντα et κρύπτοντα ad ipsum Panoptèn referrent, qua in ratione primum intuenti haec verba hoc unum offensioni videtur esse, quod pro dativo, quo in explicando usi sunt etiam grammatici, Euripides posuerit accusativum: τὰ μὲν ξὺν ἄστρων ἐπιτολαῖσιν ὄμματα, quamquam Graece ita dici potuisse non negaverim. Nam qui dixerunt, quod habet Euripides in Medea v. 1169., τρέμουσα κῶλα et alia id genus multa, ii etiam τὰ μὲν ξὺν ἄστρων ἐπιτολαῖσιν ὄμματα βλέπων dicere potuerunt. Idque videtur propterea Euripides h. l. paene necessario fecisse, quia et praecessit iam dativus: στικτοῖς — ὄμμασιν δεδορκότα, et quia quod sequitur membrum: τὰ δὲ κρύπτοντα δυνόντων μέτα, ex παραλλήλου positum, paene flagitare id ipsum videbatur, ut quo κρύπτων afficit rem ipsam, sic etiam βλέπων maiorem vim transitivam assumeret h. l. Alii autem sic acceperunt hunc locum, ut participia neutra putarent βλέποντα et κρύπτοντα, quod si facimus, necessario debebimus verbo κρύπτειν intransitivam vim tribuere, quam sane aliquando habuisse in Graeco sermone hoc verbum videtur, velut in Sophoclis Electra v. 816., vel in ea similitudine, qua usus iam est Musgravius e fragm.

ὡς ὕστερον θανόντος εἰςορᾶν παρῆν.
Ὁμολωΐσιν δὲ τάξιν εἶχε πρὸς πύλαις
Τυδεύς, λέοντος δέρος ἔχων ἐπ' ἀσπίδος
χαίτῃ πεφρικός, δεξιᾷ δὲ λαμπάδα
Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν, ὡς πρήσων πόλιν.
ὁ σὸς δὲ Κρηναίαισι Πολυνείκης πύλαις
Ἄρην προςῆγε· Ποτνιάδες δ' ἐπ' ἀσπίδι

v. 1128. δέρος] Sic edd. vett., codd., Schol., etiam Eustath. ad Iliad. p. 473, 5. 485, 5. [360, 22. 369, 43.] δέρας duo vel tres libri interpolati. Vid. Med. 5.

Astronomiae Hesiodeae apud Athen. lib. I. p. 491. D: Τῆμος ἀποκρύπτουσι Πελειάδες. Eius constructionis rationem secutus est Eustathius l. l., siquidem scripsit: ὃ καὶ Εὐριπίδης δηλοῖ ἐν οἷς φησιν Ἄργου ὄμματα τὰ μὲν ξὺν ἄστρων ἐπιτολαῖσι βλέποντα, τὰ δὲ κρύπτοντα δυνόντων μέτα, eamque improbans quidem explicavit Scholiasta cod. Barocc. 74. Guelph. m. 2. his verbis: βλέποντα, τὰ δὲ κρύπτοντα. Ἰστέον, ὅτι τὸ βλέποντα καὶ τὸ κρύπτοντα πρὸς τὸ παρόπτην συντάσσεται, ἀρσενικαὶ αἰτιατικαὶ οὖσαι, καὶ οὐχ, ὥς φασί τινες, οὐδέτεραι, συντάσσοντες πρὸς τὸ τὰ μὲν — τὰ δέ, οὐ συνάπτοντες τῷ προτέρῳ, ἀλλὰ κομματικὸν ἐκφέροντες, λαμβάνοντες ἔξωθεν τὸ ὑπῆρχον καὶ λέγοντες οὕτω· τὰ μὲν ὄμματα ὑπῆρχον βλέποντα, τὰ δὲ κρύπτοντα. Utram harum rationum inieris, non ineptam ad h. l. habebis sententiam. Nam quod ex Aug. Seidleri coniectura nuper reposuit G. Hermannus: τὰ μὲν σὺν ἄστρων ἐπιτολαῖσιν ὄμματα κλείοντα, τὰ δὲ κρύπτοντα δυνόντων μέτα, id facile coargui potest ut falsum. Hoc enim tum demum verum esset, si vivi Argi descriptionem faceres, nunc autem eius imago describitur, qualem in clipeo gestavisse dicitur Hippomedon, ut necessario unum tantummodo temporis momentum obtineri possit. Nam ne quis ita dicat, ab imaginis descriptione transisse poetam ad vivi descriptionem, satis indicant quae adiunguntur verba: ὡς ὕστερον θανόντος εἰςορᾶν παρῆν., Euripidem ab imagine non discessisse. Ceterum de Argo eiusque imagine conf. Panofkam in Commentat. acad. Berol. 1837. et G. F. Grotefendium in Diario litt. antiq. Darmstad. 1839. num. 69. p. 561—568.

v. 1128. λέοντος δέρος ἔχων ἐπ' ἀσπίδος κτέ.] Quod pellis suis Tydei, leonis autem Polynicis propria fuisse putabatur, haec ipsa verba Eustathius ad Iliad. IV. p. 485, 5. (p. 369, 43.) errore ad Polynicem transtulit. Vide A. F. Naekii Opusc. philol. Vol. I. p. 115 seqq. — Tum ne quis miretur me ἐπ' ἀσπίδος maluisse plurimorum librorum auctoritate retinere, quam e paucioribus libris (Paris. A. lib. Pal. Harl. Flor. 2. 33. Vict. Taurin.) ἐπ' ἀσπίδι cum editt. recentioribus recipere, commemoro ἐπ' ἀσπίδος esse ad clipeum, am Schilde, ἐπ' ἀσπίδι in clipeo, auf dem Schilde, quorum prius multo aptius est ad h. l. propterea, quod usitato Graecorum dicendi more ἐπ' ἀσπίδος oppositum sibi habet δεξιᾷ δέ.

ἐπίσημα πῶλοι δρομάδες ἐσκίρτων φόβῳ,
εὖ πως στρόφιγξιν ἔνδοθεν κυκλούμεναι
πόρπαχ' ὑπ' αὐτόν, ὥςτε μαίνεσθαι δοκεῖν.
ὁ δ' οὐκ ἔλασσον Ἄρεος εἰς μάχην φρονῶν
Καπανεὺς προςῆγε λόχον ἐπ' Ἠλέκτραις πύλαις·
σιδηρονώτοις δ' ἀσπίδος τύποις ἐπῆν
γίγας ἐπ' ὤμοις γηγενὴς ὅλην πόλιν

v. 1134. *στρόφιγξιν*] Sic MS. C. C. C. Flor. A. Leidd. A. B. Guelph. Mosqu. D. Florr. octo. *στρόφιγξί γ'* edd. vett. Flor. 33. Aug. d. Havn.

Infra autem v. 1132., ubi eadem oppositionis ratio non est, recte legitur in libris omnibus *ἐπ' ἀσπίδι*.

v. 1130. *Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν, ὡς πρήσων πόλιν*] Quum vett. edd. assumerent *ὡς* particulam ad seq. *πρήσων πόλιν*, recentiores editores prope omnes ad voc. *Τιτὰν Προμηθεύς* retulerunt, quod saepius sic *ὡς* particula a suo nomine distracta est, qua de re vide infra v. 1162. Quamquam altera ratio, quam iam veteres quosdam Scholiastas praeter priorem illam rationem inivisse video, ut *ὡς* ad *πρήσων* assumas, verba autem *Τιτὰν Προμηθεύς* ita ad Tydeum apposita statuas, ut purum putum Prometheum in Tydei persona habeamus, per se falsa non est, quin etiam poeticam magis et faciliorem sententiam habere videtur, quum *ὡς* ad seq. rectissime accedat, ut v. 1163. Ceterum rem paulo aliter adumbravit in Capanei persona Aeschylus Sept. adv. Theb. v. 432 seqq.: *Ἔχει δὲ σῆμα γυμνὸν ἄνδρα πυρφόρον, Φλέγει δὲ λαμπὰς διὰ χερῶν ὡπλισμένη· Χρυσοῖς δὲ φωνεῖ γράμμασιν „πρήσω πόλιν."* De Promethei imagine comparavit Musgravius Soph. Oed. Col. v. 56: *ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς Τιτὰν Προμηθεύς*. et Philostrati vocem: *ἰὼ Προμηθεῦ δᾳδοῦχε καὶ πυρφόρε*. Vide etiam Pausaniae lib. I. cap. 30. §. 2. cum ann. interpp.

v. 1132 seq. *Ποτνιάδες δ' ἐπ' ἀσπίδι ἐπίσημα πῶλοι κτἑ.*] *Γλαῦκον τὸν Σισύφου φασὶν ἔχειν ἵππους οὕτω λυττώσας, ὡς καὶ αὐτὸν ὕστερον Γλαῦκον καταφαγεῖν. ἔτρεφε δὲ ἐν Ποτνίαις, πόλει τῆς Βοιωτίας, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔσχον αἱ ἵπποι Ποτνιάδες. Εἶχε δὲ αὐτὰς ἐπίσημον Πολυνείκης ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἐν μέσῳ τῷ ὀμφαλῷ χαλκᾶς, οὕτως ὑπὸ μηχανῆς κατεσκευασμένας, ὥςτε τοῖς ὑποκάτω τῆς ἀσπίδος ἱμᾶσι κινουμένας δοκεῖν μαίνεσθαι καὶ φόβον ποιεῖν τοῖς ὁρῶσιν.* SCHOLIASTA. Ceterum in hoc quoque loco Aeschylum in Sept. adv. Theb. v. 491 seqq. praeivisse Euripidi recte iam observavit Valckenarius.

v. 1134. *εὖ πως*] *πὼς* auget vim praecedentis adverbii, quasi Latine dicas: praeclare nescio quo modo. Cf. infra v. 1473: *εὖ δέ πως προμηθίᾳ Καθῆστο Κάδμου λαὸς ἀσπίδων ἔπι.* et Hippol. 477: *νοσοῦσα δ' εὖ πως τὴν νόσον καταστρέφου.* Iphig. Aul. v. 66: *εὖ δέ πως γέρων Τηλῆθεν αὐτοὺς Τυνδάρεως πυκνῇ φρενί.*

v. 1139. *γίγας ἐπ' ὤμοις γηγενής*] Lusus in verbo ut supra v. 128: *γίγαντι γηγενέτᾳ προςόμοιος.*

φέρων, μοχλοῖσιν ἐξανασπάσας βίᾳ,
ὑπόνοιαν ἡμῖν οἷα πείσεται πόλις.
ταῖς δ' ἑβδόμαις Ἄδραστος ἐν πύλαισιν ἦν,
ἑκατὸν δ' ἐχίδναις ἀσπίδ' ἐκπληρῶν γραφῇ,

v. 1143. *γραφῇ* edd. vett. et codd., *γραφὴν*, supra scripto *ῇ*, Harl. *γραφὴν* de Reiskii et Valckenarii coniectura receperant Brunckius et Porsonus, ad posteriorem orationem hoc assumentes.

v. 1140. *φέρων, μοχλοῖσιν ἐξανασπάσας βίᾳ*] Id est: totam urbem ferens vectibus vi avulsam. Si autem vi avelli dicitur aliqua urbs, necessario tollitur e fundamentis; hinc orta est interpolatio ista, quae est in paucis libris, Aug. d., in quo tamen *βίᾳ* supra scriptum est, tum Harl. et Flor. 33. *ἐξανασπάσας βάθρων*, quam nullo modo novissimi editores debebant recipere. Corruptelae originem monstrat etiam Ven. a., qui quidem habet *ἐξανασπάσας βίᾳ*, sed γρ. *βάθρων, θεμελίων*. Veram scripturam satis tuentur reliqui libri ac Scholiastae. Nam ne quis dicat ad *ἐξανασπάσας* accedere per merum pleonasmum *βίᾳ*, commemoro eo vocabulo vim ac vehementiam, qua hoc Gigas fecerit, declarari magis, et *ἀποσπᾶν βίᾳ* ac similia quum Graecos saepe, tum Latinos vi avellere dixisse.

v. 1141. *ὑπόνοιαν ἡμῖν οἷα πείσεται πόλις*] Ut v. 1130. verbis: *ὡς πρήσων πόλιν*, sic hoc versu poeta indicat, quid spectans Capaneus istud signum in clipeo habuerit. Quocirca necesse est intelligi aptissimum hunc versum esse ac nullo modo pro suppositicio haberi posse, qua in opinione fuit Valckenarius. Rationem autem grammaticam, qua verba *ὑπόνοιαν ἡμῖν κτέ.* quasi appositio ad priora adiiciuntur, recte iam perspexit Scholiasta, etiam reliqua bene explicans: *Μὴ λάβῃς*, inquit, *ἔξωθεν εἰς πρόθεσιν εἰς τὸ ὑπόνοιαν, ὥς τινές φασιν, ἀλλ' οὕτω λέγε· ἐπῆν δὲ καὶ ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἐν σιδηρονώτοις τύποις γίγας γηγενὴς καὶ ἐκ τῆς γῆς γεννηθείς, φέρων ἐπὶ τοῖς ὤμοις ὅλην τὴν πόλιν, ὑπόνοιαν καὶ ὑποψίαν, οἷα πείσεται ἡ πόλις αὕτη, τουτέστι τὸ φέρειν ἐπὶ τοῖς ὤμοις τὴν πόλιν ὑπονοεῖν τοῖς ὁρῶσι παρεῖχε τὴν ἐσομένην τῇ πόλει καταστροφήν. τὸ δὲ ἐξανασπάσας βίᾳ μοχλοῖσι διὰ μέσου, δεικνύον καὶ ἑρμηνεῦον τὸ πῶς αὐτὴν ἐν τοῖς ὤμοις ἔφερε. τὸ δὲ σιδηρονώτοις τύποις ἀντὶ τοῦ ἐν σιδηροῖς τύποις ἐπὶ τῶν νώτων τῆς ἀσπίδος ἐνετετύπωτο.* Similis appositionis ratio est in notissima formula *πρόφασιν*, veluti in Hom. Iliad. XIX, 301 seq.: *Ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες, Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.* Cf. Rost. Gr. §. 101, 3. d.

v. 1142. *ταῖς δ' ἑβδόμαις κτέ.*] „De septem Thebarum portis quinque praecipui auctores, Aeschylus, Euripides, Apollodorus, Pausanias, Statius (Hygini enim nullam rationem habemus), non omnino eadem tradunt. Maxima est in Apollodoro difficultas, qui inter Ogygias portas et Oncaïdas aperte distinguit. Oncaïdas et Ogygias easdem portas vocari auctor est Hesychius: *Ὄγκας Ἀθήνας· τὰς Ὠγυγίας πύλας λέγει.* Oncaïdas memorat Aeschylus, non Ogygias; Ogygias, non Oncaïdas Euripides, Pausanias, Statius.

ὕδρας ἔχων λαιοῖσιν ἐν βραχίοσιν
Ἀργεῖον αὔχημ'· ἐκ δὲ τειχέων μέσων
δράκοντες ἔφερον τέκνα Καδμείων γνάθοις.
παρῆν δ' ἑκάστου τῶνδέ μοι θεάματα,

v. 1147. ἑκάστου] Hoc Barnesius e MS. C. C. C. restituit. Confirmarunt Leidd. A. B. Guelph. Mosqu. D. Florr. omnes, Vict. ἑκάστῳ edd. vett. et perpauci libri. Mox τῶνδέ μοι plerique libri et edd. vett. τῶνδ' ἐμοὶ Brunckius et Porsonus, tum cod. Taurin.

Quas omittit Apollodorus, Neïtas [Neïstas], ceteri omnes habent. Quid, si ponamus Apollodorum scripsisse primo τὰς Ὠγυγίας ἢ Ὀγκαΐδας, deinde τὰς Νηΐτας suo loco, sed Ὀγκαΐδας omissum, postea in margine repositum, sede sua alterum illud expulisse? Porro Hebdomae non sunt proprium portarum nomen, sed Aeschylus et Euripides, sex portis iam nomine designatis, ultimas commemorare supersederunt. Schol. cod. Aug.: Τινὲς δέ φασι τὰς ἑβδόμας πύλας Βοιωτίας καλεῖσθαι ἀπὸ Βοιωτοῦ, τοῦ Ποσειδῶνος καὶ τῆς σοφῆς Μελανίππης, ἀφ' οὗ πᾶσα ἡ Βοιωτία ἐκλήθη. His positis portarum nomina sic distribuo: 1. Προιτίδες. 2. Ἠλέκτραι. 3. Νηΐται [Νηΐσται]. 4. Ὀγκαΐδες ἢ Ὠγύγιαι. 5. Βοῤῥαῖαι ἢ Ὑψισται ἢ Βοιωτίαι. 6. Ὁμολωΐδες. 7. Κρηναῖαι ἢ Διρκαῖαι." PORSONUS. De his vide nunc copiosius disputantem Ungerum in Parad. Theb. Vol. I. lib. III. p. 253 seqq.

v. 1143. ἑκατὸν δ' ἐχίδναις ἀσπίδ' ἐκπληρῶν γραφῇ κτέ.] In his primum δ' e Flor. A. Leidd. A. B. Flor. 10. 33. 34. propterea recepi, quia facilius illud omitti h. l. quam addi potuisse videtur et probabile est etiam alios libros eam particulam praebituros fuisse, si accuratius essent excussi. Nam ne quem participium post δέ particulam pro verbo finito positum offendat, commemoro saepe alias, uti in γάρ particula, sic etiam in δέ particula participium poni, ut verbalis vis ex antecedentibus assumenda sit, et maxime quidem in ea descriptione, ubi in eo, quod accedit, magis legentem aut audientem retinere velis. Sic in Euripidis Alcest. et v. 203 seq. legendum est: φθίνει γὰρ καὶ μαραίνεται νόσῳ, Παρειμένη δὲ χειρὸς ἄθλιον βάρος. et v. 846 seq.: Κἄνπερ λοχήσας αὐτὸν ἐξ ἕδρας συθεὶς Μάρψω, κύκλον δὲ περιβαλὼν χεροῖν ἐμαῖν. Cf. quae accuratius de ea re exposui ad Devarium Vol. II. p. 358 seq. Deinde recentissimorum editorum auctoritate librorum scripturam γραφῇ retinui et ad superiorem orationem assumpsi, ut, quum dativus ἐχίδναις rem, qua explevisset ille clipeum, significaret, dativo γραφῇ modus, quo id factum esset, designaretur. Sic enim duplex dativus neminem offendet. De re comparaverunt interpretes Virgilii Aen. VII, 656 seqq.: Ostentat equos satus Hercule pulcro Pulcher Aventinus clipeoque insigne paternum Centum angues cinctamque gerit serpentibus Hydram. Silii Ital. II, 158 seq.: Centum angues idem Lernaeaque monstra gerebat In clipeo et sectis geminam serpentibus hydram.

v. 1147. παρῆν δ' ἑκάστου· παρῆν δὲ ἐμοὶ ἡ ὄψις ἑκάστου τούτων. SCHOL.

ξύνθημα παραφέροντι ποιμέσιν λόχων.
καὶ πρῶτα μὲν τόξοισι καὶ μεσαγκύλοις
ἐμαρνάμεσθα σφενδόναις θ' ἑκηβόλοις
πετρῶν τ' ἀραγμοῖς· ὡς δ' ἐνικῶμεν μάχῃ,
ἔκλαγξε Τυδεὺς καὶ σὸς ἐξαίφνης γόνος·
ὦ τέκνα Δαναῶν, πρὶν κατεξάνθαι βολαῖς,
τί μέλλετ' ἄρδην πάντες ἐμπίπτειν πύλαις,
γυμνῆτες, ἱππεῖς, ἁρμάτων τ' ἐπιστάται;
ἠχῆς δ' ὅπως ἤκουσαν, οὔτις ἀργὸς ἦν·
πολλοὶ δ' ἔπιπτον κρᾶτας αἱματούμενοι,
ἡμῶν τ' ἐς οὖδας εἶδες ἂν πρὸ τειχέων

v. 1148. παραφέροντι] Sic plerique libri. παρφέροντι edd. vett. Flor. 2 33. προσφέροντι Leid. alt., πρὸς φέροντι K.
v. 1150. ἐκηβόλοις] Plerique libri, Schol. et Eustath. ad Iliad. p. 344, 15. (260, 31.) ἑκαβόλοις Aldus et edd. vett.
v. 1155. ἁρμάτων τ' ἐπιστάται] τ' om. Harl., ut sine idonea causa Valckenarius omitti hanc particulam voluerat. ἱππῆς pro ἱππεῖς G. Hermannus e Ven. a.

v. 1148. ποιμέσιν λόχων] Cf. Supplic. 674., ubi habentur ποιμένες ὄχων τετραόρων.

v. 1158 seq. ἡμῶν τ' ἐς οὖδας — ἐκπεπνευκότας] Satis mirari non possum, quod recentissimi editores prope omnes omnium librorum ac Scholiastarum auctoritatem ἐκπεπνευκότας postposuerunt Marklandi coniecturae ad Suppl. 692., quam probaverat Valckenarius ad Hippol. 822., ἐκνενευκότας. Nam illa scriptura aptissimam habet sententiam hanc: Et nostrum videres ante moenia praecipites multos in solum animam exspirare. Nam quia qui sic cadentes moriuntur, concidunt ad terram et sic exspirant, dixit Euripides pro Graeci sermonis facilitate rectissime: ἐς οὖδας — ἐκπεπνευκότας, quod Latini eodem modo dicere possunt: in solum exspirare vel exspirare animam, quasi dimittas exspirando animam in terram, quod non propter rei similitudinem, sed propter speciem cadentis ac sic exspirantis dicitur.

v. 1161. ὁ δ' Ἀρκάς, οὐκ Ἀργεῖος] „Parthenopaeum Arcadia oriundum educatum esse Argis etiam Aeschylus in Sept. adv. Theb. v. 554. et ipse Euripides in Suppl. 890. dixerunt. Id hic quoque significatur, sed quum dicat poeta οὐκ Ἀργεῖος, suspicio est fuisse, qui eum etiam natum Argis putaverint." G. HERM. De Parthenopaeo vide quae supra annotavimus ad v. 150. p. 43.

v. 1162 seq. βοᾷ πῦρ καὶ δίκελλαν κτέ.] Id est: clamando postulat flammam atque bidentem, quasi eversurus urbem. Quod contra si quis κατασκάψω e MS. C.C.C. Flor. A. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. Aug. b. Ven. b. recipere velit pro κατασκάψων, is non debet auctore A. Matthiae dicere orationem obliquam subito in rectam mutari, sed scribere: βοᾷ· πῦρ καὶ δίκελλαν, ὡς κατασκάψω πόλιν. et cum Schol. Barocc. 74. interpretari: Πῦρ καὶ δίκελλαν· δότε μοι δηλονότι, ἵνα κατασκάψω

πυκνοὺς κυβιστητῆρας ἐκπεπνευκότας,
ξηρὰν δ' ἔδευον γαῖαν αἵματος ῥοαῖς.
ὁ δ' Ἀρκάς, οὐκ Ἀργεῖος, Ἀταλάντης γόνος,
τυφὼς πύλαισιν ὥς τις ἐμπεσὼν βοᾷ
πῦρ καὶ δίκελλαν, ὡς κατασκάψων πόλιν·
ἀλλ' ἔσχε μαργῶντ' αὐτὸν ἐναλίου θεοῦ
Περικλύμενος παῖς, λᾶαν ἐμβαλὼν κάρᾳ
ἁμαξοπληθῆ, γεῖσ' ἐπάλξεων ἄπο·
ξανθὸν δὲ κρᾶτα διεπάλυνε καὶ ῥαφὰς
ἔῤῥηξεν ὀστέων, ἄρτι δ' οἰνωπὸν γένυν
καθῃμάτωσεν· οὐδ' ἀποίσεται βίον

v. 1156. οὔτις ἀργὸς ἦν] Sic libri tantum non omnes. ἀργὸς οὔτις ἦν edd. vett.

v. 1158. ἡμῶν τ'] Sic libri prope omnes. Olim legebatur δ'.

v. 1163. δίκελλαν] Perpauci libri et Schol. ad v. 1162. δικέλλας. Quum plerique libri δίκελλαν agnoscant ac sic etiam cod. Aug. in schol. l. l. habeat, Hermanno auctore hoc retinui.

πόλιν, quam tamen rationem neutiquam probare potui.

v. 1164 seq. ἐναλίου θεοῦ Περικλύμενος παῖς] Apollodorus Bibl. III, 6, 8: Ἀμφίδικος δὲ [ἀπέκτεινε] Παρθενοπαῖον. ὡς δὲ Εὐριπίδης φησί, Παρθενοπαῖον ὁ Ποσειδῶνος παῖς Περικλύμενος ἀπέκτεινε. Pro nomine Ἀμφίδικος apud Pausaniam IX, 18, 4. p. 746. est Ἀσφόδικος. A Dryante occisum Parthenopaeum tradit Statius Theb. IX, 842 seqq. Euripides Antimachi Thebaidem secutus est, ut colligi potest e Pausaniae l. l. Cf. Schol. ad h. l.: Πρὸς ταῖς Κρηναίαις πύλαις φησὶ τὸν Παρθενοπαῖον ὑπὸ τοῦ Περικλυμένου λιθοβοληθῆναι Ἀριστόδημος.

v. 1166. γεῖσ' ἐπάλξεων ἄπο] Illud saxum dicitur fuisse pinna a propugnaculis avulsa. In quam rem comparaverunt interpretes Orest. v. 1564 seq. ed. Matth.: ἢ τῷδε θριγκῷ κρᾶτα συνθραύσω σέθεν Ῥήξας παλαιὰ γεῖσα, τεκτόνων πόνον, tum Thucyd. III, 22: κατέβαλέ τις — ἀντιλαμβανόμενος ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων κεραμίδα. Lucretium VI, 240: avellere tigna trabesque Et monumenta virum demoliri. Virgilium Aen. II, 445: Turres ac tecta domorum Culmina convellunt. Statium Theb. X, 528: Saxaque in adversos ipsis avulsa rotabant Moenibus.

v. 1167. διεπάλυνε· διελέπτυνε. SCHOL. Iuvabit de propria vi huius verbi comparasse Iliad. κ, 7. cum annot. Eustathii p. 698, 52.

v. 1169. οὐδ' ἀποίσεται βίον] Quod Valckenarius docte admodum atque subtiliter disputavit, ambiguitatem in his verbis contineri, quod βίον, si legeres βιόν, etiam arcum significasset, eamque ambiguitatem, quia sequeretur τῇ καλλιτόξῳ, quaesitam Euripidi esse, non accipio. Non enim credo in hunc locum eiusmodi lusum cadere, praesertim quum obscurus admodum esset, nisi alia ratione res significaretur.

τῇ καλλιτόξῳ μητρὶ Μαινάλου κόρῃ.
ἐπεὶ δὲ τάςδ' εἰςεῖδεν εὐτυχεῖς πύλας,
ἄλλας ἐπῄει παῖς σός, εἱπόμην δ' ἐγώ.
ὁρῶ δὲ Τυδέα καὶ παρασπιστὰς πυκνοὺς
Αἰτωλίσιν λόγχαισιν εἰς ἄκρον στόμα
πύργων ἀκοντίζοντας, ὥστ' ἐπάλξεων
λιπεῖν ἐρίπνας φυγάδας: ἀλλά νιν πάλιν,
κυναγὸς ὥσεί, παῖς σὸς ἐξαθροίζεται,
πύργοις δ' ἐπέστησ' αὖθις. εἰς δ' ἄλλας πύλας
ἠπειγόμεσθα, τοῦτο παύσαντες νοσοῦν.
Καπανεὺς δὲ πῶς εἴποιμ' ἂν ὡς ἐμαίνετο;
μακραύχενος γὰρ κλίμακος προςαμβάσεις
ἔχων ἐχώρει, καὶ τοσόνδ' ἐκόμπασεν,
μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργάθειν Διὸς

v. 1171. εἰςεῖδεν] Sic Flor. A. Mosqu. D. Taurin. Aug. b. Flor. 2. 10. 18. 21. 33. 34. G. Hermannus. Vulgo: ἐςεῖδεν.
v. 1177. παῖς σὸς] παῖς ὁ σὸς male Flor. A. 10. 34. Aug. b.
v. 1182. ἐκόμπασεν] Sic libri plerique. Vulgo: ἐκόμπασε.
v. 1183. εἰργάθειν] εἰργαθεῖν ex Elmsleii praecepto ad Med. 186. scripserunt Dindorfii. Veriora docuit F. A. Lobeckius in

v. 1170. *Μαινάλου κόρῃ*] Atalantam Maenali filiam ab Euripide dici agnovit Apollodorus III, 9, 2: *Ἡσίοδος δὲ καί τινες ἕτεροι τὴν Ἀταλάντην οὐκ Ἰάσου, ἀλλὰ Σχοινέως εἶπον· Εὐριπίδης Μαινάλου.* Qui communem famam derelinquere noluerunt, scribendum coniecerunt, ut rem recte expedivit Valckenarius, *Μαιναλίαν χθόνα*, quam lectionis varietatem commemorant Scholiastae codd. Aug. Flor. 33.

v. 1174 seq. *εἰς ἄκρον στόμα πύργων*] *Εἰς τοὺς τῶν τειχέων ὀδόντας, ἔνθα ἵστανται οἱ ἄνδρες.* SCHOLIASTA.

v. 1175 seq. *ὥστ' ἐπάλξεων λιπεῖν ἐρίπνας φυγάδας*] *Ὥστε λιπεῖν ἡμᾶς* (vel potius *τοὺς ἡμετέρους*) *τὰς ἐξοχὰς τῶν ἐπάλξεων φυγάδας γενομένους.* SCHOL.

v. 1177. *κυναγὸς ὡσεί*] *Τοὺς φυγάδας συναθροίζει καὶ συνάγει. ἐπὶ κυνῶν θήρας φευγόντων.* SCHOL.

v. 1179. *τοῦτο παύσαντες νοσοῦν*] Vide supra v. 1105.

v. 1180. *Καπανεὺς δὲ*] Operae pretium est propter Capanei descriptionem conferre Aeschyli Sept. adv. Theb. v. 423 seqq. Sophoclis Antig. v. 129 seqq., tum Statium Theb. lib. X. extremo, et eum, qui in Alcimedontem transferens hunc Euripidis locum expressit, Quintum Smyrnaeum XI, 450 seqq.

v. 1184. *κατ' ἄκρων περγάμων· ἤγουν τῆς ἀκροπόλεως, τὸ παρὰ τῷ πεζῷ λόγῳ κατάκρας.* SCHOL.

v. 1185. *πετρούμενος*] Sic libri omnes, quorum scripturam Glossatores explicant: *λίθοις βαλλόμενος*, ut merus error sit *πτερούμενος* in Ven. a., unde nullo modo auctore G. Hermanno coniecerim *κἀπτερωμένος* legi posse.

v. 1186. *ὑπ' αὐτὴν ἀσπίδ' εἱλίξας δέμας*] *Ἐναργῶς ἔδειξε τοῦτον ὑπὸ τῇ ἀσπίδι κεκαλυμ-*

τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν.
καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε καὶ πετρούμενος
ἀνεῖρφ', ὑπ' αὐτὴν ἀσπίδ' εἱλίξας δέμας,
κλίμακος ἀμείβων ξέστ' ἐνηλάτων βάθρα.
ἤδη δ' ὑπερβαίνοντα γεῖσα τειχέων
βάλλει κεραυνῷ Ζεύς νιν· ἐκτύπησε δὲ
χθών, ὥστε δεῖσαι πάντας· ἐκ δὲ κλιμάκων
ἐσφενδονᾶτο χωρὶς ἀλλήλων μέλη,
κόμαι μὲν εἰς Ὄλυμπον, αἷμα δ' εἰς χθόνα,
χεῖρες δὲ καὶ κῶλ' ὡς κύκλωμ' Ἰξίονος
ἑλίσσετ'· εἰς γῆν δ' ἔμπυρος πίπτει νεκρός.
ὡς δ' εἶδ' Ἄδραστος Ζῆνα πολέμιον στρατῷ,
ἔξω τάφρου καθῖσεν Ἀργείων στρατόν.
οἱ δ' αὖ παρ' ἡμῶν δεξιὸν Διὸς τέρας

Paralip. p. 46.
v. 1194. ἑλίσσετ'] Sic Flor. 2. 5. 9. 10. 18. 21. 33. 34. Guelph. Mosqu. D. edd. vett., etiam Scholiastae. εἱλίσσετ' primus Brunckius e Paris. A. restituerat, quem secuti sunt recentiores. Vide ad v. 3.

μένον καὶ βαλλόμενον ἄνωθεν, ὡς τό [Il. π', 360.]· Ἀσπίδι ταυρείῃ κεκαλυμμένος. SCHOL., qui εἱλίξας δέμας recte explicat: συστείλας τὸ σῶμα. Recte ad haec Valckenarius: In his Euripides echinum respicit sese spinis suis et aculeis involventem in formam pilae: de echino eadem illa εἱλίξας δέμας aequalis Euripidis Ion Chius adhibuit ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ ap. Athenaeum III. p. 91. E. et Zenobium Cent. V. prov. 68.

v. 1187. κλίμακος ἀμείβων κτλ.] Διερχόμενος τὰ ξεστὰ βάθρα, ἤγουν τὰς ξεστὰς βαθμίδας τῶν ἐνηλάτων τῆς κλίμακος, τουτέστι τῶν ὀρθῶν ξύλων, ἐφ' οἷς πεπήγασιν αἱ βαθμίδες. SCHOL.

v. 1191. ἐσφενδονᾶτο χωρὶς ἀλλήλων μέλη] Recte observavit G. Hermannus haec ultra naturalem vim fulminis esse. Non ego tamen ut ineptum Euripidem accusaverim. Nam quum ille Capaneum a Iove fulmine occisum narrat, non tam ipsam naturam fulminis ante oculos habet, sed iratam personam Iovis, quae Capaneum nimium superbum et elatum ulciscatur, itaque poeta vulgaris fulminis normam migrasse videtur.

v. 1192. κόμαι μὲν εἰς Ὄλυμπον],,Statius l. l. v. 922: Talia dicentem toto Iove fulmen adactum Corripuit: primae fugere in nubila cristae, galeam, ni fallor, designans." VALCKEN.

v. 1196. ἔξω τάφρου καθῖσεν] De forma καθῖσεν, quam L. Dindorfius pro librorum scriptura καθεῖσεν restituit, conferas G. Dindorfium ad Aristoph. Ranas v. 93 seq. Imm. Bekkerum ad Thucyd. VI, 66. Vol. II. p. 419, 6. VII, 82. Vol. III. p. 129, 1. Ph. Buttmann. in Gr. Gr. ampl. Vol. II. part. I. p. 152. ed. prior.

v. 1197. οἱ δ' αὖ παρ' ἡμῶν]

ἰδόντες ἐξήλαυνον ἁρμάτων ὄχους
ἱππεῖς, ὁπλῖται· κεἰς μέσ' Ἀργείων ὅπλα
ξυνῆψαν ἔγχη, πάντα δ' ἦν ὁμοῦ κακά·
ἔθνησκον, ἐξέπιπτον ἀντύγων ἄπο,
τροχοί τ' ἐπήδων, ἄξονές τ' ἐπ' ἄξοσι,
νεκροὶ δὲ νεκροῖς ἐξεσωρεύονθ' ὁμοῦ.
πύργων μὲν οὖν γῆς ἔσχομεν κατασκαφὰς
εἰς τὴν παροῦσαν ἡμέραν· εἰ δ' εὐτυχὴς
ἔσται τὸ λοιπὸν ἥδε γῆ, θεοῖς μέλει.

ΧΟΡΟΣ.

καλὸν τὸ νικᾶν· εἰ δ' ἀμείνον' οἱ θεοὶ
γνώμην ἔχουσιν, εὐτυχὴς εἴην ἐγώ.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

καλῶς τὰ τῶν θεῶν καὶ τὰ τῆς τύχης ἔχει·
παῖδές τε γάρ μοι ζῶσι κἀκπέφευγε γῆ.
Κρέων δ' ἔοικε τῶν ἐμῶν νυμφευμάτων

v. 1199. *ὁπλῖται· κεἰς*] Sic libri omnes. Male A. Matthiae commendavit Scaligeri coniecturam *ὁπλῖταί τ' εἰς*, quam receperunt Dindorfii.

v. 1210. *κἀκπέφευγε*] Sic Canterus, Flor. A. Leid. B. Cant. Harl. K. Flor. 2. 33. Vict. *καὶ ἐκπέφευγε* Aug. b. *κἀφπέφευγε* edd, oἱ παρ' ἡμῶν sunt nostri, ut facile appareat inutilem esse Valckenarii suspicionem *παρ' ἡμῖν* scribentis.

v. 1201. *ἀντύγων ἄπο*] *Ἄντυξ ἡ περιφέρεια τοῦ ἅρματος. ἐνταῦθα ἀντύγων ἄπο ἀντὶ τοῦ ἀπὸ ἁρμάτων.* SCHOL.

v. 1203. *νεκροὶ δὲ νεκροῖς κτέ.*] „Ubi huius enarrat historiae picturam Philostratus Icon. p. 854: *νεκροί*, inquit, *ἐπὶ νεκροῖς, καὶ ἵπποι, ὡς ἔπεσον, καὶ τὰ ὅπλα, ὡς ἀπεῤῥύη τῶν ἀνδρῶν.*" VALCKEN.

v. 1206. Quem duo libri non boni, Flor. 2. Vict., addunt huc versum: *Καὶ νῦν γὰρ αὐτὴν δαιμόνων ἔσωσέ τις*, eum ex interpolatione ortum esse existimo, quum neque sententia eum requirat neque in ceteris libris aut scholiis alia eius versus vestigia exstent, nisi quod Scaliger eum addi voluit, errore, ut videtur, *αὐτὸν* pro *αὐτὴν* scribens. Addiderunt illi, quibus non satis perfecta atque absoluta oratio videretur.

v. 1207. *καλὸν τὸ νικᾶν·*] *καλὸν τὸ νικᾶν ἐστίν· εἰ δὲ καὶ βέλτιον τοῦ νικᾶν ἡμᾶς βουλεύονται οἱ θεοί, εὐτυχοίην ἄν. λέγει δὲ τὸ φιλίαν ἐμβαλεῖν τοῖς ἀδελφοῖς.* SCHOL.

v. 1208. *ἔχουσιν*] Quod haec tantummodo logica positio est neque aut ad cogitatam conditionem aut ad effectum revocatur res, recte se habet indicativus, quem habent Leidd. A. B. Mosqu. D. Florr. septem, Vict. Aug. b. Guelph. et agnoscunt Scholiastae. Aldina scriptura *ἔχοιεν*, inventa etiam in Flor. 10. 33., inde orta est, quod ad *εἴην* similem mo-

τῶν τ' Οἰδίπου δύστηνος ἀπολαῦσαι κακῶν,
παιδὸς στερηθεὶς, τῇ πόλει μὲν εὐτυχῶς,
ἰδίᾳ δὲ λυπρῶς. ἀλλ' ἄνελθέ μοι πάλιν,
τί τἀπὶ τούτοις παῖδ' ἐμὼ δρασείετον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἔα τὰ λοιπά· δεῦρ' ἀεὶ γὰρ εὐτυχεῖς.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

τοῦτ' εἰς ὕποπτον εἶπας· οὐκ ἐατέον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

μεῖζόν τι χρῄζεις παῖδας ἢ σεσωσμένους;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

καὶ τἀπίλοιπά γ', εἰ καλῶς πράσσω, κλύειν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

μέθες μ'· ἔρημος παῖς ὑπασπιστοῦ σέθεν.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

κακόν τι κεύθεις καὶ στέγεις ὑπὸ σκότῳ.

vett. M. R. Aug. d. Havn. καὶ πέφευγε reliqui fere libri.

v. 1218. παῖδας ἢ σεσωσμένους] Sic Canterus. Confirmant Flor. A. Leidd. A. B. Florr. omnes. ἢ παῖδας σεσωσμένους edd. vett. Aug. d. Havn.

dum requirebant librarii. — Mox in verbis εὐτυχὴς εἴην ἐγώ, quae agnoscunt libri omnes, nisi quod Flor. 34. ἦν pro εἴην habet, tantummodo rei cogitatio continetur, non revocata ad eventum, quod tum fieret, si ἂν adiunctum legeretur, eaque oratio ad h. l. aptissima est. Hoc dicit Euripides: Sin meliorem di sententiam habent, sim ego felix. Simillimus locus est Pindari in Olymp. III. v. 44 seq.: Τὸ πόρσω δ' ἔστι σοφοῖς ἄβατον Κἀσόφοις. οὔ μιν διώξω· κεινὸς εἴην., ad quem locum vide quae Dissenius annotavit Vol. II. p. 49. Neque enim rem recte existimavit G. Hermannus, qui ἂν particulam necessario requirens nuper edidit: εὐτυχὴς ἂν εἶν ἐγώ.

v. 1209. Quod chorus meliorem etiam sententiam a dis exspectabat, Iocasta id unum gavisa, suos vivere liberos et patriam servatam esse, iam pronuntiat sibi deos et fortunam satisfecisse.

v. 1214. ἀλλ' ἄνελθέ μοι· ἀνάδραμε, διήγησαι. SCHOL.

v. 1215. τἀπὶ τούτοις] Vide Matth. §. 283. Rost. §. 98, 4. p. 448. ed. VI. — De verbo δρασείειν vide annot. nostram ad Med. 93. p. 23. ed. Pflugk. II.

v. 1216. δεῦρ' ἀεί] De hac formula, quae plane respondet Latino hucusque, vide quae collegit Porsonus ad Orest. 1679. p. 130. ed. Schaef. III.

v. 1217. εἰς ὕποπτον· εἰς ὑπόνοιαν κακοῦ. SCHOL.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

οὐκ ἄν γε λέξαιμ' ἐπ' ἀγαθοῖσι σοῖς κακά.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἢν μή γε φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

αἰαῖ· τί μ' οὐκ εἴασας ἐξ εὐαγγέλου
φήμης ἀπελθεῖν, ἀλλὰ μηνῦσαι κακά;
τὼ παῖδε τὼ σὼ μέλλετον, τολμήματα

v. 1222. οὐκ ἄν γε] Sic e MSS. Kingius. Confirmant Leid. B. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. d. οὐκ ἄν σε L. M. R. mero errore pro οὐκ ἄν γε. γε om. Mosqu. D. κοὐκ ἄν γε Aldus, Flor. 2. 10. 33.

v. 1223. ἢν μή γε] Sic Bodleiani omnes, Leidd. A. B. Guelph. Florr. prope omnes. εἰ μή γε Ald. et edd. vett. ἢν μή με Cant. M. R. Paris. A. lib. Put. Flor. 2. 33. Vict.

v. 1230. Ἐτεοκλέης δ' ὑπῆρξ'] Sic MS. C. C. C. Flor. A. Paris. A. Mosqu. D. Leidd. A. B. Guelph. Florr. praeter 33. omnes, Vict.

v. 1223. ἢν μή γε φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα] Similis sententia posita est in Oreste v. 1593: ἀλλ' οὔτι χαίρων, ἤν γε μὴ φύγῃς πτεροῖς. et apud Herodotum lib. IV. cap. 132: ἢν μὴ ὄρνιθες γενόμενοι ἀναπτῆσθε ἐς τὸν οὐρανὸν — οὐκ ἀπονοστήσετε ὀπίσω ὑπὸ τῶνδε τῶν τοξευμάτων βαλλόμενοι. — De verbis φεύγων ἐκφύγῃς conferas Homeri Iliad. XIV, 81: Βέλτερον, ὃς φεύγων προφύγῃ κακὸν ἠὲ ἁλώῃ. Herodoti IV, 23: τοῦτο δέ, ὃς ἂν φεύγων καταφύγῃ ἐς τούτους, ὑπ' οὐδενὸς ἀδικέεται. V, 95: ἐν δὲ δὴ καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς συμβολῆς γενομένης καὶ νικώντων Ἀθηναίων αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει, τὰ δέ οἱ ὅπλα ἴσχουσι Ἀθηναῖοι. et quem credo in his locis delusisse Euripidem Aristophan. in Acharn. v. 177. ed. Elmsl.: δεῖ γάρ με φεύγοντ' ἐκφυγεῖν Ἀχαρνέας. et in Nub. 168: ἦ ῥᾳδίως φεύγων ἂν ἀποφύγοι δίκην κτέ., quibus in locis omnibus non est tamen merus pleonasmus, sed participium conditionem, verbum finitum actionem designat, ut recte intellexit A. Matthiae Gr. Gr. ampl. §. 553. p. 1103 seq. ed. II.

v. 1225. ἀλλὰ μηνῦσαι κακά] Nescio, quamobrem vituperet Valckenarius Scholiastam, quod explicandi causa in altero hoc membro ἀναγκάζεις interposuit. Nam eiusmodi notio e superiore εἴασας in hoc zeugmate assumenda est non minus h. l. quam in Orest. v. 897: Οὗτος κτανεῖν μὲν οὔτε σ' οὔτε σύγγονον Εἴα, φυγῇ δὲ ζημιοῦντας εὐσεβεῖν. Sic dicitur in Aristophanis Ecclesiaz. v. 938 seqq.: εἶθ' ἑξῆν παρὰ τῇ νέᾳ καθεύδειν Καὶ μηδὲν πρότερον διασποδῆσαι Ἀνάσιμον ἢ πρεσβύτερον. Vide me in Nov. annal. phil. et paed. Vol. IV. p. 427. et I. H. Bremium ad Lysiam p. 437 seq. ed. Goth.

v. 1226 seq. τολμήματα αἴσχιστα] Habet quandam ipsius rei amplificationem numerus pluralis in eiusmodi locis. Ceterum v. Matth. §. 432, 5. p. 804. ed. II.

v. 1229. εἰς κοινὸν] Λέγειν εἰς κοινὸν est fere idem quod λέγειν

αἴσχιστα, χωρὶς μονομαχεῖν παντὸς στρατοῦ,
λέξαντες Ἀργείοισι Καδμείοισί τε
εἰς κοινὸν οἷον μήποτ' ὤφελον λόγον.
Ἐτεοκλέης δ' ὑπῆρξ' ἀπ' ὀρθίου σταθεὶς
πύργου, κελεύσας σῖγα κηρῦξαι στρατῷ.
ἔλεξε δ'· ὦ γῆς Ἑλλάδος στρατηλάται
Δαναῶν τ' ἀριστεῖς, οἵπερ ἤλθετ' ἐνθάδε,
Κάδμου τε λαός, μήτε Πολυνείκους χάριν

Aug. b. d. aliique multi libri, nisi quod Flor. 2. 5. 6. 9. 10. Ἐτεοκλῆς peccant. Ἐτεοκλῆς προϋπῆρξ' Aldus et edd. vett. Flor. 33. Taurin. Havn.

v. 1233. τ'] omissum in edd. vett. addunt MS. C. C. C. Mosqu. D. Guelph. Flor. 2. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. Aug. b. Eodem pertinet Leid. A. καριστεῖς pro τ' ἀριστεῖς scribens.

v. 1234. μήτε Πολυνείκους] Sic Canterus et codd. μήποτε Πολ. edd. vett.

εἰς μέσον. Vide Orest. 774: εἰς κοινὸν λέγειν χρή. et Herc. fur. 86. cum annot. Pflugk. p. 25.

v. 1230. Ἐτεοκλέης δ' ὑπῆρξ'] Est omnium fere linguarum proprium, ut verba, quae initium capere significent, ubi res et ratio patitur, ponantur de initio sermonis. Etenim ut Graece ὑπάρχει, sic Latine incipit, Germanice er beginnt et alia id genus multa dicimus, non addito infinitivo λέγειν aut fari aut zu sprechen. — Mox ad verba ἀπ' ὀρθίου videtur spectare Hesychius: ἀπ' ὀρθίου· ἐπὶ ὑψηλοῦ. Et ἐπὶ pro ἀπὸ explicandi causa posuerunt librarii etiam in Leidd. A. B. Guelph. Mosqu. D. Aug. b. Recte A. Matthiae: „Constructio est," inquit, „Ἐτ. δ' ὑπῆρξε λέγειν εἰς μέσον ἀπ' ὀρθίου πύργου σταθεὶς ἐπ' αὐτοῦ, ut Troad. 524: ἀνὰ δ' ἐβόασεν λεὼς Τρῳάδος ἀπὸ πέτρας σταθείς. et λέγειν ἀπό τινος τόπου solennis est dictio. Vid. Gramm. Gr. §. 396. b. c." Vid. etiam C. Wexium ad Soph. Antig. 409. p. 164. Statium Theb. VII, 374: quum rector ab aggere coepit.

v. 1231. κελεύσας σῖγα κηρῦξαι στρατῷ] Simillimus est locus Hecubae v. 529 seq.: σημαίνει δέ μοι Σιγὴν Ἀχαιῶν παντὶ κηρῦξαι στρατῷ. Differt autem σῖγα κηρῦξαι et σιγὴν κηρῦξαι, si vim formulae spectes, sicut nostrum Ruhe gebieten et Stillschweigen anbefehlen, quod in altero vox indicentis, in altero res, quae indicitur, spectatur magis.

v. 1232. ἔλεξε δ'· ὦ γῆς κτλ.] „Ὁμηρικῶς ἤρξατο [Il. γ', 86.] Κέκλυτέ μευ Τρῶες καὶ ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί. Οὗτος δὲ ὁ στίχος ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις οὐ φέρεται." SCHOL. Omissus ab iis versus videtur, qui partim, quemadmodum illud ἔλεξε δέ post praecedens ὑπῆρξεν explicarent, non habebant, partim solennem istam et graviorem appellationem, quae est aptissima ad h. l., non satis recte iudicabant. Neque ille in ullo nostrorum codd. omissus est.

ψυχὰς ἀπεμπολᾶτε μήθ' ἡμῶν ὕπερ.
ἐγὼ γὰρ αὐτὸς τόνδε κίνδυνον μεθεὶς
μόνος συνάψω συγγόνῳ τολμῶ μάχην·
κἂν μὲν κτάνω τόνδ', οἶκον οἰκήσω μόνος,
ἡσσώμενος δὲ τῷδε παραδώσω πόλιν.
ὑμεῖς δ' ἀγῶν' ἀφέντες Ἀργείαν χθόνα
νίσσεσθε, βίοτον μὴ λιπόντες ἐνθάδε,
σπαρτῶν τε λαὸς ἅλις, ὅσος κεῖται θανών.

v. 1237. *συνάψω*] *ξυνάψω* Havn.

v. 1239. *πόλιν*] Sic edd. et codd. plerique. *πάλιν* Flor. A. *μόνῳ* Paris. A. Vict. Flor. 2., in quo olim fuit *δόμον*, Ven. a. b., sed Ven. b. *γρ. πόλιν.*

v. 1241. *νίσσεσθε*] Codd. partim *νίσσεσθε*, partim *νείσσεσθε*. V. Aug. Boeckh. ad Pind. Ol. III, 10.

v. 1242. *σπαρτῶν τε*] *τὲ* primus restituit Barnesius. Habent Leid. B. Vict. et, ut opinor, alii libri. Olim legebatur *σπαρτῶν δέ*. Mox *ὃς* pro *ὅσος* Leid. B. Flor. A. 2. 10. 33. Vict. Aug. d.

v. 1235. *ψυχὰς ἀπεμπολᾶτε· τὴν ζωὴν ὑμῶν προδίδοτε. ἀπεμπολᾶν κυρίως τὸ πιπράσκειν.* SCHOL. Is igitur rectissime intellexit h. l. *ἀπεμπολᾶτε* improprie dici, quod contra alius Scholiasta illos exercitus quasi mercede conductos descripsit.

v. 1236. *τόνδε κίνδυνον μεθείς*] „Grotius expressit felicissime: In me periculum recidat. Virgilii Turnus in Aen. XII, 694: Quaecumque est fortuna, mea est: me verius unum Pro vobis foedus luere et decernere ferro. Nihil hic novandum iudicabit, qui meminerit in Rheso recte scriptum v. 154: *Ἐγὼ πρὸ γαίας τόνδε κίνδυνον θέλω Ῥίψας κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν*, ubi scripsisse potuerat in eandem sententiam: *τόνδε κίνδυνον μεθεὶς θέλω κατόπτης κτὲ.*: sunt enim affinis saepe significationis verba, velut in Hippol. v. 356: *Ῥίψω, μεθήσω σῶμα.* Hel. v. 1412: *μεθεῖναι σῶμ' ἐς οἶδμα πόντιον.* Iam vero *ῥιψοκίνδυνος* Rhesus dicitur *τόνδε κίνδυνον ῥίψας*, Eteocles autem *τόνδε κίνδυνον μεθείς*. Periculum vel aleam periculi subire venusta translatione dicitur *κίνδυνον* et *κινδύνου κύβον ῥῖψαι* vel *ἀναῤῥῖψαι*. Vid. Io. Brodaeum in Eurip. Heraclid. 150. Is. Casaubon. ad Sueton. Caes. 32. Dukero citatum in Thucyd. IV, 85. et D'Orvillium in Charit. p. 88. Quo spectaret Euripides in Rhesi verbis, hoc minus obscurum, quod paulo diceret inferius v. 183: *ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαίμονος.*" VALCKEN.

v. 1237. *μόνος συνάψω*] Non satis recte dixit A. Matthiae sibi coniungenda videri hic *αὐτὸς μόνος*. Nam *αὐτός* pertinet ad interpositum participium *τόνδε κίνδυνον μεθείς*, *μόνος* autem ad verba *συνάψω — μάχην*, ut omnis locus sic reddendus esse videatur: Ego enim, ipse istud periculi in me suscipiens, solus inibo cum fratre meo certamen. Et significassem interpunctione haec ita intelligenda esse, nisi mihi persuasum esset Graecos haec potius coniunctim pronuntiavisse.

v. 1239. *τῷδε παραδώσω πόλιν*] Mihi paene necessarium vi-

τοσαῦτ' ἔλεξε· σὸς δὲ Πολυνείκης γόνος
ἐκ τάξεων ὤρουσε κἀπῄνει λόγους.
πάντες δ' ἐπεῤῥόθησαν Ἀργεῖοι τάδε
Κάδμου τε λαός, ὡς δίκαι' ἡγούμενοι.
ἐπὶ τοῖσδε δ' ἐσπείσαντο κἀν μεταιχμίοις
ὅρκους συνῆψαν, ἐμμένειν στρατηλάτας.
ἤδη δ' ἔκρυπτον σῶμα παγχάλκοις ὅπλοις
δισσοὶ γέροντος Οἰδίπου νεανίαι·

Havn., tum νεκρός pro θανών Flor. A. 2. 10. 33. Vict.

v. 1243. ἔλεξε· σὸς δὲ] Sic libri tantum non omnes. ἔλεξ', ὁ σὸς δὲ Aldus et edd. vett., quod fere articulum in his requirebant. V. ad v. 1178.

v. 1247. ἐπὶ τοῖσδε δ'] Libri plerique ἐπὶ τοῖς δ', usitato errore. Veram scripturam praestant pauci libri, in his Leid. B. Minus recte edd. vett. ἐπὶ τοῖσι δ', itidem e correctione, quae est etiam in Flor. 21.

v. 1250. δισσοὶ] οἱ τοῦ Flor. A. 10. e v. 1363.

detur hanc retinere scripturam propterea, quod exercitui Argivorum hoc aperte significandum erat, urbem concessum iri Polynici, si vinceretur Eteocles. Quamvis enim, etiam si scribas μόνῳ pro πόλιν, res aliter intelligi non possit, tamen in conditione publice proposita non significari id debebat, sed aperte poni. Facile autem h. l. μόνῳ ex interpolatione oriri poterat.

v. 1240 seq. Ἀργείαν χθόνα νίσεσθε] Similiter Homerus in Il. III, 74: τοὶ δὲ νεέσθων Ἄργος ἐς ἱππόβοτον καὶ Ἀχαιΐδα καλλιγύναικα.

v. 1241. Hunc versum, quem suppositum esse putavit Valckenarius, recte iam olim Heathius defendit, quod dixit sibi versum paene necessarium videri, ut sententia omnibus numeris absoluta esset. In eandem sententiam nuper etiam G. Hermannus disputavit. Similiter dicitur in Rheso v. 870: μὴ θνῆσχ'· ἅλις γὰρ τῶν τεθνηκότων ὄχλος.

v. 1245. πάντες δ' ἐπεῤῥόθησαν Ἀργεῖοι τάδε] Euripides hic et in Hecub. v. 553: λαοὶ δ' ἐπεῤῥόθησαν. fere circumscripsit Homericum illud ex Iliad. I, 22: ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί. Respicit huc Hesychius: ἐπεῤῥόθησαν· ἐπήχησαν, ἐπεβόησαν. Praeterea miror neminem Valckenarium, qui τάδε non ad ἐπεῤῥόθησαν, sed ad ἡγούμενοι referendum putavit, in viam reduxisse. Rectissime enim ἐπιῤῥοθεῖσθαι cum eius rei, quam acclamatione tua comprobare vis, accusativo construitur, non secus atque illud ipsum verbum, quod explicationis gratia posuit Hesychius, ἐπιβοᾶσθαι, in eiusmodi causa accusativum rei adiunctum habet apud Thucydidem VI, 16: ὧν ἐγὼ ὀργεγόμενος καὶ διὰ ταῦτα τὰ ἴδια ἐπιβοώμενος κτέ.

v. 1248. ὅρκους συνῆψαν, ἐμμένειν στρατηλάτας] Revocavi hanc vett. edd. scripturam, quam praeter Guelph. Flor. 5. 6. 9. 10. 18. 21. 33. 34. agnoscunt etiam Scholiastae. Nam etiam ille Scholiasta, qui στρατηλάται habuit in libro suo, aperte στρατηλάτας, non στρατηλάταις pro varietate lectionis commemorat, ut eius oratio sic constituenda sit: ἔνιοι δὲ γράφουσι στρατη-

φίλοι δ' ἐκόσμουν, τῆσδε μὲν πρόμον χθονὸς
σπαρτῶν ἀριστεῖς, τὸν δὲ Δαναϊδῶν ἄκροι.
ἔσταν δὲ λαμπρώ, χρῶμά τ' οὐκ ἠλλαξάτην,
μαργῶντ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἱέναι δόρυ.
παρεξιόντες δ' ἄλλος ἄλλοθεν φίλων,
λόγοις ἐθάρσυνόν τε κἀξηύδων τάδε·
Πολύνεικες, ἐν σοὶ Ζηνὸς ὀρθῶσαι βρέτας
τρόπαιον, Ἄργει τ' εὐκλεᾶ δοῦναι λόγον·

v. 1256. *λόγοις ἐθάρσυνόν τε κἀξηύδων τάδε*] Sic scripsit Brunckius e Paris. A. Confirmant Flor. 2. Vict. Ven. a. b. et e parte Harl. Flor. 33.: *λόγοισι θαρσύνοντες κἀξηύδων τάδε*, tum Leid. B. Flor. A. edd. vett.: *λόγοισι θαρσύνοντες ἐξηύδων τάδε*. MS. C. C. C. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9.: *λόγοισι θαρσύνοντε προςηύδων τάδε*, item L. Leid. A. Flor. 18. 21. 34. Aug. b., nisi quod *θαρσύνοντες* habent. Brunckium secutus est etiam G. Hermannus.

λάτας μετὰ τοῦ ς̄, ἵνα τοὺς ἄλλους βασιλεῖς καὶ τὰ στρατεύματα ἀκούσωσιν ἐμμένειν τοῖς ῥηθεῖσιν ὑπ' ἀμφοτέρων. Sententia haec est: Fecerunt Argivi et Thebani per praecones inducias et iuraiuranda interposuerunt, ut duces utriusque exercitus obligarentur servare has pactiones. Ceterum infinitivum praesentis *ἐμμένειν*, quem P. Elmsleius ad Med. 736. mutari voluit, recte defendit Schaeferus ad Theocrit. XXVII, 69. p. 227. Vide etiam Pflugk. ad Med. v. 753. p. 83. ed. II.

v. 1253. *χρῶμά τ' οὐκ ἠλλαξάτην*] Cf. Hom. Il. XIII, 279 seq.

v. 1254. *μαργῶντ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἱέναι δόρυ*] Recte Muretus in Var. lect. V, 17. cum hoc loco composuit Horatianum ex Od. I, 15, 27 seq.: Ecce furit te reperire atrox Tydides melior patre.

v. 1255. *παρεξιόντες δ' ἄλλος ἄλλοθεν φίλων*] Parum videbant veteres editores, quum *ἄλλοι* pro *ἄλλος*, quod libri et Scholiasta habent, scripserunt. V. Orest. 1498: *βοηδρομοῦμεν ἄλλος ἄλλοθεν στέγης*. et Iphig. Tauric. 319: *ἄλλος ἄλλοθεν προςκείμενοι*. Etiam solutae orationis scriptores saepenumero hanc inde ab Homero, cuius vide Iliad. ι', 311. Odyss. σ', 231., usitatam formulam admiserunt, quo in genere Luciano in Gall. s. somnio §. 18. reddidi e libris optimis: *ὡς εἰκάζοντες ἄλλος ἄλλως ἅπαντες ἐκπλήττωνται κτὲ.* Neque aliter dicitur in Luciani Saturnal. §. 8: *ἔτι δὲ καὶ θεραπείας τινὰς ἕκαστος ὑποβάλλοντες.* Cf. quae annotavi ad Luciani Gall. l. l. p. 54 seq.

v. 1257 seq. *ἐν σοὶ Ζηνὸς ὀρθῶσαι βρέτας τρόπαιον*] *Ἐν σοὶ κεῖται ἀνορθῶσαι τὸ εἴδωλον νικητήριον· οἱ γὰρ νικῶντες εἴδωλον ἔστασαν τοῦ Διός.* SCHOL. Vide infra v. 1480. et Heraclid. v. 937. cum annotatione Barnesii.

v. 1259. *Ἐτεοκλέα δ' αὖ·*] *Ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἐθάρσυνόν τε καὶ ἔλεγον.* SCHOL. Vide v. 1256.

v. 1260. *σκήπτρων κρατεῖς*] De hac scriptura, quam libri tantum non omnes tuentur cum Scholiasta, vide quae supra posui ad v. 594. p. 107.

v. 1262 seq. *ἐμπύρους τ' ἀκμὰς*

Ἐτεοκλέα δ' αὖ· νῦν πόλεως ὑπερμαχεῖς,
νῦν καλλίνικος γενόμενος σκήπτρων κρατεῖς.
τάδ' ἠγόρευον, παρακαλοῦντες εἰς μάχην.
μάντεις δὲ μῆλ' ἔσφαζον, ἐμπύρους τ' ἀκμὰς
ῥήξεις τ' ἐνώμων, ὑγρότητ' ἐναντίαν,
ἄκραν τε λαμπάδ', ἣ δυοῖν ὅρους ἔχει,
νίκης τε σῆμα καὶ τὰ τῶν ἡσσωμένων.
ἀλλ' εἴ τιν' ἀλκὴν ἢ σοφοὺς ἔχεις λόγους

v. 1262. *μάντεις δὲ*] Sic multi, ut videtur, libri, certe Leidd. A. B. Flor. 33. 34. Olim legebatur *μάντεις τε*. Mox *ἐμπύρους τ'* Flor. A. Leidd. A. B. Flor. 2. 10. 33. Guelph. Vict. pro vulgato *ἐμπύρους δ'*.

v. 1263. *ἐναντίαν*] *ἐναντίων* Schol. et non pauci libri.

v. 1265. *καὶ τὰ*] Sic MS. C. C. C. Leid. A. (*γρ. τὸ*) Guelph. Flor. 5, 6. 9. 10. 18. 21. 34. Aug. b. Nec distat Mosqu. D. *κατά*. Vulgo: *καὶ τό*.

ῥήξεις τ' ἐνώμων κτλ.] Difficilem hunc locum ita interpretandum existimo, ut haruspices haec tria observitasse dicantur, primum *ἐμπύρους ἀκμάς*, i. e. firmas et aequabiles ignis altitudines et quasi florem flammae, tum *ῥήξεις*, scissuras flammae, quae dicitur *ὑγρότης ἐναντία*, mollitudo atque infirmitas contraria, deinde *ἄκραν λαμπάδα*, i. e. summum flammae apicem, in quo iam rursus duae res observari solent, victoriae vel cladis indices, ut poeta memorat. De prioribus illis apte contulit Valckenarius Senecae Orest. 309 seqq.: Utrumne clarus ignis et nitidus stetit, Rectusque purum verticem coelo tulit, Et summam in auras fusus explicuit comam, An latera circa serpit incertus viae, Et fluctuante turbidus fumo labat? et ex eadem fabula rursus v. 321 seqq.: Sed ecce pugnax ignis in partes duas Discedit et se scindit unius sacri Discors favilla, tum Statii Theb. X, 593 seqq.: Sanguineos flammarum apices geminumque per aras Ignem et clara tamen mediae fastigia lucis Orta docet: tunc in speciem serpentis inanem Ancipiti gyro volvi frangique rubore Demonstrat dubio.

v. 1265. *καὶ τὰ τῶν ἡσσωμένων· Ἐνήλλαξε τὸ σχῆμα· εἰ γὰρ πρὸς τὸ σημεῖον ἀπεδίδου, κατὰ γενικὴν ἂν καὶ τοῦτο προὔφερεν· ὁ δὲ ἀφεὶς τὴν ἀπόδοσιν ταύτην καὶ τὰ τῶν ἡττωμένων, φησὶν, ἔχει, ὃ ταὐτὸ δύναται τῷ καὶ τῶν ἡττωμένων ἔχει σημεῖον.* SCHOL.

v. 1266. *ἀλλ' εἴ τιν' ἀλκὴν κτλ.*] *Ἀλκή* ut saepe alias, sic hic quoque vim eam significat, qua aliquid mali arceas, ut fere Latino si quid potes respondeat, ut dicitur in Terentii Andria II, 1, 33: Nunc si quid potes aut tu aut hic Byrrhia, Facite, fingite, invenite, efficite, qui detur tibi. Sic non credo recte de ea voce dubitasse Valckenarium, qui de sententia confert Plutarchi Moral. II. p. 1069. A: *ἐμὲ πολλῆς — μεστὸν ἥκοντα ταραχῆς,*

ἢ φίλτρ' ἐπῳδῶν, στεῖχ', ἐρήτυσον τέκνα
δεινῆς ἁμίλλης, ὡς ὁ κίνδυνος μέγας,
καὶ τἆθλα δεινὰ· δάκρυά σοι γενήσεται
δισσοῖν στερήσει τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ τέκνοιν.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ὦ τέκνον, ἔξελθ' Ἀντιγόνη δόμων πάρος·
οὐκ ἐν χορείαις οὐδὲ παρθενεύμασιν
νῦν σοι προχωρεῖ δαιμόνων κατάστασις.
ἀλλ' ἄνδρ' ἀρίστω καὶ κασιγνήτω σέθεν
εἰς θάνατον ἐκνεύοντε κωλῦσαί σε δεῖ
σὺν μητρὶ τῇ σῇ μὴ πρὸς ἀλλήλοιν θανεῖν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τίν', ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἔκπληξιν νέαν
φίλοις ἀϋτεῖς τῶνδε δωμάτων πάρος;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ὦ θύγατερ, ἔῤῥει σῶν κασιγνήτων βίος.

v. 1272. *οὐδὲ παρθενεύμ.*] Sic Leid. B. Guelph. (in quo *ἐν* ab eadem manu supra scriptum est) Flor. 6. 9. 18. 21. 34. *οὐδὲ ἐν παρθενεύμ.* Leid. A. *οὐδ' ἐν παρθενεύμ.*, quod primus correxit Canterus, edd. vett. et Mosqu. D. Flor. 2. 5. 10. 33. Vict. Havn. Mox *παρθενεύμασιν* pro *παρθενεύμασι* Flor. 5. 6. 9. 18.

v. 1273. *δαιμόνων*] *δαίμονος* G. Hermannus de coniectura sua.

εἴτε τισὶ λόγοις εἴτε ἐπῳδαῖς εἴτε ἄλλον ἐπίστασαι τρόπον παρηγορίας, οὐκ ἂν φθάνοις ἰατρεύων.

v. 1267 seq. *στεῖχ', ἐρήτυσον τέκνα δεινῆς ἁμίλλης*] Cf. Senecae Phoeniss. 401 seq.: I, redde amorem fratribus, pacem omnibus, Et impia arma, mater, opposita impedi.

v. 1269. *καὶ τἆθλα δεινὰ κτέ.*] Recte nuper G. Hermann. *τὰ ἄεθλα* in *τἄεθλα*, dein in *τἆθλα* ab Euripide contractum esse defendit, sed quod, ut constructionem horum verborum iuvaret, scripsit, recepta in seq. versu Reiskii coniectura *στερείσῃ* pro *στερήσει*: *καὶ τἆθλα δεινʼ, ἃ δάκρυά σοι γενήσεται δισσοῖν στερείσῃ κτέ.*, in eo non assentior viro doctissimo. Nihil enim causae video, cur dici non possit: Nam periculum magnum est, et praemia certaminis lacrimarum tibi causa erunt: duobus privabere hac in die liberis. Vide recte de hoc loco disputantem C. G. Firnhaberum in libro: Die Verdächtigungen Euripideischer Verse etc. p. 81 seqq. De forma *τἆθλα — δάκρυά σοι γενήσεται* comparavit Valckenarius Helenae v. 479 seq.: *ἢν δὲ δεσπότης λάβῃ σε, θάνατος ξένιά σοι γενήσεται.*

v. 1272. *οὐκ ἐν χορείαις οὐδὲ παρθενεύμασιν κτέ.*] „Sententiam recte cepit Barnesius: Fortuna nostra non talis est, ut choreae et virginalis modestia locum habere possint. Sic 1283: *οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τὰ σά*, pudor non convenit fortunae tuae.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πῶς εἶπας;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

αἰχμὴν εἰς μίαν καθέστατον.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οἲ 'γώ, τί λέξεις, μῆτερ;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

οὐ φίλ', ἀλλ' ἕπου.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ποῖ παρθενῶνας ἐκλιποῦσ';

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἀνὰ στρατόν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

αἰδούμεθ' ὄχλον.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τὰ σά.

v. 1276. ἀλλήλοιν] Sic libri tantum non omnes. Olim ἀλλήλοις.

v. 1281. οἲ 'γώ] ἐγώ Flor. 2. 5. 6. 9. 10. 33. οἲ ἐγώ edd. vett.

v. 1283. τὰ σά] τάδε pro var. lect. MS. C. C. C. Leid. alt. eamque varietatem commemorant Schol. Barocc. et Guelph.

Iphig. Aul. 1322: οὐκ ἐν ἁβρότητι κεῖσαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα. Ion. 1396: οὐκ ἐν σιωπῇ τἀμά. Vid. scholion ad v. 1283." A. MATTHIAE. Haec non male disputavit ille, sed h. l. tamen in παρθενεύμασιν mihi videtur potissimum de iis rebus cogitandum esse, quas potissimum agunt virgines; pudor ac modestia virginalis postea v. 1283. significantur magis.

v. 1273. δαιμόνων κατάστασις] Quod non humano consilio factum est, id dicitur a dis profectum esse, quo in genere dicendi fit, ut di fere pro fortuna appellentur. Hinc factum est, ut Scholiastae hic δαιμόνων fere τῆς τύχης, τῆς εἱμαρμένης explicent, quamquam alio quodam modo δαιμόνων, alio τῆς τύχης dicitur. Id tamen non debebat G. Hermannus arripere, ut ansam coniecturae δαίμονος haberet. Nam etiam Scholiastae procul dubio δαιμόνων legebant. Cf. Sophoclis Antigonam v. 157 seq.: νεαραῖσι θεῶν ἐπὶ συντυχίαις. Oed. reg. v. 34: ἔν τε δαιμόνων συναλλαγαῖς. Philoct. v. 1116: πότμος σε δαιμόνων κτἑ., quod G. Hermannus ipse ait idem esse, quod θεία μοῖρα. Cf. Matth. §. 375. p. 689. ed. II.

v. 1278. φίλοις ἄὔτεῖς] φίλοις est amicis tuis, i. e. mihi et ceteris familiaribus. Non satis recte de horum verborum sententia dubitaverunt Scholiastae.

v. 1281. οἲ 'γώ, τί λέξεις] Vide G. Hermannum ad Vigerum n. 164. p. 747 seq. ed. III.

v. 1283. αἰδούμεθ' ὄχλον] Cf.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

δράσω δὲ δὴ τί;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

συγγόνων λύσεις ἔριν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τί δρῶσα, μῆτερ;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

προσπίτνουσ' ἐμοῦ μέτα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἡγοῦ σὺ πρὸς μεταίχμι', οὐ μελλητέον.

v. 1284. δὴ] om. Mosqu. D. Aug. d. Havn.

v. 1291. αἰαῖ, αἰαῖ] Sic quater αἶ αἶ αἶ αἶ Aldus et rell., Flor. 2. 10. 33. Havn. αἶ αἶ reliqui fere libri bis habent.

v. 1293. Huic versui libri partim αἶ ἕ, partim αἶ αἶ, partim ἒ ἕ praemittunt. Omittunt interiectionem Flor. A. 2. 10. Eiecit primus Kingius.

Iphig. Aul. 1338: Ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἀνδρῶν ὄχλον εἰσορῶ πέλας. — De verbis οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τὰ σά vide quae supra adscripsi ad v. 1272. p. 192.

v. 1288. πρὸ λόγχης· πρὸ τῆς μάχης. SCHOL.

v. 1289. ἢν δ' ὑστερήσῃς, οἰχόμεσθα, κατθανεῖ] Hunc versum ad sententiam complendam paene necessarium, quod in hac ipsa fabula supra v. 980. totidem verbis legitur, fuerunt quum antiquiore tempore, tum etiam recentiore multi qui subditicium esse existimarent. Sic factum est, ut in libris aliquot, non optimis, plane omissus ille versus sit, ut in Flor. A. 10. Cant. K. Leid. B., in libro autem Parisiensi B. apud Musgrav. adscriptum legatur: ἐν πολλοῖς οὐ φέρεται, recentiores vero interpretes praeter Firnhaberum, quem vide l. l. p. 86 seqq., omnes hunc versum repudiandum putarint. Iniuria. Nam quod repetitum versum culpantur, nihili est. Illud enim iam saepe vidimus, repeti eadem verba posse in uno libro, si quando ea sententia, quae in illis continetur, iterum declaranda est. Quod autem dicunt ne sententiam quidem horum verborum satis accommodatam esse ad h. l., recte iam Firnhaberus significavit e perversa illorum verborum interpretatione istud criticorum iudicium natum ac proinde perversum ipsum esse. Quid enim magis idoneum ad h. l. est quam hoc, ut Iocasta filiae, quacum ad impediendum liberorum suorum certamen proficiscitur, quo magis eius cursum acceleraret, diceret: si sero veniret, de se ambabus actum esse. Hoc enim nihil aliud volunt sibi verba: οἰχόμεσθα, κατθανεῖ, et hoc loco et superiore illo v. 980. Nam οἰχόμεσθα et κατθανεῖ non secus dicuntur quam Latinorum periimus et periisti. Itaque etiam longe aliud est quod mox dicitur: θανοῦσι δ' αὐτοῖς συνθανοῦσα κείσομαι. Hic enim non amplius habemus formulam desperationis ac summae calamitatis indicem, sed quod dicitur de morte, ipsa mors est. Quae

ΙΟΚΑΣΤΗ.

ἔπειγ', ἔπειγε, θύγατερ· ὡς, ἢν μὲν φθάσω
παῖδας πρὸ λόγχης, οὑμὸς ἐν φάει βίος·
[ἢν δ' ὑστερήσῃς, οἰχόμεσθα, κατθανεῖ.]
θανοῦσι δ' αὐτοῖς συνθανοῦσα κείσομαι.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφή.)

αἰαῖ, αἰαῖ·
τρομερὰν φρίκα, τρομερὰν φρέν' ἔχω·
διὰ σάρκα δ' ἐμὰν
ἔλεος, ἔλεος ἔμολε ματέρος δειλαίας.
δίδυμα τέκεα πότερος ἄρα πότερον αἱμάξει,

v. 1294. *ματέρος*] Sic certe Leid. B. e vera correctione. Reliqui libri et edd. vett. *ματρός*. Hic et qui sequitur versus ex iambo et binis dochmiis constant.

v. 1295. *τέκεα*] Schol. Flor. A. Leidd. A. B. Paris. A. Guelph. Florr. octo, Vict. Aug. b. *τέκνα* edd. vett. et Flor. 33.

quum ita sint, quis poterit optimorum ac plurimorum librorum scripturam repudiare, qua hoc dicitur: Propera, propera, filia. Nam si conveniam liberos ante pugnam, mea vita in luce posita erit: sin sero veneris, occidimus, periisti. Cum mortuis autem ego mortua iacebo? Nam quod istos veteres libros commemorant, qui non habent hunc versum, hoc denique nihil aliud declarat nisi iam antiquo tempore fuisse, qui hunc locum secus intelligerent.

v. 1292. *τρομερὰν φρίκα, τρομερὰν φρέν' ἔχω*] Retinui hanc recentiorum editionum scripturam, petitam e Leidd. A. B. Ask. quinque Pariss. ap. Musgravium, propterea, quod, si scriptum fuit antiquo tempore *φρίκαι*, facile intelligitur, qui in edd. vett. et Flor. 2. venerit *φρίκαν*, in MS. C. C. C. *φρῖκα*, in Flor. 5. 6. 9. 10. 18. 33. 34. Mosqu. D. Aug. b. Guelph. *φρίκα*. Habuit hanc scripturam etiam Scholiasta cod. Guelph. m. 2. eodemque modo dicitur in Troasin v. 1026. *φρίκῃ τρέμουσαν*, quamquam veteres Scholiastae plures accusativum h. l. habuisse videntur. Sic enim fere explicant: *φεῦ φεῦ, ἔντρομον ὀρθίασιν τριχῶν ἔχω, τρομερὰν φρένα ἤτοι ἔντρομον λογισμὸν ἔχω, τουτέστιν ἐν φόβῳ εἰμί· διὰ δὲ τῆς ἐμῆς σαρκὸς οἶκτος ἦλθε διὰ τοὺς δύο παῖδας τῆς ἀθλίας μητρός*. Et rursus: *τρομερὰν φρίκαν· φρίκην τρόμου παραιτίαν*. Καὶ Πίνδαρος [Pyth. IV, 144.]· *φρίσσοντας ὄμβρους, τοὺς φρίσσειν ποιοῦντας*. Dein: *τρομερὰν τρόμου γεννητικὴν καὶ τρομοποιὸν φόβον*, eodemque modo Antipatro Sidonio *θάλασσαν* dici *τρομερῇ φρικὶ χαρασσομένην* Antholog. I. c. LVI. ep. 5. v. 2. commemoravit iam Valckenarius. Vide etiam A. Seidlerum ad Troad. 185.

v. 1295. *δίδυμα τέκεα πότερος ἄρα πότερον*] Quod olim duo in his verbis soloecismos sibi invenire visi sunt veteres interpretes, id hodie bene Graece dictum esse

ἰώ μοι πόνων,
ἰὼ Ζεῦ, ἰὼ γᾶ,
ὁμογενῆ δέραν, ὁμογενῆ ψυχὰν
δι' ἀσπίδων, δι' αἱμάτων;
τάλαιν' ἐγώ, τάλαινα,
πότερον ἄρα νέκυν ὀλόμενον ἰακχήσω;

(ἀντιστροφή.)

φεῦ δᾶ, φεῦ δᾶ,
δίδυμοι θῆρες, φόνιαι ψυχαὶ
δορὶ παλλόμεναι
πέσεα, πέσεα δάϊ' αὐτίχ' αἱμάξετον.

v. 1298. ὁμογενῆ] Brunckius e Paris. A. Confirmant Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. omnes, Vict. Aug. b. Havn. ὁμογενᾶ edd. vett.

v. 1302. φεῦ δᾶ, φεῦ δᾶ] Sic libri prope omnes. φεῦ δά edd. vett. et Flor. 6. 9.

v. 1305. πέσεα] Aliquot libri bis πέσσεα peccant.

v. 1306. ὅτι ποτὲ] τί ποτε permulti libri. Mox ἠλθέτην Bodl. omnes, MS. Reg. ap. King., Leid. A. Paris. A. Flor. 2. 5. 6. 9. 18. 21. Vict. ἐλθέτην Guelph. ἐπηλθέτην Flor. A. 33. Aug. b. ἠλυθέτην MS. C. C. O. ἐπηλυθέτην edd. vett.

v. 1308. ἰακχὰν στεναχτὰν] ἰακχὰν est a Musgravio. Libri: ἰαχάν. Ceterum G. Hermannus nuper ex edd. vett. revo-

vel pueri sciunt, et de appositione quidem ibi posita, ubi genitivum exspectaveris, cf. Matth. §. 319. ann. p. 627. ed. II. Rost. §. 101, 3. b. p. 484 seq. ed. VI., de genere autem masculino ad neutrum apposito Matth. §. 434. a. Rost. §. 100, 5. d. p. 478 seq. ed. VI. coll. annot. nostra ad huius fab. v. 216. p. 53.

v. 1302. φεῦ δᾶ, φεῦ δᾶ· τὸ δᾶ ἀντὶ τοῦ γῆ Δωρικῶς. SCHOL. Neque aliter Etym. Magn. p. 60, 8: Ἀλεῦ δᾶ εἴρηται ὡς φεῦ δᾶ· οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν Δᾶν λέγουσι —, ὡς καὶ τὸν γνόφον δνόφον· φεῦ δᾶ οὖν φεῦ γῆ.

v. 1304. δορὶ παλλόμεναι· ἀντὶ τοῦ τὸ δόρυ κατ' ἀλλήλων πάλλουσαι ἢ ἐπὶ πόλεμον κινηθεῖσαι. SCHOL. Nempe sic dicitur δορὶ παλλόμεναι, quasi Latine dicas: quae hastâ vel cum hasta moventur. Quod, quia qui cum hasta movetur, denique etiam movet hastam, istam sententiam, sed alio quodam modo efficit.

v. 1305. πέσεα, πέσεα δάϊ'] Πέσος, quod proprie lapsum significat, plane ut Latinum cadaver, quod dicitur a cadendo, translatum hoc loco est ad id, quod in occisione ad terram accidit, et significat corpus morientis, ut haec nascatur sententia: Binae bestiae, sanguineae animantes, hastam vibrantes, cadavera, cadavera hostilia illico cruentabunt. Sensit id Scholiasta, qui: πέσεα, inquit, τὰ πτώματα θέλει εἰπεῖν, ὅτι πεσόντες αἱμάξουσι τὰ σώματα.

v. 1309. μελομέναν νεκροῖς] Hanc paucorum librorum et edd. vett. auctoritatem recte ita tutati sunt, ut compararent Iphig. Taur. 629: Καταλοφύρομαί σε τὸν χερ-

τάλανες, ὅτι ποτὲ μονομάχον ἐπὶ φρέν' ἠλθέτην,
βοᾷ βαρβάρῳ
ἰαχὰν στενακτὰν
μελομέναν νεκροῖς δάκρυσι θρηνήσω.
σχεδὸν τύχα πέλας φόνου·
κρινεῖ φάος τὸ μέλλον.
ἄποτμος, ἄποτμος ὁ φόνος ἕνεκ' Ἐρινύων.
ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ
πρὸς δόμους στείχοντα, παύσω τοὺς παρεστῶτας
γόους.

cavit hanc verborum collocationem: *στενακτὰν ἰαχάν*, ut hiatum, qui nullus est hic, vitaret.

v. 1309. *μελομέναν*] Hoc e libris multis restitutum est. Olim legebatur *μελλομέναν*.

v. 1311. *κρινεῖ*] Scriptum est e necessaria Aemilii Porti correctione, quam plures libri comprobarunt, in his MS. C. C. C. Paris. A. Mosqu. D. Guelph.

v. 1312. *ἕνεκ'*] Sic MSS. Bodl. Paris. A. Mosqu. D. Florr. omnes, Aug. b. Guelph. *ἕνεκεν* Aldus et rell.

v. 1314. *γόους*] Sic libri tantum non omnes. *λόγους* Aldus et edd. vett.

νίβων ῥανίσι μελόμενον, quamquam plurimorum librorum scriptura, *μελομέναν νεκρῶν*, explicata etiam a Scholiasta, per se falsa non est.

v. 1310. *σχεδὸν τύχα πέλας φόνου*] Hoc est Latine: Paene fortuna prope caedem est, et dicitur admodum apposite ad h. l., ut satis mirari non queam, cur recentiores aliquot critici contra omnium librorum et Scholiastarum testimonium scribendum duxerint: *σχεδὸν τύχα, πέλας φόνος*.

v. 1311. *κρινεῖ φάος τὸ μέλλον*] Id est: discernet rem quae instat lux, vel lux praesens. Scilicet eodem modo *φάος τὸ μέλλον* ea quae instat ac praesens est hora dicitur, quo *τὸ ἔπειτα* praesens tempus significat in Sophocl. Ant. v. 607. Haud secus grammatici veteres *τὸ ἐνεστώς* et *τὸ ἐνιστάμενον* praesens tempus nuncupant. Vide C. Wexium ad Sophocl. l. l. p. 201. Veteres autem Scholiastae in eo fere lapsi sunt, quod *τὸ μέλλον* accusativum esse putaverunt. Sic enim *φάος* intelligi nullo modo poterit. Facile autem hic obiectum orationis a communi assumitur, quasi Latine dicas: Fortuna iam prope caedem est. Iudicabit praesens lux. Sic supra v. 626. itidem sine accusativo dicitur *αὐτὸ σημανεῖ*, ad quem locum vide quae annotavimus p. 114. Tum de ipsa formula conferas Sophoclis Antig. v. 328: *τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ*.

v. 1313. *συννεφῆ*] De translatione, quae est in hac voce, cf. Eur. Hippol. v. 173: *στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὐξάνεται* cum annot. Valckenarii, Soph. Antig. v. 525. cum annot. Wexii, tum Trachin. v. 869. Neque ali-

ΚΡΕΩΝ.

οἴμοι, τί δράσω; πότερ' ἐμαυτὸν ἢ πόλιν
στένω δακρύσας, ἣν πέριξ ἔχει νέφος
τοιοῦτον, ὥςτε δι' Ἀχέροντος ἱέναι;
ἐμός τε γὰρ παῖς γῆς ὄλωλ' ὑπερθανών,
τοὔνομα λαβὼν γενναῖον, ἀνιαρὸν δ' ἐμοί·
ὃν ἄρτι κρημνῶν ἐκ δρακοντείων ἑλὼν
αὐτοσφαγῆ δύστηνος ἐκόμισ' ἐν χεροῖν,
βοᾷ δὲ δῶμα πᾶν· ἐγὼ δ' ἥκω μέτα
γέρων ἀδελφὴν γραῖαν Ἰοκάστην, ὅπως
λούσῃ πρόθηταί τ' οὐκέτ' ὄντα παῖδ' ἐμόν.

v. 1317. τοιοῦτον] Sic edd. vett. et libri plerique. τοσοῦτον Leid. B. Flor. 21. Vict. Cant. M. lib. P. — Mox ἱέναι libri prope omnes. Olim legebatur ἰέναι.

v. 1321. δύστηνος] Sic libri prope omnes. δύστηνον edd. vett. et perpauci libri.

v. 1322 seq. ἐγὼ δ' ἥκω μέτα γέρων ἀδελφὴν γραῖαν] Sic libri multi, in his MS. C. C. C. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Olim legebatur μεταστέλλων pro μέτα γέρων, quod habet etiam Leid. A.

ter Latini locuti sunt. V. Horatii Ep. I, 8, 94: Deme supercilio nubem, cum annot. interpp.

v. 1315. οἴμοι, τί δράσω; πότερ' ἐμαυτὸν ἢ πόλιν κτέ.] Non recte existimavit Valckenarius, quod similitudinem, quae intercedit inter hanc orationem et Soph. Oed. Colon. 1250: Οἴμοι, τί δράσω; πότερ' ἐμαυτοῦ κακὰ Πρόσθεν δακρύσω, παῖδες, ἢ τὰ τοῦδ'; negavit casu natam esse. Nam haec omnia tam simplicia sunt, ut non mirandum sit, si plures similia verba posuerint.

v. 1316 seq. ἣν πέριξ ἔχει νέφος κτέ.] Non recte isti ceperunt hunc locum, qui in Acherontis commemoratione de ipsa morte ac pernicie cogitarunt. Ea enim imago per se tantummodo spectat ad tenebras, quas, quum summas significare vellent, etiam Latini poetae Acherusias dixerunt, et sic demum facit ad urbis perturbationem declarandam. Cf. Ennium in M. Tullii Disp. Tusc. I, 21, 48: Acherusia templa alta Orci, pallida leti, obnubila tenebris loca, coll. Varr. de ling. Lat. VI, 2. Sententiam sine Acherontis mentione expressit Seneca in Phoenissis 394 seq.: Vide, ut atra nubes pulvere abscondat diem, fumoque similes campus in coelum erigat Nebulas.

v. 1318. ἐμός τε γὰρ παῖς κτέ.] Iure animadvertit G. Hermannus non satis recte A. Matthiae statuisse de anacolutho, quod esset in hac oratione. Neque enim Creontem additurum fuisse: καὶ Ἐτεοκλῆς τέθνηκε, id enim usque adhuc ignorasse ipsum, sed calamitatem civitatis deplorare voluisse. De τὲ γάρ particulis vide quae annotavi ad Devarium Vol. II. p. 749 seqq.

v. 1319. τοὔνομα λαβὼν γενναῖον κτέ.] Dilatavit hanc sententiam Statius Theb. XII, 76 seqq.: Tu, superum convexa licet coetusque perenni — Credo equidem — virtute colas, mihi flebile semper Numen eris:

τοῖς γὰρ θανοῦσι χρὴ τὸν οὐ τεθνηκότα
τιμὰς διδόντα χθόνιον εὖ σέβειν θεόν.

ΧΟΡΟΣ.

βέβηκ' ἀδελφὴ σὴ δόμων ἔξω, Κρέον,
κόρη τε μητρὸς Ἀντιγόνη κοινῷ ποδί.

ΚΡΕΩΝ.

ποῖ, κἀπὶ ποίαν συμφοράν, σήμαινέ μοι.

ΧΟΡΟΣ.

ἤκουσε τέκνα μονομάχῳ μέλλειν δορὶ
εἰς ἀσπίδ' ἥξειν βασιλικῶν δόμων ὕπερ.

Flor. A., et γραῖαν plane omittebatur. G. Hermannus nuper de coniectura sua scripsit: ἐγὼ δ' ἥκω στελῶν γέρων ἀδελφὴν γραῖαν κτὲ.

v. 1324. λούσῃ] κλαύσῃ Flor. 2. Vict. Havn. κλαύῃ supra scripto λούσῃ Aug. d.

v. 1326. εὖ σέβειν] Valckenarius. εὐσεβεῖν libri.

v. 1327. Brunckius e cod. Paris. A., ut videtur: βέβηκ' ἀδελφὴ σή, Κρέων, ἔξω δόμων. Sic etiam Flor. 33. Ven. a. b., nisi quod Κρέον retinent. Κρέων in extremo versu Leid. A.

ponent aras excelsaque Thebae Templa dicent: uni fas sit lugere parenti.

v. 1320. κρημνῶν ἐκ δρακοντείων· ὡς τοῦ Μενοικέως περὶ τὸν σηκόν, ἔνθα ἦν ὁ δράκων, ἔσω τῶν τειχῶν κατακρημνίσαντος ἑαυτόν. SCHOL.

v. 1322. βοᾷ δὲ δῶμα πᾶν] Cf. infra v. 1347. Aeschyl. in Lycurgo ap. Long. de subl. orat. XV, 13: Ἐνθουσιᾷ δὲ δῶμα, βακχεύει στέγη, tum M. Tullium pro M. Marcello 3,10: Parietes, medius fidius, ut mihi videtur, huius curiae tibi gratias agere gestiunt, et Plinium in Panegyrico c. 50: Tecta urbis sentire ac laetari videntur, quod niteant, quod frequententur.

v. 1322 seq. ἐγὼ δ' ἥκω μετὰ γέρων ἀδελφὴν γραῖαν κτὲ.] Quod verba ab eadem radice ducta aptius inter se coniungenda erant, interpositum est γέρων ita, ut usitatum quidem orationis cursum interturbet, sed tamen sententiae ratio satis constet. De formula ἥκειν μετά τινα vel μεθήκειν τινά cf. Alc. 47: δάμαρτ' ἀμείψας, ἣν σὺ νῦν ἥκεις μέτα. Suppl. 670: ἡμεῖς ἥκομεν νεκροὺς μέτα θάψαι θέλοντες. Med. 5: τὸ πάγχρυσον δέρας Πελίᾳ μετῆλθον.

v. 1323 seq. ὅπως λούσῃ προθῆταί τ'] Cf. Hec. v. 611 seqq.: ὡς παῖδα λουτροῖς τοῖς πανυστάτοις ἐμὴν Νύμφην τ' ἄνυμφον παρθένον τ' ἀπάρθενον Λούσω προθῶμαί θ'. cum annot. Pflugkii p. 64. ed. II. De coniunctivo aoristi cf. Matth. §. 519, 7. p. 999. ed. II.

v. 1326. χθόνιον εὖ σέβειν θεόν] I. e. Ἅιδην; cf. Androm. 545: χθόνιον Ἅιδην καταβήσει. coll. Alc. 237. et Hecub. 79: ὦ χθόνιοι θεοί.

v. 1331. βασιλικῶν δόμων ὕπερ] Quod Valckenarius dixit, hic non satis recte dici ὑπέρ, quod non defenderent domum patriam, sed decernere vellent, uter eorum acciperet, recte repudiavit A. Matthiae. Eadem enim significatio praepositionis est, hoccine consilio an illo de aliqua re pugnes. Comparavit idem

ΚΡΕΩΝ.

πῶς φῄς; νέκυν τοι παιδὸς ἀγαπάζων ἐμοῦ
οὐκ εἰς τόδ' ἦλθον, ὥςτε καὶ τάδ' εἰδέναι.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' οἴχεται μὲν σὴ κασιγνήτη πάλαι·
δοκῶ δ' ἀγῶνα τὸν περὶ ψυχῆς, Κρέον,
ἤδη πεπρᾶχθαι παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου.

ΚΡΕΩΝ.

οἴμοι, τὸ μὲν σημεῖον εἰςορῶ τόδε,
σκυθρωπὸν ὄμμα καὶ πρόςωπον ἀγγέλου
στείχοντος, ὃς πᾶν ἀγγελεῖ τὸ δρώμενον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ τάλας ἐγώ, τίν' εἴπω μῦθον ἢ τίνας λόγους;

v. 1333. *τάδ'*] Sic Bodl. omnes, Flor. A. 2. 5. 6. 9. 10. 18. 21. 34. Leidd. A. B. Guelph. Aug. d. *τόδ'* edd. vett. et rell. libri.

v. 1339. *ὃς πᾶν*] Sic MS. C. C. C. Flor. A. Paris. A. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. omnes, tum pro var. lect. Aug. d. Havn. *ὃς ἡμῖν* Aldus et rell.

Herodot. VII, 225: *Ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ Λεωνίδεω Περσέων τε καὶ Λακεδαιμονίων ὠθισμὸς ἐγένετο πολλός*, ut utrique ad se corpus traherent.

v. 1333. *οὐκ εἰς τόδ' ἦλθον, ὥςτε κτέ.*] *Οὐκ εἰς τόδε ἔφθασα, εἰς τὸ γνωρίσαι, οὐκ ἐπὶ τοῦτο παρεγενόμην, ὥςτε καὶ τάδ' εἰδέναι.* SCHOL.

v. 1338. *σκυθρωπὸν ὄμμα καὶ πρόςωπον ἀγγέλου*] Saepenumero iam vidimus Euripidem, ut reliquos poetas Graecos, libenter syllabas sono simili et ab eadem ductas radice componere, id quod etiam hoc loco ab eo factum esse libri testantur ac Scholiastae. Nam quod Porsonus e Mosqu. D. et Baroco. 5. recepit *πρόςοψιν* contra auctoritatem librorum omnium, id mero errore inde ortum videtur, quod syllaba *πον* pro *ψιν* legebatur, id quod in altero libro Reg. Societ. (R.) factum esse, quod scriptum est *πρόςωψιν*, testatur ipse. Comprobavit tamen cum aliis nuper Porsoni iudicium non probabile G. Hermannus. De hoc genere alliterationis, de quo quaedam significavi ad Med. 476., nuper diligentissime disseruit Ed. Aug. Dillerus in Comment. de consensu, qualis est in vocibus eiusdem originis diversitate formarum copulatis (Misenae 1842. 4.).

v. 1341. *οἰχόμεσθ'· οὐκ εὐπροςώποις φροιμίοις ἀρχὴ λόγου*] Quod Valckenarius recepit pro librorum scriptura: *ἀρχή*, Barnesii coniecturam *ἄρχει*, comprobatam auctoritate Harl. et MS. B. ap. Musgrav., coll. Herc. fur. 538: *Ἄπολλον, οἵοις φροιμίοις ἄρχει λόγου.* et Troad. 707: *Τί δ' ἐστίν; ὥς μοι φροιμίων ἄρχει κακῶν*, quamquam novissimi editores omnes eius rationem secuti sunt, ego tamen comprobare non potui, quod neque iam eo versu appellare videtur Creon nuntium et librorum plurimorum atque optimorum scriptura per se falsa non est. Nam quid impedit, quominus dicas h. l.: Non per pulcra prooemia initium orationis est? Cf. Ionis v. 531. ed.

ΚΡΕΩΝ.

οἰχόμεσθ'· οὐκ εὐπροσώποις φροιμίοις ἀρχῇ λόγου.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὢ τάλας, δισσῶς ἀϋτῶ· μεγάλα γὰρ φέρω κακά.

ΚΡΕΩΝ.

πρὸς πεπραγμένοισιν ἄλλοις πήμασιν; λέγεις δὲ τί;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

οὐκέτ' εἰσὶ σῆς ἀδελφῆς παῖδες ἐν φάει, Κρέον.

ΚΡΕΩΝ.

αἰαῖ·

μεγάλα μοι θροεῖς πάθεα καὶ πόλει.

v. 1340. *τίν' εἴπω μῦθον ἢ τίνας λόγους;*] Sic MS. C. C. C. Flor. A. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. praeter 33. omnes aliique libri, in his cod. Havn. et edd. vett. *τίνα λόγον. τίν' εἴπω λόγον, τίνας γόους;* Harl. Flor. 33.

v. 1343. *πρὸς πεπραγμένοισιν ἄλλοις πήμασιν;*] Sic libri prope omnes. Olim legebatur: *πρὸς πεπραγμένοις ἄλλοις πήμασι;* Herm.: *Ὦ τέκνον, χαῖρ'· ἡ γὰρ ἀρχὴ τοῦ λόγου πρέπουσά μοι.* Tum quod vir doctissimus voluit *οἰχόμεσθα* dari nuntio, quemadmodum in simili causa in Hippolyto 568. chori oratio: *τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε.* spectaret ad vocem Phaedrae *ἐξειργάσμεθα*, id recte iam reprobavit A. Matthiae, quod dixit *οὐκ εὐπρόσωπα φροίμια* ad exclamationem *ὢ τάλας ἐγώ* commode referri, ut in Ionis v. 752. post chori vocem: *ἰὼ δαῖμον.* responderet Creon: *τὸ φροίμιον μὲν τῶν λόγων οὐκ εὐτυχές.* Tamen nuper G. Hermannus rursus secutus est Valckenarium *οἰχόμεσθα* nuntio assignantem. Quorum errorem coarguit etiam id, quod nuntius statim repetit: *Ὦ τάλας, δισσῶς ἀϋτῶ*, quo satis proditur istam vocem maxime mali ominis indicem fuisse.

v. 1342. *μεγάλα γὰρ φέρω κακά*] „*φέρω* pro afferο, nuntio illustrat Schaeferus ad Sophoclis Ai. 790." A. MATTH.

v. 1343. *πρὸς πεπραγμένοισιν ἄλλοις πήμασιν;*] Recte hanc interrogationem esse statuit A. Matthiae, qua quasi coniectando eliciat Creon mentem adventantis nuntii. Nullo autem modo in *ἄλλοις* vocabulo haerere debebant librarii. Nam si ad alia iam facta mala nuntius affert mala, per se patet haec alia esse. Expedivit hoc iam Scholiasta: *Ἐπὶ ταῖς ἄλλαις βλάβαις ταῖς γενομέναις λέγεις φέρειν ἕτερα κακὰ μεγάλα. Τί δέ ἐστιν, ὃ λέγεις;* Contra G. Hermannus nuper haec omnia nuntio continuans scripsit: *Μεγάλα γὰρ φέρω κακὰ πρὸς πεπραγμένοισιν ἄλλοις πήμασιν*, ut *μεγάλα κακά* mors sit Iocastae, illa autem *ἄλλα πεπραγμένα πήματα* mutua caedes fratrum. Ex ratione nostra haec e mente Creontis referuntur, quamquam nuntius, cuius orationem Creon persecutus est, ipse ad Iocastae et fratrum interitum haec duo referebat mala, quae animo nunc volvebat.

v. 1346. *μεγάλα μοι θροεῖς πάθεα καὶ πόλει*] G. Hermannus, quod stropham et antistro-

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ δώματ' εἰςηκούσατ' Οἰδίπου τάδε,
παίδων ὁμοίαις συμφοραῖς ὀλωλότων;

ΧΟΡΟΣ.

ὥςτ' ἐκδακρῦσαί γ', εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανον.

ΚΡΕΩΝ.

οἴμοι ξυμφορᾶς βαρυποτμωτάτας,
οἴμοι κακῶν δύστηνος· ὦ τάλας ἐγώ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

εἰ καὶ τὰ πρὸς τούτοισί γ' εἰδείης κακά.

ΚΡΕΩΝ.

καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τῶνδε δυςποτμώτερα;

v. 1347. εἰςηκούσατ'] Sic libri plerique. εἰςακούσατ' edd. vett. et perpauci libri.

v. 1350. βαρυποτμωτάτας] Sic MS. C. C. C. Guelph. Vulgo: βαρυποτμοτάτας eodemque modo v. 1353. res se habet.

v. 1352. τούτοισί γ'] Sic libri modo non omnes. Olim legebatur: τούτοισιν.

pham efficere voluit, hinc versum excidisse ratus vix posse dubitari pronuntiavit, quin talis fuerit: *καὶ τῇ ταλαίνῃ μητρὶ συγγόνῳ τ' ἐμῇ*, in quo ego viro doctissimo assentiri non possum. Neque enim ulla impietas erga sororem in eo esse potest, si hic Creon eius mentionem nullam facit: immo poeta propterea hic eam non commemorare videtur, ne quid de eo, quod infra v. 1354. narratur, hic significandum sit: tum ista strophica ratio incertissima est.

v. 1347 seq. Hos duos versus propterea nuntio reddidi, quod domum nuntiandum erat in aedes, si quis mortuus erat, et nuntius, qui rem ipsam, quod aperuerat Creonti, iam absolverat, hoc solenni officio suo iam rite fungitur per exclamationem istam. G. Hermannus nuper priorem versum choro, alterum Creonti dedit.

v. 1348. *παίδων ὁμοίαις συμφοραῖς ὀλωλότων*] *εἰςηκούσατε τάδε παίδων* [illegible] *ὀλωλότων* est, quasi nostra lingua dicas: Habt ihr das von dem Tode der Söhne vernommen? Conf. Matth. §. 349. ann. 3. p. 659. §. 548, 1. p. 1074. ed. II. Rost. §. 108. ann. 11. p. 532 seq. ed. VI.

v. 1349. *εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανον*] Quod pauci hic libri, MS. C. C. C. K. M. Aug. b., scriptum habent *ἐτύγχανεν*, commemoro hic vix singularem verbi poni potuisse, quia ipse nuntius per pluralem numerum (*εἰςηκούσατε*) appellaverat *δώματα*; ceterum vid. Matth. §. 300. Rost. §. 100, 4. ann. 5. p. 475. ed. VI. — Praeterea non satis recte ad infinitivum *ἐκδακρῦσαι* desideravit A. Matthiae *ἂν* particulam, qua hoc loco, quod verba *ὥςτ' ἐκδακρῦσαι* tantummodo vim audiendi adaugent, non in conditione ipsa, quae nascitur demum in voce: *εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανον*, ponuntur, carere rite possumus.

v. 1352. *εἰ καὶ τὰ πρὸς τού-*

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τέθνηκ' ἀδελφὴ σὴ δυοῖν παίδοιν μέτα.

ΧΟΡΟΣ.

ἀνάγετ', ἀνάγετε κωκυτόν,
ἐπὶ κάρα τε λευκοπήχεις κτύπους χεροῖν.

ΚΡΕΩΝ.

ὦ τλῆμον, οἷον τέρμον', Ἰοκάστη, βίου
γάμων τε τῶν σῶν Σφιγγὸς αἰνιγμοὺς ἔτλης.
πῶς καὶ πέπρακται διπτύχων παίδων φόνος
ἀρᾶς τ' ἀγώνισμ' Οἰδίπου, σήμαινέ μοι.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τὰ μὲν πρὸ πύργων εὐτυχήματα χθονὸς
οἶσθ'· οὐ μακρὰν γὰρ τειχέων περιπτυχαί,
ὥστ' οὐχ ἅπαντά σ' εἰδέναι τὰ δρώμενα.

v. 1356. *ἐπὶ κάρα τε*] Sic Harl. Paris. A. Flor. 2. 33. Vict. Ven. a. b. Olim legebatur: *ἐπὶ κρᾶτά τε.*

v. 1357. *τέρμον'*] Sic e paucorum librorum indiciis recte nunc omnes scripserunt. Libri plerique *τέρμα*, alii *τέρμ'*.

v. 1359. *διπτύχων*] *διδύμων* Aug. d. Havn. e glossemate.

τοισί γ' εἰδείης κακά] Sententia hac nuntii voce indicata plenior haec est: Magis id dicas, si etiam scias reliqua praeter haec mala? Recte hoc intellexerunt Scholiastae, qui aut *τί ἐρεῖς;* aut *ἔτι μᾶλλον βοήσῃ τοῦτο* explicandi causa subiungunt.

v. 1356. *λευκοπήχεις κτύπους*] *Λευκοπήχεις ἂν λέγοι τοὺς διὰ τῶν λευκοπηχέων χειρῶν, ἵνα ἐκ τοῦ ποιοῦντος τὸ ποιούμενον λέγῃ.* SCHOL.

v. 1357 seq. *οἷον τέρμον', Ἰοκάστη, βίον — Σφιγγὸς αἰνιγμοὺς ἔτλης*] Est propria Graecorum orationis brevitas, quasi Latine dicas: qualem finem vitae ac nuptiarum tuarum Sphingis aenigma habuisti? Sententiam reddidit Scholiasta: *ὦ ἀθλία Ἰοκάστη, οἷον τέλος τοῦ βίου καὶ τῶν γάμων ὑπέμεινας διὰ τοὺς αἰνιγμοὺς τῆς Σφιγγός.* De constructione recte attulit Porsonus Iliad. IV, 155., ubi exclamat Agamemnon: *Θάνατόν νύ τοι ὅρκι' ἔταμνον,* foedus, quod pepigi, tibi mortis causa est. Hinc apparebit edd. vett. et multorum librorum scripturam receptam a nobis et explicatam sollicitandam non videri et quod alii libri *Σφιγγός τ' αἰνιγμούς* vel *Σφιγγὸς αἰνιγμούς τ'* exhibeant, e mera interpolatione natum esse.

v. 1359. *πῶς καὶ πέπρακται κτέ.*] Recte hanc librorum prope omnium scripturam defendit Porsonus exemplisque confirmavit, veluti Hecub. 519: *πῶς καί νιν ἐξεπράξατ'; ἆρ' αἰδούμενοι;* 1055: *ποῖ καί με φυγᾷ πτώσσουσι μυχῶν.* aliisque locis multis. Perpauci libri *καὶ πῶς*, alius *πῶς δέ*, unde quidam *πῶς δή* scripserunt.

v. 1360. *ἀρᾶς τ' ἀγώνισμ' Οἰδίπου*] *Ὁ ἐκ τῆς ἀρᾶς τοῦ Οἰδίποδος τοῖς παισὶν ἀγών, ὁ ἐκ τῆς ἀρᾶς πόλεμος· ἐκ γὰρ τοῦ Οἰδίποδος ταῦτ' ἐνόσουν.* SCHOL.

ἐπεὶ δὲ χαλκέοις σῶμ' ἐκοσμήσανθ' ὅπλοις
οἱ τοῦ γέροντος Οἰδίπου νεανίαι,
ἔστησαν ἐλθόντ' ἐς μέσον μεταίχμιον,
δισσὼ στρατηγὼ καὶ διπλὼ στρατηλάτα,
ὡς εἰς ἀγῶνα μονομάχου τ' ἀλκὴν δορός.
βλέψας δ' ἐς Ἄργος ἧκε Πολυνείκης ἀράς·

v. 1364. ἐκοσμήσανθ'] Sic libri fere omnes, ἐκόσμησαν edd. vett. ac perpauci libri peccant.

v. 1366. ἐλθόντ' ἐς μέσον] Flor. 2. 9. 33. ἐλθόντες μέσον. Hinc retinui ἐς μέσον. εἰς μέσον edd. vett.

v. 1368. μονομάχου τ'] Hanc scripturam Schol. cod. Flor. 33. agnoscit, eodemque facit μονομαχοῦντ' in edd. vett. Flor. 2. 10.

v. 1364. χαλκέοις] Hanc non paucorum librorum scripturam recte retinuerunt novissimi editores, ad quam proxime accedunt ii libri, qui χαλκείοις exhibent; in aliis enim libris non paucis scriptum est χαλκοῖς propter ignorationem synizeseos, de qua vide Matth. §. 56. p. 126 seq. Rost. p. 384 seq.

v. 1367. δισσὼ στρατηγὼ καὶ διπλὼ στρατηλάτα] Iure G. Hermannus nuper hunc versum, quem Valckenarius ipsum quoque adventicium iudicarat, defendit. Neque enim illa verba, quae singula recte de illis fratribus poni poterant, quidquam habent coniuncta, quo iure offendas. Prior enim vox, δισσὼ στρατηγώ, quam eandem de iisdem personis usurpat Aeschylus in Sept. adv. Theb. v. 822., magis universe duces significat et non solum ad rem militarem, sed ad omne imperium pertinet, altera autem, διπλὼ στρατηλάτα, magis rei militaris propria est, quocirca necesse est intelligi non magis offensioni esse posse hanc Euripidis vocem, quam si Latine duces atque imperatores dicas. Illud enim recte iam observavit G. Hermannus, pondus sententiae afferre hanc universam fratrum appellationem, qua illi magis ante oculos nostros poni videntur, et omnino, ubi duo memorentur, luxuriari tragicos in mentione duplicitatis, in quam rem haec affert vir summus exempla: Aeschyli Sept. adv. Theb. 855: διπλαῖ μέριμναι, δίδυμα δ' ἀνορέα κακά. 980: διπλᾶ λέγειν, διπλᾶ δ' ὁρᾶν. 993: δίυγρα διπάλτων πημάτων. Agam. 43: διθρόνου Διόθεν καὶ δισκήπτρου τιμῆς ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδᾶν. Choeph. 938: διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης. Soph. Oed. reg. 1320: διπλᾶ σε πενθεῖν καὶ διπλᾶ φέρειν κακά. Antigon. 13: δυοῖν ἀδελφοῖν ἐστερήθημεν δύο, Μιᾷ θανόντων ἡμέρᾳ διπλῇ χερί. Eur. Or. 632: διπλῆς μερίμνης διπτύχους ἰὼν ὁδούς. 1303: δίπτυχα, δίστομα φάσγανα πέμπετε. Sic nemo, opinor, iam de hoc versu amplius dubitabit. Nam quod Firnhaberus l. l. p. 92 seq. scribi sic voluit: δισσὼ στρατηγὼ καὶ διπλοῖ στρατηλάται, ut hoc extremum pertineret ad reliquos exercitus duces, qui utrimque arbitri certaminis una cum istis in medium processissent, id credo hodie hominem prudentissimum ipsum iam repudiasse. Hoc enim, si ita factum esset, explicatius a nuntio dicendum fuit.

v. 1368. ὡς εἰς ἀγῶνα μονομάχου τ' ἀλκὴν δορός] Ne haec quidem verba pleonasmum malum in se continent. Nam per ἀγῶνα omnino certamen, quod iam inituri fratres sunt, signifi-

ὦ πότνι' Ἥρα, σὸς γάρ εἰμ', ἐπεὶ γάμοις
ἔζευξ' Ἀδράστου παῖδα καὶ ναίω χθόνα,
δός μοι κτανεῖν ἀδελφόν, ἀντήρη δ' ἐμὴν
καθαιματῶσαι δεξιὰν νικηφόρον·
αἴσχιστον αἰτῶ στέφανον, ὁμογενῆ κτανεῖν.

Aug. d. *μονομαχοῦντες* Flor. 33. *μονομάχου τ'* reliqui libri. Vid. explicationem.

v. 1374. *αἰτῶ*] Sic libri omnes ac Scholiastae. *αἰτῶν* e coniectura Canteri et corr. cod. K. I. H. Bothius et G. Hermannus.

catur, per vocem vero, quae sequitur, ipsa pugna, quae fit telis et armis, indicatur eaque dicendi copia Graecis, imprimis poetis, maxime propria est. De verbis *μονομάχου τ' ἀλκὴν δορός* cf. Aristophanem ap. Athen. IV. p. 154. E., qui in Phoenissis suis, fortasse hunc ipsum Euripidis locum eludens, scripsit: *Ἐς Οἰδίπου δὲ παῖδε, διπτύχω κόρω, Ἄρης κατέσκηψ', ἔς τε μονομάχου πάλης Ἀγῶνα νῦν ἑστᾶσι*, tum huius fab. v. 1330. *μονομάχῳ — δορί.* Heraclid. v. 819. *μονομάχου δι' ἀσπίδος.*

v. 1370. *σὸς γάρ εἰμ'*] De vera vi *γάρ* particulae in his locis vide quae explicavi ad Devarium Vol. II. p. 236 seq.

v. 1374. *αἴσχιστον αἰτῶ στέφανον, ὁμογενῆ κτανεῖν*] Mire hoc loco argutati sunt critici, ut versum hunc aut suppositum aut certe corruptum esse docerent, quem recte nuper defendit Firnhaberus l. l. p. 93 seqq., quamquam is quoque p. 99. ad mutandum versum propensior est. Id non satis tenuerunt interpretes, quod qui fatetur se victoriam nefariam optare, se excusare studet quodammodo, quod petit omnino. Ac si G. Hermannus concessit haec recte dici omnia, si modo adderet deinde id se invitum et coactum facere, non possum in eo viro summo assentiri. Haec enim est conditio Polynicis, ut omnes ii, qui hanc fabulam usque adhuc agi viderunt, sciant eum Eteoclis iniuria coactum esse, ut in certamen veniret. Quamobrem tantum abest, ut istam ego expositionem desiderem hoc loco, ut mihi infringi huius vocis vis videatur, si quid eiusmodi addatur. Attentos enim et acuti ingenii auditores desiderat arduum dicendi genus tragicorum. Recte rem iam existimavit Scholiasta in explicatione sua: *Καχίστην*, inquit, *αἰτῶ νίκην, τὸν ἀδελφὸν φονεῦσαι· ἄκρως δὲ δηλοῖ ἦθος ἀνδρὸς μεμφομένου ἑαυτὸν ἐπὶ ὠμότητι.* Huic rationi longe posthabenda est correctio *αἰτῶν*, non solum, quod contra librorum et Scholiastarum auctoritatem facit, sed quia satis moleste nos cogit participium hoc referre ad v. 1369. Neque altera a Firnhabero proposita coniectura *αἰτεῖ* satis accommodata ad h. l. est. Illud recte explicavit Firnhaberus, nihil offensionis habere, quod *αἴσχιστος στέφανος* explicetur per verba *ὁμογενῆ κτανεῖν.* Sed quae attulit exempla non satis apta sunt; debebat talia afferre, qualia tractavimus in Quaestt. critt. lib. I. p. 7 seqq., ut Lysiae ex orat. contra Alcib. I. §. 32: *τολμᾷ γὰρ λέγειν, ὡς Ἀλκιβιάδης οὐδὲν δεινὸν εἴργασται ἐπὶ τὴν πατρίδα στρατευσάμενος.* Pla-

πολλοῖς δ' ἐπῄει δάκρυα τῆς τύχης ὅση,
κἄβλεψαν ἀλλήλοισι διαδόντες κόρας.
Ἐτεοκλέης δὲ Παλλάδος χρυσάσπιδος
βλέψας πρὸς οἶκον ηὔξατ'· ὦ Διὸς κόρη,
δὸς ἔγχος ἡμῖν καλλίνικον ἐκ χερὸς

v. 1375. ὅση] Sic libri prope omnes et Schol. ὅσα perpauci libri.

v. 1376. διαδόντες] Sic libri plerique et Schol. διδόντες Flor. 2. 33. Havn. Aug. d. διαδιδόντες Leid. A. Flor. 34. Aug. b. ἐνδόντες K. Leid. B.

tonis e Critone p. 45. C: Ἔτι δὲ — οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖς ἐπιχειρεῖν πρᾶγμα, σαυτὸν προδοῦναι, ἐξὸν σωθῆναι. M. Tullii e lib. de nat. deor. III, 24, 63: Magnam molestiam suscepit et minime necessariam primus Zeno — commenticiarum fabularum reddere rationem. De ipso autem usu vocabuli στέφανος recte vir doctissimus comparavit Electr. v. 613., ubi seni dicenti: Perficies rem, κτανὼν Θυέστου παῖδα σήν τε μητέρα, respondeat Orestes: ἥκω 'πὶ τόνδε στέφανον.

v. 1375. πολλοῖς δ' ἐπῄει δάκρυα τῆς τύχης ὅση] Etiam de hoc versu satis temere Valckenarius existimavit. Iis enim, qui incorrupto iudicio haec omnia considerant, integerrimus erit hic quoque versus, qui praeclare demonstrat, quam dira res fuerit, quum lacrimae multis, qui haec spectarent, obortae sint. Et singulorum verborum constructionem satis Graecam esse recte iam pronuntiavit G. Hermannus, qui tamen in eo mihi valde errasse videtur, quod omnium librorum ac Scholiastarum auctoritatem τῆς τύχης negligens scribendum duxit τῆς εὐχῆς, quod multo deterius est librorum scriptura. Nam quod negavit de fortuna, quae commisisset fratres, cogitari posse, non solum, quod hoc non fortuna, sed consilio factum esset, verum etiam, quia sic ineptus esset sequens versus, id nequaquam verum est. Nam quod fratres primum arma contra se invicem sumpserant et nunc in certamen singulare proficiscebantur, ea omnia recte τύχη dici poterant. Quid enim aliud erat hoc, nisi summum istorum fratrum infortunium, etiamsi consilio ac voluntate singula, quae egerant, ab iis suscepta erant? Neque spectatores nunc tam precationis miseritum esse videtur, quam rei ipsius ac calamitatis, quam contraxerant fratres. Nam quid versus sequens eam rationem impediat, non video. Genitivum autem τῆς τύχης recte interpretati sunt Scholiastae ἕνεκα τῆς τύχης, non quo ἕνεκα supplendum sit, sed quia genitivus per se in eiusmodi locis eam vim habet. Etiam ὅση recte iam Scholiastae interpretati sunt: ὅση ἦν καὶ ὁποία· διὰ τὸ μέγεθος τῆς τύχης, in quam rem iure comparavit G. Hermannus Herod. I, 124: Οὐ γὰρ ἄν κοτε ἐς τοσοῦτο τύχης ἀπίκευ, postremo de elliptica dicendi ratione ipse Valckenarius attulit Soph. Ai. 118: ὁρᾷς, Ὀδυσσεῦ, τὴν θεῶν ἰσχὺν ὅση, cuius oratio nihil ab hac Euripidis distat. Denique ne quis auctore Valckenario de formula: πολλοῖς δ' ἐπῄει δάκρυα, dubitaret, recte Musgravius attulit Dionysium Halic. p. 642, 34: ἑαυτῷ μὲν ἐπελθεῖν δάκρυα. Plutarchum Moral. p. 1057: δάκρυα πολλοῖς ἐπῆλθεν.

v. 1376. διαδόντες κόρας] Quod de hac voce Valckena-

εἰς στέρν' ἀδελφοῦ τῆσδ' ἀπ' ὠλένης βαλεῖν,
κτανεῖν θ', ὃς ἦλθε πατρίδα πορθήσων ἐμήν.
ἐπεὶ δ' ἀφείθη, πυρσὸς ὡς, Τυρσηνικῆς
σάλπιγγος ἠχή σῆμα φοινίου μάχης,
ἦξαν δρόμημα δεινὸν ἀλλήλοις ἔπι·

v. 1378. ηὖξατ' libri tantum non omnes et Schol. ηὔχετ' Leidd. A.B. edd. vett. ηὔχετο Havn.

v. 1384. ἦξαν Mosqu. D. Flor. 2. 6. 9. 10. 33. Vict. Guelph. ἤιξαν Aldus et rell. ἦξαν Flor. A. Leidd. A.B. Sic mox v. 1387. ἦσσον Mosqu. D. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34.

rius dubitavit, recte interpretes haec Euripidea attulerunt ex Oreste v. 1262: δόχμια νῦν κόρας διάφερ' ὀμμάτων. v. 1266: ἑλίσσετε νῦν βλέφαρον κόραισι, δίδοτε βοστρύχων πάντῃ δία, e Bacch. 1085. διήνεγκαν κόρας, e Troasin 117: διαδοῦναι νῶτον ἄκανθάν τ' εἰς ἀμφοτέρους τοίχους μελέων, denique huius fab. v. 464: ὅταν φίλος τις ἀνδρὶ θυμωθεὶς φίλῳ, Εἰς ἓν συνελθὼν, ὄμματ' ὄμμασιν διδῷ, Musgravius autem excitavit Plutarchi Philopoem. p. 672. (cap. 19.): διαδιδόντες ἀλλήλοις λόγον. et Sull. p. 867. (cap. 35.): ἐκ δὲ τούτων ῥίψεις ὀμμάτων ἐπ' ἀλλήλους ἐγένοντο καὶ παρεπιστροφαὶ συνεχεῖς προσώπων καὶ μειδιαμάτων διαδόσεις, quae omnia ita inter se similia sunt, ut plane dubitari non queat, quin hoc quoque loco ἀλλήλοισι διαδόντες κόρας recte dicatur.

v. 1381. De hoc versu vide quae supra diximus ad huius fab. v. 759. p. 131 seq.

v. 1382. ἐπεὶ δ' ἀφείθη πυρσὸς ὡς Τυρσηνικῆς κτὲ.] Quamquam non nego Tyrrhenicam tubam quasi heroicis temporibus usitatam adhibitamque, ut signum pugnae daret, finxisse tragicos, qua de re conferri potest Aeschylus in Eumen. 570. Sophocles in Ai. 17. Euripides in Rheso 991., tamen adduci non potui, ut hoc loco propositam a Musgravio rationem: Ἐπεὶ δ' ἀφείθη, πυρσὸς ὥς, Τυρσηνικῆς σάλπιγγος ἠχὴ κτὲ., quam reliqui critici secuti sunt, ipse quoque amplecterer. Multo enim simplicior haec oratio est: Postea vero quam proiecta fax est ut tubae Tyrrhenicae sonitus signum crudelis pugnae, ruere illi cursu atroci alter in alterum. Etenim Euripidem in hac narratione cursuum certamina respexisse, in quibus signum proiecta face dari soleret, qua de re conferri ille iubet Aristoph. Ran. 131 seqq.: ἀφιεμένην τὴν λαμπάδ' ἐντεῦθεν θεῶ, Κἄπειτ' ἐπειδὰν φῶσιν οἱ θεώμενοι Εἶναι, τόθ' εἶναι καὶ σὺ σαυτόν. Heliod. p. 156. ed. Bourdelot.: τοῖς ὁπλίταις δρομεῦσι δᾷδας ἀναφαίνειν τὸν ζάκορον νόμιμον. Isaeum de Philoctem. hered. γεγυμνασιάρχηκε δὲ, λαμπάδι, pronuntiavit ipse Musgravius. Quid igitur miri, si hoc loco non sonitum tubae, sed facem proiectam signum ad pugnandum fuisse fingit Euripides? Ista autem comparatio: ὡς Τυρσηνικῆς σάλπιγγος ἠχή, quo consilio instituta sit a poeta, magis etiam apparebit, si aptius cum verbis iis, quae sequuntur, coniungas: Postquam proiecta fax est, quae, ut Tyrrhenicae tubae sonitus, signum pugnae esset. Contra isto modo falsam iudicio meo, quocunque rem verteris, imaginem habebis.

v. 1384. ἦξαν δρόμημα] Vide Matth. §. 408. p. 745. ed. II.

κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν,
ξυνῆψαν, ἀφρῷ διάβροχοι γενειάδας·
ἦσσον δὲ λόγχαις· ἀλλ' ὑφίζανον κύκλοις,
ὅπως σίδηρος ἐξολισθάνοι μάτην.
εἰ δ' ὄμμ' ὑπερσχὸν ἴτυος ἅτερος μάθοι,
λόγχην ἐνώμα στόματι, προφθῆναι θέλων.
ἀλλ' εὖ προσῆγον ἀσπίδων κεγχρώμασιν
ὀφθαλμόν, ἀργὸν ὥστε γίγνεσθαι δόρυ.
πλείων δὲ τοῖς ὁρῶσιν ἐστάλασσ' ἱδρὼς

v. 1389. *ὑπερσχὸν*] *ὑπερσχὼν* Flor. 6. 9. Havn., sed in eo supra scriptum o, tum unus e Scholiastis. Vulgatam reliqui libri ac Scholiastae satis tuentur.

v. 1393. *πλείων*] *πλέον* Flor. 9. *πλέων* Porsonus. Tum *ἐστάλασσ'* MS. C. C. C. Bodl. Leid. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. octo, Vict. *ἐστάλαξ'* edd. vett. Flor. A. 34. Leid. A. Havn.

v. 1395. *μεταψαίρων*] *μεταψαύων*, nescio unde, Grotius.

v. 1386. *ξυνῆψαν*] Quod olim huic verbo adiectum habebatur in edd. vett. *ἔγχη*, id recte neque libri neque Scholiastae agnoscunt. Ac saepe *συνάπτειν* intransitive dicitur, quasi Latine dicas congredi. Cf. Matth. §. 496, 1. Rost. §. 115, 1. p 569. ed. VI. Nec habuit accusativum Gregorius Nazianzenus, qui Tom. II. p. 28. D. haec affert: *Κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν, ὡς ἂν μιμήσωμαί τι τῆς τραγῳδίας, λοξὸν βλέποντες ἐμπύροις τοῖς ὄμμασιν συνῆπτον*, ut procul dubio hunc ipsum locum ante oculos habuerit. Ac posset auctore Valckenario et G. Hermanno alter etiam versus ad amplificandam hanc imaginem recipi in Euripideam orationem, si certum esset hunc unum locum descripsisse Gregor. neque alium fortasse alius poetae aut alius Euripideae fabulae aptum ad suam causam una imitatum esse. Nam quod afferunt Statii Theb. XI, 530: Fulmineos veluti praeceps quum comminus apros Ira tulit, strictisque erexit pectora setis: Igne tremunt oculi lunataque dentibus uncis Ora sonant, hoc tenendum est, Statium fere semper amplificasse ea quae ex aliorum scriptis imitanda sumpserat, ut non ausus sim cum G. Hermanno verba: *λοξὸν βλέποντες ἐμπύροισιν ὄμμασιν*, eius unius auctoritate contra omnes libros ac Scholiastas in ordinem Euripideae orationis recipere. Credo ego Statium potius Homeri locum ex Odyss. XIX, 446: *Φρίξας εὖ λοφιήν, πῦρ δ' ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς*, qui itidem de apro dicitur, ante oculos habuisse.

v. 1387. *ἀλλ' ὑφίζανον κύκλοις*] *Συνεστέλλοντο ὑπὸ ταῖς ἀσπίσιν.* SCHOLIASTA.

v. 1388. *ἐξολισθάνοι*] Sic scribendum praecepit Porsonus, quod observasse sibi videbatur veteres Atticos hac una forma uti, cuius rationem quamquam unus tantum liber, Aug. d., *ἐξολισθάνοι* scribens confirmavit, quum duo, Flor. 2. 33., exhibeant *ἐξολισθάνῃ*, ego quoque, ne nimium curiosus in re minuta viderer, secutus sum. Conferas etiam Bastii Ep. crit. p. 249. et Fr. Iacobs. ad

ἢ τοῖσι δρῶσι διὰ φίλων ὀῤῥωδίαν.
Ἐτεοκλέης δὲ ποδὶ μεταψαίρων πέτρον
ἴχνους ὑπόδρομον, κῶλον ἐκτὸς ἀσπίδος
τίθησι· Πολυνείκης δ' ἀπήντησεν δορί,
πληγὴν σιδήρῳ παραδοθεῖσαν εἰσιδών,
κνήμην τε διεπέρασεν Ἀργεῖον δόρυ·
στρατὸς δ' ἀνηλάλαξε Δαναϊδῶν ἅπας.
κἀν τῷδε μόχθῳ γυμνὸν ὦμον εἰσιδὼν
ὁ πρόσθε τρωθεὶς στέρνα Πολυνείκους βίᾳ

v. 1399. *κνήμην τε*] Sic libri plerique. *κνήμης* Cant. M. Barocc. 1. Scal. lib. Put. Flor. 2. 33. Vict. Ven. a. Recepit G. Hermannus. *κνήμην δὲ* Aldus et edd. vett.

v. 1400. *ἀνηλάλαξε*] Sic Mosqu. D. Guelph. Florr. omnes. *ἀνηλάλαζε* ed. vett. Harl. Havn. *ἐπηλάλαξε* Schol. et Aug. b.

v. 1402. *στέρνα*] Sic libri et Scholiastae. *σπερχνὰ* G. Hermannus coniectura inutili. Vide explicationem.

Aelian. hist. anim. II, 24. Vol. II. p. 74. et in Indice p. 629.

v. 1389. *εἰ δ' ὄμμ' ὑπερσχὸν κτἑ.*] *Εἰ δὲ ἴδοι ὁ ἕτερος τὸ πρόσωπον τοῦ ἄλλου ὑπεράνω τῆς ἀσπίδος, ἐκίνει τὴν λόγχην.* SCHOL. Similiter Theocritus idyll. XXII, 187 seq.: *Ἔγχεσι μὲν πρώτιστα τιτυσκόμενοι πόνον εἶχον, Ἀλλάλων εἴ πού τι χροὸς γυμνωθὲν ἴδοιεν.*

v. 1390. *λόγχην ἐνώμα· τὴν αἰχμὴν τὴν ἑαυτοῦ ἐκίνει κατὰ τοῦ στόματος, προλαβεῖν θέλων, πρὶν καλυφθῆναι δηλονότι.* SCHOL.

v. 1394. *διὰ φίλων ὀῤῥωδίαν*] Cf. Matth. §. 367. Habet aliquam similitudinem huius Euripideae orationis, non tamen, ut hinc expressum existimem, quod Valckenarius attulit ex Ennii annali I: Sic exspectabat populus atque ore timebant Rebus, utri magni victoria sit data regni.

v. 1395. *μεταψαίρων*] Agnoscit Hesychius, *μεταψαίρων μεταφέρων* interpretans.

v. 1396. *ἴχνους ὑπόδρομον*] *Ὑποκάτω τοῦ ἴχνους, ἤγουν τοῦ ποδὸς αὐτοῦ φερόμενον.* SCHOL.

v. 1398. *πληγὴν σιδήρῳ παραδοθεῖσαν*] Quod interpretatur Scholiasta: *Τόπον δυνατὸν πληγῆναι*, si sententiam spectas, falsum non est, sed magis proprie dicas: ictum ferro concessum conspicatus. Ictus enim tum conceditur, si locus patet ad vulnerandum.

v. 1399. *κνήμην τε διεπέρασεν Ἀργεῖον δόρυ*] Non satis recte A. Matthiae ad huius fab. v. 1398. et in Gr. Gr. ampl. §. 426. duplices hos accusativos esse putavit. Nam *Ἀργεῖον δόρυ* procul dubio nominativus esse debet, ut recte intellexerunt lexicographi recentiores; *διαπερᾶν* enim numquam aliter usurpavit Euripides.

v. 1402 seq. *στέρνα Πολυνείκους βίᾳ διῆκε λόγχην*] Huius loci sententiam non satis recte isti perspexerunt, qui haec ita vertenda putaverunt: transegit hastam per pectus Polynicis; v. Matth. §. 426. p. 786. ed. II. Hoc enim Graece potius dicendum erat: *στέρνων διῆκε λόγχην.* Nunc quum *στέρνα διῆκε λόγχην* dixit, nihil aliud dixit, nisi hoc: in pectus Po-

διῆκε λόγχην κἀπέδακεν ἡδονὰς
Κάδμου πολίταις, ἄπο δ' ἔθραυσ' ἄκρον δόρυ.
εἰς δ' ἄπορον ἥκων δορὸς ἐπὶ σκέλος πάλιν
χωρεῖ, λαβὼν δ' ἀφῆκε μάρμαρον πέτρον·
μέσον δ' ἄκοντ' ἔθραυσεν· ἐξ ἴσου δ' Ἄρης
ἦν, κάμακος ἀμφοῖν χεῖρ' ἀπεστερημένοιν.

v. 1405. *εἰς δ' ἄπορον*] Sic MS. C. C. C. Leid. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. omnes, Vict. Aug. b. *ὡς δ' ἄπορον* Aldus et edd. vett. Leid. A. Havn. Aug. d. *ὥς γ' ἄπορον* Flor. A. *ὡς* usitato errore pro *εἰς* positum est.

v. 1407. *μέσον δ'*] *μέσον τ'* e Valckenarii coniectura, a Mosqu. D. comprobata, recentiores fere editores.

v. 1408. *ἀπεστερημένοιν*] Sic recte MS. C. C. C. Leidd. A. B. lynicis hastam tramisit, ut recte iam Scholiastae prudentiores interpretati sunt. *Εἰς τὰ στέρνα*, inquit, *βιαίως τὸ δόρυ καθῆκεν.* Et alter: *Καὶ ἐκ τούτου ὑπὸ τοῦ μόχθου γυμνὸν τῆς ἀσπίδος τὸν ὦμον τοῦ Πολυνείκους θεασάμενος ὁ πρόσθεν τρωθεὶς Ἐτεοκλῆς εἰς τὰ στέρνα τοῦ Πολυνείκους ἔπεμψε σὺν βίᾳ τὴν λόγχην.* Nunc etiam eorum cavillatio iam nulla erit, qui mirati sunt, quod Polynices non statim prostratus esset, si per eius pectus transiecta hasta esset. Tramisit enim in eius pectus hastam, sed quominus mortiferum vulnus fratri daret, impediebatur eo, quod ferratam hastae cuspidem fregit: *ἄπο δ' ἔθραυσ' ἄκρον δόρυ.* Nam quod G. Hermannus nuper miratus est, quod Eteocles, quum nudatum humerum fratris vidisset, pectus petivisset potius quam humerum, id recte iam is Scholiasta expedivit, qui adscripsit: *Ἀπὸ τοῦ ὤμου καὶ τὰ στέρνα νοεῖ γυμνούμενα.* Etenim quum humerum fratris nudatum videret, apertum suae hastae iter per eum locum etiam ad pectus putavit Eteocles, et quum ad letale vulnus pectus potius quam humerus petendus sit, hastam in pectus coniecit.

v. 1405 seq. *ἐπὶ σκέλος πάλιν χωρεῖ*] Formulam recte explicat Lex. Seg. p. 72, 31: *χωρεῖν ἐπὶ σκέλος· τὸ ὀπίσω ἀναχωρεῖν μὴ δόντα τοῖς ὑπεναντίοις τὰ νῶτα.* Eodem modo saepe dicitur *ἀναχωρεῖν*, *ἀπιέναι* vel *ἀνάγειν ἐπὶ πόδα*, veluti in Xenophontis Disciplina Cyri VII, 5, 6: *Ἐπεὶ δὲ οὕτω συνεσπειράθησαν, ἀπῄεσαν, ἕως μὲν ἐξικνεῖτο τὰ βέλη ἀπὸ τοῦ τείχους, ἐπὶ πόδα· ἐπεὶ δὲ ἔξω βελῶν ἐγένοντο, στραφέντες κτἑ.* coll. ibid. III, 3, 69: *Ὡς δ' ἔγνω ὁ Κῦρος τὰ γιγνόμενα —, παρεγγύησεν ἐπὶ πόδα ἀνάγειν ἔξω βελῶν κτἑ.* et Exped. Cyr. V, 2, 32: *Καὶ αὐτοὶ ἐπὶ πόδα ἀνεχώρησαν βαλλόμενοι οἱ βοηθήσαντες καὶ ἀντιτοξεύοντές τινες τῶν Κρητῶν.* Hoc idem in re navali dici *κρούεσθαι τὴν πρύμναν* annotat et ad h. l. Scholiasta cod. Aug. et ostendit Arrianus Exped. Alex. V, 17, 12: *ὥσπερ αἱ πρύμναν κρουόμεναι νῆες ἐπὶ πόδα ἀνεχώρουν.* Latine id dicitur pedem referre, ut apud C. Caesarem de bell. Gall. IV, 25, 2. et Curtium IV, 16, 5. Vide Krügerum ad Exped. Cyr. l. l. p. 257. Zeunium ad Discipl. Cyri VII, 5, 6.

v. 1406. *λαβὼν δ' ἀφῆκε μάρμαρον πέτρον*] Praeivit in his Hom. Iliad. VII, 264 seqq.: *Ἀλλ' ἀναχασσάμενος λίθον εἵλετο χει-*

ἐνθένδε κώπας ἁρπάσαντε φασγάνων
ἐς ταὐτὸν ἧκον, συμβαλόντε δ' ἀσπίδας
πολὺν ταραγμὸν ἀμφιβάντ' εἶχον μάχης.
καί πως νοήσας Ἐτεοκλῆς τὸ Θεσσαλὸν
εἰςήγαγεν σόφισμ' ὁμιλίᾳ χθονός·

Guelph. Florr. sex aliique libri. ἀπεστερημένων Flor. A. 10. 33. ἀπεστερημένοις Harl. Havn. Vict. ἀποστερημένοις edd. vett., ex errore omnia.

v. 1409. ἐνθένδε] Sic scribendum praecepit Valckenarius. Confirmavit Guelph. et Mosqu. D. ἐνθέδε scribens. Olim legebatur ἔνθεν δέ. Tum ἁρπάσαντε plerique libri. ἁρπάσαντες Aldus et rell. Sic pauci libri mox συμβαλόντες et v. 1411. ἀμφιβάντες.

ρὶ παχείῃ, Κείμενον ἐν πεδίῳ, μέλανα, τρηχύν τε μέγαν τε· Τῷ βάλεν Αἴαντος δεινὸν σάκος κτέ.

v. 1407. μέσον δ' ἄκοντ' ἔθραυσεν] Permirum est criticos nunc omnes nulla fere librorum auctoritate recepisse μέσον τ' ἄκοντ' ἔθραυσεν, quum hoc fere proprietas sermonis Graeci requirat, ut, ubi effectus eiusmodi actionis indicatur, is ponatur per δέ particulam. Sic in Homeri l. l. v. 267. dicitur: περιήχησεν δ' ἄρα χαλκός. et supra v. 1404: ἄπο δ' ἔθραυσ' ἄκρον δόρυ. et saepe alias similia.

v. 1411. πολὺν ταραγμὸν ἀμφιβάντ' εἶχον μάχης] Iniuria de huius versus sententia desperavit Valckenarius. Recte enim rem iam expediverat Eustathius ad Iliad. p. 508, 51: Ὅρα δὲ καὶ τό [Il. VI, 355.]· Πόνος ἀμφιβέβηκεν, ἤγουν κατέλαβε, περιῆλθεν· ὥςτε οὐ πάντοτε ἡ λέξις τὸ σκέπειν καὶ βοηθεῖν δηλοῖ, ὡς οὐδὲ .... παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ· Πολὺν ταραγμὸν ἀμφιβάντ' εἶχον μάχης, ἤγουν ἀμφοτέρωθεν βάντες ἀντιπάλων δίκην κατ' ἀλλήλων. Dicitur enim ἀμφιβάντε de pugnantibus, qui, ut fit, in pugna inter se circumeunt, a loco tamen, in quem congressi sunt, non moventur, ut omnis sententia haec sit: magnum pugnae tumultum, dum circumaguntur, efficiebant. Nullo enim modo ἀμφιβάντα hoc legendum est, quam falsam veteris interpretis opinionem, ab aliis iam recte confutatam, miror errorem obiecisse novissimis lexicographis.

v. 1412 seq. τὸ Θεσσαλὸν εἰςήγαγεν σόφισμ'] Thessalos propter calliditatem et malas artes male audivisse pluribus veterum scriptorum locis probat Scholiasta ad h. l. in iisque fraudibus hoc etiam strategema fuisse videtur, quod iam commemorat Euripides. Non enim eius grammatici comprobanda oratio videtur, qui apud Eustathium ad Iliad. II. p. 251, 5. Θεσσαλὸν σόφισμα simpliciter explicavit: μὴ τοῦτο ἢ ἐκεῖνο, ἀλλ' ἁπλῶς τὸ πανούργημα, praesertim quum Euripides etiam significet, qua ratione certum hoc artificium a Thessalis accepisse videatur Eteocles.

v. 1413. ὁμιλίᾳ χθονός] Nempe hoc pertinet ad νοήσας. Iure enim A. Matthiae: Ὁμιλίᾳ χθονός, inquit, recte cepisse videtur Musgravius: consuetudine terrae, quod in eam fortasse ire consueverat vel in ea aliquamdiu vixerat. Sic Aeschyl. Eum. 403: καινὴν δ' ὁρῶσα τήνδ' ὁμιλίαν χθονός, i. e.

ἐξαλλαγεὶς γὰρ τοῦ παρεστῶτος πόνου,
λαιὸν μὲν εἰς τοὔπισθεν ἀναφέρει πόδα,
πρόσω τὰ κοῖλα γαστρὸς εὐλαβούμενος·
προβὰς δὲ κῶλον δεξιὸν δι' ὀμφαλοῦ
καθῆκεν ἔγχος σφονδύλοις τ' ἐνήρμοσεν.
ὁμοῦ δὲ κάμψας πλευρὰ καὶ νηδὺν τάλας
σὺν αἱματηραῖς σταγόσι Πολυνείκης πίτνει.
ὁ δ', ὡς κρατῶν δὴ καὶ νενικηκὼς μάχῃ,
ξίφος δικὼν ἐς γαῖαν ἐσκύλευέ νιν,
τὸν νοῦν πρὸς αὑτὸν οὐκ ἔχων, ἐκεῖσε δέ.
ὃ καί νιν ἔσφηλ'· ἔτι γὰρ ἐμπνέων βραχύ,

v. 1415. ἀναφέρει] Sic Flor. A. Leid. A. MS. C. C. C. Paris. A. Flor. 2. 10, 33. Vict. Havn. Aug. b. d. ἀμφέρει Aldus et edd. vett., tum Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. μεταφέρει M. R. Leid. B.
v. 1419. πλευρὰ] πλευρὰν Mosqu. D. Flor. 2. 18. 21. 33. aliique libri ap. Porson., vitium metro arguente.
v. 1428. ἀλλήλοιν πέλας] Sic Leid. A. Cantabr. Barocc. I. Flor. 10. Havn. Aug. b. ἀλλήλων. Aldus et rell. libri.

τάςδε ὁμιλούσας χθονί, Furias, quae eodem modo designantur 708: καὶ μὴν βαρεῖαν τήνδ' ὁμιλίαν χθονὸς Ξύμβουλός εἰμι μηδαμῶς ἀτιμάσαι. Similiter Sophocl. Oed. C. 62: Τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστίν, ὦ ξέν', οὐ λόγοις Τιμώμεν', ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ πλέον, commorando in ea terra. Eodem pertinere censet Musgravius quod Pausanias p. 289, 3. ed. Sylb. scripserit, Eteocli e Thessalia auxilia missa fuisse.

v. 1414. ἐξαλλαγεὶς] „Porsonus ἀπαλλαγεὶς ex Harl., quod est etiam in Flor. 2. 10. 33. Eam esse explicationem exquisitioris scripturae ἐξαλλαγείς, quae in ceteris libris est, Scholiasta ostendit: ἐξαλλαγείς, ἀπαλλαγείς, ἀποστὰς τοῦ συστάδην μάχεσθαι. Thucydides V, 71: καὶ ἡγεῖται μὲν τῆς αἰτίας ταύτης ὁ πρωτοστάτης τοῦ δεξιοῦ κέρως, προθυμούμενος ἐξαλλάσσειν ἀεὶ τῶν ἐναντίων τὴν ἑαυτοῦ γύμνωσιν. Interest autem aliquid: nam ἀπαλλάσσεσθαι est plane liberari, ἐξαλλάσσεσθαι autem aliquantum se subducere." G. HERMANN.

v. 1415. λαιὸν μὲν εἰς τοὔπισθεν ἀναφέρει πόδα] Cf. Theocriti idyll. XXII, 197: Ὑπεξαναβὰς ποδὶ Κάστωρ Σκαιῷ.

v. 1417. προβὰς δὲ κῶλον δεξιόν] De accusativo vide Matth. §. 423. Rost. §. 104, 3. a. ann. 4. p. 495. ed. VI.

v. 1423. τὸν νοῦν πρὸς αὑτὸν οὐκ ἔχων, ἐκεῖσε δέ] Quum libri partim πρὸς αὑτόν, partim πρὸς αὐτόν exhiberent et utraque scriptura agnosceretur etiam a glossatoribus, recentiores fere critici nunc ediderunt πρὸς αὐτόν, ut Eteocles sui rationem nullam habuisse videatur, fratrem despoliare cupiens. Mihi tamen hanc ipsam formulam et eos locos, in quibus a veteribus posita est, consideranti veteres Scholiastae, quos secutus est Valckenarius, melius πρὸς αὑτόν antetulisse videntur. Neque enim tantummodo ad h. v. scribit interpres: Οὐ πρὸς

σώζων σίδηρον ἐν λυγρῷ πεσήματι,
μόλις μέν, ἐξέτεινε δ' εἰς ἧπαρ ξίφος
Ἐτεοκλέους ὁ πρόσθε Πολυνείκης πεσών.
γαῖαν δ' ὀδὰξ ἑλόντες ἀλλήλοιν πέλας
πίπτουσιν ἄμφω, κοὐ διώρισαν κράτος.

ΧΟΡΟΣ.

φεῦ φεῦ, κακῶν σῶν, Οἰδίπου, σ' ὅσον στένω·
τὰς σὰς δ' ἀρὰς ἔοικεν ἐκπλῆσαι θεός.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἄκουε δὴ νῦν καὶ τὰ πρὸς τούτοις κακά.
ἐπεὶ τέκνω πεσόντ' ἐλειπέτην βίον,

v. 1430 seq. Hos duo versus recte plerique libri, MS. C. C. C. Leid. B. Mosqu. D. Paris. A. Guelph. Florr. omnes, Havn. Aug. b. d., choro tribuunt, unum versum choro, alterum Creonti Aldus et edd. vett.

v. 1431. *ἐκπλῆσαι*] Sic Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. septem, Vict. aliique libri. *ἐκπλήσειν* Flor. 10. 33. et edd. vett.

v. 1432. *δὴ νῦν*] Sic libri et G. Hermannus. *δή νυν* fere recentiores critici.

τὸν νεκρὸν ἔχων τὸν νοῦν, ἀλλ' εἰς τὸ σκυλεύειν τὸν Πολυνείκη· ᾤετο γὰρ αὐτὸν εἶναι νεκρόν, sed etiam ad v. 1417. (1412. ed. Matth.): *Ὁ δὲ Ἐτεοκλῆς — ἐλαφυραγώγει αὐτόν, τὸν νοῦν πρὸς τὸν Πολυνείκην οὐκ ἔχων, ἐκεῖσε δὲ πρὸς τὸ σκυλεύειν, ὁ δὲ αὐτὸν ἀποτυχεῖν ἐποίησεν.* Simillimus est Sophoclis locus e Trachin. 276: *ἄλλοσ' αὐτὸν ὄμμα, θατέρᾳ δὲ νοῦν Ἔχοντ'*, ad quem Scholiasta: *ἀλλαχόσε τὸν νοῦν ἔχοντα καὶ οὐδὲν δεινὸν πείσεσθαι προσδοκῶντα.* Quid enim in hac oratione inest, quod possit videri argutius?

v. 1428. *γαῖαν δ' ὀδὰξ ἑλόντες*] Homerus Iliad. χ, 17. *γαῖαν ὀδὰξ εἷλον*, ut saepe alias *ὀδὰξ ἑλεῖν οὖδας* et multa id genus alia dixit.

v. 1430. *κακῶν σῶν, Οἰδίπου, σ' ὅσον στένω.*] Sic recte emendavit G. Hermannus coniecturam Elmsleii ad Med. 1202. propositam: *κακῶν σῶν, Οἰδίπους, σ' ὅσον στένω.* Cf. Hippol. 1399: *στένω σε μᾶλλον ἢ 'μὲ τῆς ἁμαρτίας.* Aeschyli Prometh. 397: *στένω σε τᾶς ὀλομένας τύχας, Προμηθεῦ.* In libris hoc loco variae corruptelae se habent, in Mosqu. D. Guelph. Leid. A. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. b. *Οἰδίπου γ' ὅσον στένω*, in lib. Put. Flor. 2. 10. 33. *Οἰδίπου ὅσον*, in aliis *Οἰδίπου σὸς ὢν στένω*, ut quid ab Euripide profectum videatur, obscure significatum non sit. De forma vocativi *Οἰδίπου* G. Hermannus conferri iubet Fr. Ellendti Lex. Soph. s. h. v.

v. 1433. *ἐπεὶ τέκνω πεσόντ' ἐλειπέτην βίον*] Recte hanc vett. editionum scripturam nuper revocavit G. Hermannus, quam MS. C. C. C. Leid. B. Guelph. Mosqu. D. Flor. 2. 5. 6. 9. 18. 21. Aug. d. Havn. Ven. a. b. satis tuentur. Nam quod hodie fere omnes editores scripserunt: *ὡς γὰρ πεσόντε παῖδ' ἐλειπέτην βίον* e Leid. A. Harl. Laud. Flor. 33. 34. Aug. b., quibus accedunt Flor. A. 17. *ὡς γὰρ πεσόντε τέκν' ἐλειπέτην βίον*, eam interpolationem esse apparet, ortam illam ex eo,

ἐν τῷδε μήτηρ ἡ τάλαινα προςπίτνει
[σὺν παρθένῳ τε καὶ προθυμίᾳ ποδός.]
τετρωμένους δ' ἰδοῦσα καιρίους σφαγὰς
ᾤμωξεν· ὦ τέκν', ὑστέρα βοηδρόμος
πάρειμι. προςπίτνουσα δ' ἐν μέρει τέκνα
ἔκλαι', ἐθρήνει τὸν πολὺν μαστῶν πόνον
στένουσ', ἀδελφή θ' ἡ παρασπίζουσ' ὁμοῦ·
ὦ γηροβοσκὼ μητρός, ὦ γάμους ἐμοὺς
προδόντ' ἀδελφὼ φιλτάτω. στέρνων δ' ἄπο
φύσημ' ἀνεὶς δύςτλητον Ἐτεοκλῆς ἄναξ
ἤκουσε μητρός, κἀπιθεὶς ὑγρὰν χέρα

v. 1435. τε] om. Flor. A. 10. Aug. d. Havn.
v. 1436. καιρίους] Sic edd. vett. et libri plerique, in his Guelph. Florr. octo. καιρίας ex aliquot libris interpolatis pro instituto suo recepit Porsonus, quem alii secuti sunt. V. Matth. §. 117. p. 235. ed. II.
v. 1444. ὑγρὰν] Sic MS. C.C.C. Leidd. A.B. Guelph. Flor. 2.

quod γάρ explicandi causa adiecto versum restituere vellent critici veteres. Nam quod aliquot libri ἐλιπέτην peccant, id nihil huc pertinet.

v. 1435. σὺν παρθένῳ τε καὶ προθυμίᾳ ποδός] Versum, tamquam suppositicium, deleverunt Valckenarius et Porsonus, nimis quidem calide: nam neque omittenda fuit mentio Antigonae, et significat nuntius quum ope filiae, tum alacritate pedum citius advenisse grandem natu reginam. F. H. BOTHIUS. Rectissime haec Bothius. Nam quod dicunt ex Ione v. 1109: τίς προθυμία ποδῶν ἔχει σε; petivisse formulam suam interpolatorem, quid non est interpolatum, si eiusmodi argumenta valent? Diversissimas autem inter se res, modo ad unam causam pertineant, recte coniungi posse quis negat? Vide quae supra ad v. 881: ὡς πᾶσ' ἀπήνη πούς τε πρεσβύτου φιλεῖ κτὲ. commentati sumus p. 143.

v. 1436. τετρωμένους — καιρίους σφαγάς] De accusativo vide Matth. §. 424, 1. p. 780. ed. II. Rost. §. 104. ann. 5. p. 497. ed. VI.

v. 1438. προςπίτνουσα δ' ἐν μέρει τέκνα] Cf. Matth. §. 402. b. cum ann.

v. 1440. ἀδελφή θ' ἡ παρασπίζουσ' ὁμοῦ] Recte hoc iam veteres interpretes non ad comitatum Antigonae, sed ad lugendi et moerendi societatem retulerunt. Vide Schol. cod. Guelph.: παρασπίζουσα· συμπονοῦσα καὶ συναγωνιζομένη αὐτῇ πρὸς τὸ κλαίειν. et in cod. Mosqu. D. συναναστένουσα. Si sic, ut par est, interpretamur vocem, nihil eius cavillationis, quam de versu 1435, fecerunt interpretes, reliquum erit. Nam quae ante una cum matre venisse, ea nunc recte cum ea luxisse dicitur.

v. 1443. φύσημ' ἀνεὶς δύςτλητον] δύςτλητον φύσημα recte id dicitur, quod ab exspirante non sine dolore atque aegritudine perfertur, hinc non male δυςέκπνευστον explicaverunt h. l. Glossatores. Rem non satis recte nuper existimavit G. Hermannus,

φωνὴν μὲν οὐκ ἀφῆκεν, ὀμμάτων δ' ἄπο
προςεῖπε δακρύοις, ὥςτε σημῆναι φίλα.
ὁ δ' ἦν ἔτ' ἔμπνους, πρὸς κασιγνήτην δ' ἰδὼν
γραῖάν τε μητέρ' εἶπε Πολυνείκης τάδε·
ἀπωλόμεσθα, μῆτερ· οἰκτείρω δὲ σὲ
καὶ τήνδ' ἀδελφὴν καὶ κασίγνητον νεκρόν.
φίλος γὰρ ἐχθρὸς ἐγένετ', ἀλλ' ὅμως φίλος.
θάψον δέ μ', ὦ τεκοῦσα, καὶ σύ, σύγγονε,
ἐν γῇ πατρῴᾳ, καὶ πόλιν θυμουμένην
παρηγορεῖτον, ὡς τοσόνδε γοῦν τύχω
χθονὸς πατρῴας, κεὶ δόμους ἀπώλεσα.

5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. aliique libri, Schol. λυγρὰν Flor. A. 10. 33. Harl. (supra scr. ψυχράν), pro var. lect. Schol., Aldus et edd. vett.

v. 1454. τοσόνδε γοῦν] Sic Flor. A. MSS. Bodl. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. omnes, Vict. Havn. Aug. b. Schol. Teles apud Stob. 38. p. 233, 47. τοσόνδε δὴ Aldus et edd. vett.

qui contra librorum ac Scholiastarum auctoritatem e levi quodam indicio libri non boni Ven. a., qui δύςθνητον habet, legendum praecepit δυςθνῆσκον, de qua voce praeter Electr. 842. Rhes. 790. conferri iubet Lobeckium ad Phrynichum p. 616.

v. 1444. ὑγρὰν χέρα] Recte Scholiasta cod. Guelph.: Ὑγρὰν διὰ τὴν ἐκ τῆς πληγῆς ἀσθένειαν. Debilem manum dicit propter imbecillitatem morientis. Falso alii manum madentem sanguine intellexerunt. ψυχράν autem e vetere coniectura natum propterea ferri nequit, quod nondum exspiraverat frater.

v. 1447. ὁ δ' ἦν ἔτ' ἔμπνους κτέ.] Non satis recte in horum verborum constructione offensus est Valckenarius. Saepe enim primum persona quaedam per pronomen significatur et in reliqua oratione ipsum ponitur nomen. Sic recte etiam Latine hoc dicas: Alter vero adhuc spiritum ducebat et in sororem et matrem natu grandem intuens Polynices haec dixit. Inutilis est igitur Valckenarii emendatio: ὃς δ' ἦν ἔτ' ἔμπνους, πρὸς κασιγνήτην τ' ἰδὼν κτέ., quam ita Brunckius et Porsonus secuti sunt, ut τ' plane omitterent.

v. 1451. φίλος γὰρ ἐχθρὸς ἐγένετ', ἀλλ' ὅμως φίλος] Persimilis est Tibulli oratio III, 6, 56: Perfida, sed quamvis perfida, cara tamen.

v. 1454 seq. ὡς τοσόνδε γοῦν τύχω χθονὸς πατρῴας] Alio quodam modo precatur Oedipus filiis apud Sophoclem in Oed. Col. 784: χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτον ἐνθανεῖν μόνον, ut hoc loco, sic Argia uxor de Polynice apud Statium Theb. XII, 329: Proiectus cespite nudo Hoc patriae telluris habet, quos locos recte comparavit Valckenarius.

v. 1455. κεὶ δόμους ἀπώλεσα· καὶ εἰ τοὺς δόμους τῆς γῆς, ἀντὶ τοῦ τὴν βασιλείαν, ἀπέβαλον. SCHOL. — Post hunc versum Teles ap. Stobaeum p. 233, 51. quasi ex Euripidis fa-

ξυνάρμοσον δὲ βλέφαρά μου τῇ σῇ χερί,
μῆτερ, — τίθησι δ' αὐτὸς ὀμμάτων ἔπι —
καὶ χαίρετ'· ἤδη γάρ με περιβάλλει σκότος.
ἄμφω δ' ἅμ' ἐξέπνευσαν ἄθλιον βίον.
μήτηρ δ', ὅπως ἐσεῖδε τήνδε συμφοράν,
ὑπεραλγήσασ' ἥρπασ' ἐκ νεκρῶν ξίφος
κἄπραξε δεινά· διὰ μέσου γὰρ αὐχένος
ὠθεῖ σίδηρον, ἐν δὲ τοῖσι φιλτάτοις
θανοῦσα κεῖται, περιβαλοῦσ' ἀμφοῖν χέρας.
ἀνῇξε δ' ὀρθὸς λαὸς εἰς ἔριν λόγων,
ἡμεῖς μὲν ὡς νικῶντα δεσπότην ἐμόν,

v. 1463. ἐν δὲ τοῖσι φιλτάτοις] σὺν τέκνοις δὲ φιλτάτοις Schol. pro var. lect.

bula ponit hunc versum: Καὶ γῆς φίλοις ὄχθοισι κρυφθῶ καὶ τάφῳ, quem nuper G. Hermannus ita emendatum: ἐν γῆς φίλοις ὄχθοισι κρυφθῆναι τάφῳ, in Euripidis orationem recepit. Hunc ego versum quamquam non nego Euripideum haberi posse, quam in rem docti iam comparaverunt fragmentum Euripidis, quod habetur apud Diogenem Laertium IV, 25: ἐν γῆς φίλοις μυχοῖσι κρυφθῆναι καλόν, tamen veritus sum in hanc fabulae Euripideae editionem recipere, quia ipse Hermannus non ausus est decernere, utrum ab Euripide, an ab histrionibus ille profectus fuerit. Huc accedit, quod et sententia per se plena atque absoluta est neque ab ullo libro aut Scholiasta quidquam ei auctoritatis peti potest: immo Scholiastae satis produnt se eum versum non habuisse in libris suis. Vide quae in simili causa supra ad v. 1386. annotavimus.

v. 1461. ἥρπασ' ἐκ νεκρῶν ξίφος] Hanc omnium librorum scripturam recte Porsonus et Hermannus revocarunt. Nam quod ἐκ νεκροῦ Aldus et edd. vett. habent, inde natum, quod putabant ab uno tantum petitum fuisse gladium; conf. tamen infra v. 1591: λαβοῦσα νεκρῶν πάρα φάσγανον. Praeterea Homerus Odyss. XI, 277. suspendio Iocastam vitam finivisse scribit: ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου, quem secutus est Sophocles.

v. 1466. ἡμεῖς μὲν] Recte Scholiasta, quum alii interpretes veteres secus accepissent hunc locum, monuit hanc esse constructionem: ἡμεῖς μὲν ἀνῄξαμεν εἰς ἔριν λόγων, ὡς νικῶντα τὸν ἐμὸν δεσπότην. De accusativo quem vocant absoluto conf. Matth. §. 568, 3. Rost. §. 131, 4. p. 713 seq. ed. VI.

v. 1467 seq. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις, οἱ μὲν κτέ.] Quod verba: ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις, nihil aliud sibi volunt, nisi hoc: ἤριζον δὲ οἱ στρατηλάται, non solum κατὰ τὸ σημαινόμενον recte accedit nominativus οἱ μέν, verum etiam qui mox sequitur accusativus cum infinitivo κατάξαι πρόσθε Πολυνείκην δορί, quoniam in verbis ἔρις ἦν dicendi notio continetur, recte autem deinceps etiam ὡς — πέλοι eodem modo dicitur. De externa constructionis

οἱ δ' ὡς ἐκεῖνον. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις,
οἱ μὲν πατάξαι πρόσθε Πολυνείκην δορί,
οἱ δ', ὡς θανόντων οὐδαμοῦ νίκη πέλοι.
κἀν τῷδ' ὑπεξῆλθ' Ἀντιγόνη στρατοῦ δίχα,
οἱ δ' εἰς ὅπλ' ᾖσσον· εὖ δέ πως προμηθίᾳ
καθῆστο Κάδμου λαὸς ἀσπίδων ἔπι·
κἄφθημεν οὔπω τεύχεσιν πεφραγμένον
Ἀργεῖον εἰςπεσόντες ἐξαίφνης στρατόν·
κοὐδεὶς ὑπέστη, πεδία δ' ἐξεπίμπλασαν
φεύγοντες, ἔῤῥει δ' αἷμα μυρίον νεκρῶν,
λόγχαις πιτνόντων. ὡς δ' ἐνικῶμεν μάχῃ,

v. 1471. προμηθίᾳ] Sic MS. C. C. C. Paris. A. Guelph. Flor. 2. 6. 9. 18. 21. 33. 34. προθυμίᾳ Flor. 5. Leid. alt., sed is supra scr. μηθίᾳ. Olim legebatur προμηθείᾳ.

forma conferas Aeschyl. Prom. 200 seq.: Στάσις ἐν ἀλλήλοισιν ὠροθύνετο, Οἱ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἕδρας Κρόνον, Ὡς Ζεὺς ἀνάσσοι δῆθεν, οἱ δὲ τοὔμπαλιν Σπεύδοντες, ὡς Ζεὺς μή ποτ' ἄρξειεν θεῶν. Sophoclis Antig. 259 seq.: λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐῤῥόθουν κακοί, Φύλαξ ἐλέγχων φύλακα κτἑ. Euripidis Bacch. 1129 seq.: ἦν δὲ πᾶσ' ὁμοῦ βοή, ὁ μὲν στενάζων κτἑ. Vide P. Elmsl. ad h. l. p. 136. ed. Lips. Pflugk. ad Heracl. v. 40. p. 18. et quos supra laudavi ad huius fab. v. 285. p. 62.

v. 1470. Quod versum hunc Valckenarius ipsum quoque omitti voluerat, recte G. Hermannus: Antigonam, inquit, dum exercitus verbis de victoria contendebant, abisse necessario erat commemorandum, ne virgo etiam, postquam a verbis ad arma ventum est, inter pugnantes adstitisse videretur. Quam salvam evasisse eo minus potuit praeteriri, quod paulo post ipsa cum mortuorum corporibus in scenam prodit.

v. 1471. οἱ δ' εἰς ὅπλ' ᾖσσον] Recte haec Scholiasta ad utrumque exercitum retulit: Καὶ ἀμφότερα, inquit, τὰ μέρη εἰς ὅπλα ὥρμων· καλῶς δὲ κατά τινα τρόπον προνοίᾳ τινὶ ἐκάθητο Κάδμου λαὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων, ἀντὶ τοῦ ἐν ὅπλοις, τουτέστιν ἔνοπλος.

v. 1472. ἀσπίδων ἔπι] „Flor. A. ἀσπίδων ὕπο. ἀσπίδων ἔπι est in armis, instructus clipeis. V. Abresch. ad Aesch. Tom. II. p. 67. [p. 308 seq. ed. Hal.]" CHR. D. BECKIUS. Abreschius l. l. affert Thucyd. VII, 79: ἐπ' ἀσπίδων παρατεταγμένοι.

v. 1474. Ἀργεῖον εἰςπεσόντες — στρατόν] Ego accusativum hunc non tam cum verbo ἔφθημεν, quam cum participio εἰςπεσόντες aptius iungendum esse statuo. Εἰςπίπτειν enim persaepe cum accusativo coniungitur.

v. 1476. ἔῤῥει δ' αἷμα μυρίον νεκρῶν] Usum adiectivi μυρίον, quod libri tantum non omnes exhibent, hodie non ignotum permultis locis illustravit ad h. l. Valckenarius. Olim e correctione fortasse mera legebatur μυρίων. Hesychius μυρίον· πολὺ τῷ πλήθει. Scholiastae ad h. l. πλεῖστον interpretantur.

οἱ μὲν Διὸς τρόπαιον ἵστασαν βρέτας,
οἱ δ' ἀσπίδας συλῶντες Ἀργείων νεκρῶν
σκυλεύματ' εἴσω τειχέων ἐπέμπομεν.
ἄλλοι δὲ τοὺς θανόντας Ἀντιγόνης μέτα
νεκροὺς φέρουσιν ἐνθάδ' οἰκτίσαι φίλοις.
πόλει δ' ἀγῶνες οἱ μὲν εὐτυχέστατοι
τῇδ' ἐξέβησαν, οἱ δὲ δυστυχέστατοι.

v. 1486. *δώματος*] Sic MS. C. C. C. Mosqu. D. Guelph. Florr. omnes aliique libri multi. *δωμάτων* edd. vett. et perpauci libri.

v. 1490 seqq. Hoc quod iam sequitur carmen choricum, cuius metricae rationes implicatiores sunt, G. Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 773. pro paromoeostropho habuit, in Epitome autem doctr. metr. p. 301. partim pro paromoeostropho, partim pro antistrophico; A. autem Seidlerus de verss. dochm. p. 335. totum in antistrophas praeter unam epodum et trium verborum proodum redigere conatus est. Liberiorem stropharum et antistro-

v. 1478. *οἱ μὲν Διὸς τρόπαιον ἵστασαν βρέτας*] Vide quae ad huius fab. v. 1257 seq. annotavimus p. 190.

v. 1481 seq. *τοὺς θανόντας — νεκρούς*] Ne quis in hac formula offendat, caverunt Brunckius ad h. l. et A. Seidlerus apud Wexium ad Sophoclis Antig. v. 513. Sic enim dixit iam Homerus Iliad. VII, 409. et Odyss. XI, 37. *νεκύων κατατεθνηώτων.* et Odyss. XI, 490. *νεκύεσσι καταφθιμένοισι*, tum Sophocl. l. l. *ὁ κατθανὼν νέκυς.* Euripides Suppl. 44 seq. *φθιμένων νεκύων.* 526. *νεκροὺς τοὺς θανόντας.* 560. *τοὺς ὀλωλότας νεκρούς.* in Helen. 178: *νέκυσιν ὀλομένοις* et quae sunt similia.

v. 1482. *οἰκτίσαι φίλους*] *φίλοις* Paris A., ut auctor est Brunckius, perspicue et distincte scriptum exhibet, fortasse etiam alii libri, quorum tamen plurimi, ut Scholiastae, agnoscunt *φίλους*. Retinui cum novissimis editoribus *φίλοις*, quoniam id explicatu facillimum est. Dicitur enim ut in Andromacha v. 1160: *κομίζομέν νίν σοι κατοιμῶξαι γόοις*, ad quem versum Pflugkius p. 91. hunc ipsum locum assimilavit. Sed tamen *φίλους* per se falsum non est, ita tamen explicandum, si retinemus, ut accepit Scholiasta cod. Guelph.: *φέρουσι τοὺς θανόντας νεκρούς, ὥστε τοὺς φίλους αὐτῶν οἰκτίσαι καὶ ἐλεῆσαι αὐτοὺς ἀθλίως ἀπολωλότας.*

v. 1485 seq. *οὐκ εἰς ἀκοὰς ἔτι δυστυχία — ἥκει*] Cf. Callimachi hymn. in Del. 179 seq.: *ἴδωσι δὲ πίονα καρπὸν Γείτονος αἰθομένοιο καὶ οὐκέτι μοῦνον ἀκουῇ.*

v. 1486. *πάρα γὰρ λεύσσειν*] Vide infra v. 1548: *πάρα γὰρ στενάχειν τάδ', ἀϋτεῖν.* Neque enim ullo modo assentiendum Porsono est, qui ex unius cod. Flor. A. scriptura *παρακελεύσειν* peperit *πάρα καὶ λεύσσειν.*

v. 1487. *πτώματα νεκρῶν*] Quod Harl. et Flor. 33. exhibent *σώματα νεκρῶν*, etsi ex errore ortum esse potest, tamen videtur potius ex interpolatione natum esse. Dicitur enim in simili causa apud Eurip. in Suppl. v.

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ εἰς ἀκοὰς ἔτι δυςτυχία
δώματος ἥκει· πάρα γὰρ λεύσσειν
πτώματα νεκρῶν τρισσῶν ἤδη
τάδε πρὸς μελάθροις, κοινῷ θανάτῳ
σκοτίαν αἰῶνα λαχόντων.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὐ προκαλυπτομένα βοτρυχώδεος
ἁβρὰ παρηΐδος,

pharum nexum agnovit G. Hermannus etiam in editione sua. Qui has incertas metrorum descriptiones cognoscere volet, adeat ipsos earum auctores ll. cc. Nostrum, qui explicationem potissimum spectamus, erat versus describere, qui ab librorum scriptura non valde discreparent.

v. 1490. *προκαλυπτομένα*] Sic Euripidis libri fere omnes et Schol. et in parodia Charmi Athenaeus I. p. 4. b. *προςκαλυπτομένα* edd. vett.

794 seq.: *σώματα λεύσσω τῶν οἰχομένων παίδων.* Sed *πτώματα*, ut *πεσήματα νεκρῶν*, exquisitius dicitur; cf. Androm. 653 seq.: *οὐ πεσήματα Πλεῖσθ' Ἑλλάδος πέπτωκε δοριπετῆ νεκρῶν.* Huc spectare Phrynichi praeceptum intellexit Valckenarius: *Πτῶμα ἐπὶ νεκροῦ τιθέασιν οἱ νῦν, οἱ δ' ἀρχαῖοι οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πτώματα νεκρῶν ἢ οἴκων*, ad quem locum vide quae Lobeckius annotavit p. 375.

v. 1489. *σκοτίαν αἰῶνα*] Respicit huc Eustathius ad Iliad. IV. p. 382, 38: *Οὐ μόνον ἀρσενικῶς, ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς ὁ ῥηθεὶς αἰὼν λέγεται τραγικώτερον, οἷον σκοτίαν αἰῶνα.*

v. 1490. *βοτρυχώδεος*] Restituit hanc adiectivi *βοστρυχώδεος*, quod in Euripidis libris et Schol., tum in Charmi parodia apud Athen. I. p. 4. b. habetur, formam nuper G. Hermannus, quomodo etiam Pherecrates apud Pollucem II, 27. ex emendatione Th. Bergkii dicit: *οἱ ξανθοτάτοις βοτρύχοισι κομῶν.* Cf. Etym. Magn. p. 205, 32. Apollon. Rhod. II, 679. *βοτρυχώδεος* habet etiam cod. R. e correctione, sed vera. Vim huius adiectivi recte explicarunt Scholiastae: *βοστρυχώδεος, ἐν ᾗ οἱ βόστρυχοι κεῖνται.* et alius: *βοστρυχώδους λέγει διὰ τὸ παρ' αὐτὴν κατιέναι τοὺς βοστρύχους.*

v. 1491. *ἁβρὰ παρηΐδος*] Sententiam huius vocis recte Eustathius ad Odyss. I. p. 1420, 64. reddidit per verba: *τὴν τοῦ προςώπου ἁβρότητα.* De adiectivo neutri pro substantivo posito cf. Sophoclis Antig. v. 1209. Br., ubi *ἄσημα βοῆς* dicitur, tum Matth. §. 442, 4. Neque aliter Latini fecerunt, qui non solum summa pectoris, difficillima artis, verum etiam strata viarum, amara curarum, ficta vel vana rerum et quae sunt similia, saepius etiam quam Graeci, usurparunt, qua de re vide Heindorfium ad Horatii Satir. II, 2, 25. p. 258., illum tantummodo in eo errantem, quod Latinos a Graecis eam constructionem petivisse ait. Haec enim ita comparata sunt, ut uter-

οὐδ' ὑπὸ παρθενίας τὸν ὑπὸ βλεφάροις
φοίνικ', ἐρύθημα προσώπου,
αἰδομένα φέρομαι βάκχα νεκύων,
κράδεμνα δικοῦσα κόμας ἀπ' ἐμᾶς,
στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα χλιδᾶς,
ἁγεμόνευμα νεκροῖσι πολύστονον. αἰαῖ, ἰώ μοι.

v. 1494. *αἰδομένα*] Sic K. Harl. M. Flor. 2. 10. Schol. pro var. lect. Proxime accedunt Flor. 33. *αἰδομένη*, Havn. *ἀδομένα*, Aug. d. *ἀδομένα*, supra scripto *αἰ.* *αἰθυμένα* edd. vett. et reliqui libri. *αἰθομένα* est falsa coniectura Huschkii ad Tibull. I, 4, 14.

v. 1497. *αἰαῖ, ἰώ μοι*] Videtur pro his e Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Guelph. Aug. b. d. scribendum *αἰαῖ, αἰαῖ*, et mox pro *ὦ Πολύνεικες* reponendum *ὢ* e Flor. A. Guelph. Flor. 10. 18. 33. 34. Aug. b.

que populus ipse reperisse videatur quae concederet lingua.

v. 1492 seq. *οὐδ' ὑπὸ παρθενίας τὸν ὑπὸ βλεφάροις κτέ.*] Sententia horum verborum haec est: neque prae virginali modestia sub palpebris nascentem purpuram, ruborem oris, reverens feror etc., quibus in verbis rectius, quam Valckenarius fecit, explicavit Huschkius ad Tibullum I, 4, 14. *τὸν ὑπὸ βλεφάροις φοίνικα* eum, qui est in genis, purpureum colorem.

v. 1493. *ἐρύθημα προσώπου*] Haec est appositio ad praecedens substantivum, nullo modo cum Scholiastis cum genere praepositae vocis confundenda, quamquam Scholiasta ipse quoque veram explicationem memorat: *Φοίνικ' ἐρύθημα: τὸν πυῤῥόν. ἀρσενικῶς δὲ εἶπε τὸν φοίνικα ἐρύθημα ἀντὶ τοῦ οὐδετέρου· ἔδει γὰρ εἰπεῖν· τοὐπὶ βλεφάροις φοινικοῦν ἐρύθημα. Τινὲς δέ· οὐ τὴν ὑπὸ βλεφάροις φοινίξιν αἰδουμένη, ἥπερ ἐστὶν ἐρύθημα προσώπου.*

v. 1494. *βάκχα νεκύων*] Recte haec explicavit Scholiasta: *βακχικὴν μανίαν μαινομένη, ἣν δὲ οἱ νεκροὶ παρέχουσιν, οὐχ ὁ Διόνυσος.* Simili translatione dicitur in Hecub. v. 1075 seq.: *πᾶ φέρομαι τέκν' ἔρημα λιπὼν Βάκχαις Ἅιδου διαμοιρᾶσαι.* Dicit autem hoc, quod quasi bacchans mulier parum velata ac dimissis comis fertur.

v. 1496. *στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα χλιδᾶς*] *Στολὶς χλιδᾶς* nihil aliud est, nisi *στολὶς χλιδανή*, vestis delicatula. Fuit enim croceo colore vestis non communis Graecarum mulierum, qua in opinione fuit Musgravius, sed si quando lautius et splendidius se ornarent, ut regiae puellae Antigonae conveniret. Apparet hoc ex Aristophanis Lysistr. 42 seqq.: *τί δ' ἂν γυναῖκες φρόνιμον ἐργασαίατο Ἢ λαμπρόν, αἳ καθήμεθ' ἐξηνθισμέναι, Κροκωτὰ φέρουσαι καὶ κεκαλλωπισμέναι.* Illud rectius Musgrav., quod adiunxit *ἀνεῖσα*, demittens, proprie dici. Moris enim fuisse, quoties planctus edíturae essent feminae, sinum vestis stringere, superiorem eius partem ad pedes demittere, coll. Senecae Troad. 68: Paret exsertos Turba lacertos: veste remissa Substringe sinus uteroque tenus Pateant artus, et Theocrit. XV, 134: *λύσασαι δὲ κόμαν καὶ ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι, Στήθεσι φαινομένοις λιγυρᾶς ἀρ-*

ὦ Πολύνεικες, ἔφυς ἄρ' ἐπώνυμος — ᾤμοι,
Θῆβαι —
σὰ δ' ἔρις οὐκ ἔρις, ἀλλὰ φόνῳ φόνος
Οἰδιπόδα δόμον ὤλεσε κρανθεὶς
αἵματι δεινῷ, αἵματι λυγρῷ.
τίνα δὲ προςῳδὸν

Mosqu. D. ἰὼ Πολύνεικες.

v. 1498. ἰώ μοι] Sic Flor. 10. ἰώ μοί μοι vulgo.

v. 1500. Οἰδιπόδα] Οἰδιπόδαο Flor. 5. 6. 9. Mosqu. D. Aug. b. Vict. Tum κρανθεὶς plerique libri, κρανθεὶς MS. C. C. C. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. Havn. κρανθεῖσ' Flor. A. et Scholiastae quidam.

v. 1502. τίνα δὲ] Sic plerique libri et Scholiastae. τίνα edd. vett. et perpauci libri.

ξώμεθ' ἀοιδᾶς. Recepi autem χλιδᾶς pro τρυφᾶς duorum Glossatorum auctoritate, quorum alter χλιδᾶς, τρυφῆς, alter χλιδᾶς, τῆς σπατάλης, explicandi causa posuit, ut hos quidem χλιδᾶς in libris suis reperisse appareat. Τρυφή autem et τρυφερός et τρυφᾶν saepe a Scholiastis explicandi causa ponuntur. Sic modo v. 1491: ἁβρὰ παρηΐδος exposuerunt τρυφερά et quae sunt alia id genus multa.

v. 1497. ἀγεμόνευμα νεκροῖσι πολύστονον] Ἀγεμόνευμα est, quasi Latine ductamentum dicas, res, quae ad ducendum facit vel in qua posita est ductio. Itaque Antigona proprie hoc dicit hac voce, se rem mortuis esse, in qua consisteret pompae ductio. More autem haec substantiva a re ad personas translata sunt, eodemque modo dicuntur συγκοιμήματα in Androm. 1274. κήδευμα in Oreste v. 475. παίδευμα in Electr. 886. et παιδεύματα in Hippol. 11. νυμφεῖα in Sophoclis Antig. v. 567. et alia alias. Vide Matth. §. 429. Rost. §. 97, 1. a. α. p. 428 seq. ed. VI.

v. 1498. ὦ Πολύνεικες, ἔφυς ἄρ' ἐπώνυμος] Cf. quae supra ad v. 27. p. 20. et rursus ad v. 639 seq. p. 115. annotavimus. Tum pro ᾤμοι, Θῆβαι, quam librorum omnium ac Scholiast. auctoritatem defendi posse non negavit, scripsit Hermannus: ᾤμοι Θήβαις, quod, quum σὰ sequeretur, facile obliterari ultima litera potuisset. Mihi quidem multo gravius videtur et commoto Antigonae animo convenientius ᾤμοι, Θῆβαι, quod Scholiasta recte annotavit διὰ μέσου dici.

v. 1499. σὰ δ' ἔρις οὐκ ἔρις κτέ.] Sententiam horum verborum recte perspexit Scholiasta: Ἡ ἔρις, φησίν, οὐκ αὐτὸ μόνον φιλονεικίας τὸ τέλος ἔσχεν, ἀλλ' ἄχρι φόνων ἐπαλλήλων προελθοῦσα ἄρδην τὸν πάντα οἶκον τοῦ Οἰδίποδος ἀπώλεσεν. Et de voce φόνος φόνῳ cf. Matth. §. 403. ann. p. 738 seq.

v. 1500. κρανθεὶς] De participio κρανθείς ne quis dubitet, hoc commemoro, ne comprobata quidem Scholiastae explicatione verborum superiorum κρανθεῖσ' mihi contra plerosque libros scribendum videri, quia, etiamsi κρανθεῖσα proprie dicendum erat, tamen et Graeci et Latini scriptores in eiusmodi locis malebant propiori voci assimilare genus, quam remotiori. Nam etiam Latine recte dicas: Nam iurgium tuum non iurgium, sed caedes ex caede facta Oe-

ἢ τίνα μουσοπόλον στοναχὰν ἐπὶ
δάκρυσι, δάκρυσιν, ὦ δόμος, ὦ δόμος,
ἀνακαλέσωμαι,
τρισσὰ φέρουσα τάδ' αἵματα σύγγονα,
ματέρα καὶ τέκνα, χάρματ' Ἐρινύος;
ἃ δόμον Οἰδιπόδα πρόπαρ ὤλεσε,
τᾶς ἀγρίας ὅτε
δυςξυνέτου ξυνετὸς μέλος ἔγνω

v. 1504. *ὦ δόμος, ὦ δόμος*] Sic libri tantum non omnes. Olim legebatur: *ὦ δόμος, δόμος*.

v. 1505. *ἀνακαλέσωμαι*] Sic G. Hermannus. *ἀνακαλέσομαι* libri.

v. 1506. *τάδ' αἵματα*] Sic emendavit Musgravius, vulgatam olim scripturam *τάδ' αἱμακτά*, quam cod. Aug. retinet, supra scripto *σώματα τάδε*. *τάδε σώματα* MS. C. C. C. Flor. A. Mosqu. D. Guelph. Florr. omnes, Vict. *τρισσὰ δὲ σώματα φερ. σύγγ.* Leid. A. Flor. 34. Aug. b. *τρισσὰ φέρουσά γε σώματα* K. Leid. B. Paris. A. *φέρουσα σώματα*, supra scripto *τάδε*.

v. 1508. *Οἰδιπόδα*] Sic Kingius. Confirmant Flor. 2. 10. 33. Vict. Havn. Olim legebatur *Οἰδιπόδαο*.

dipi domum pessumdedit etc. Denique fateor me neutiquam G. Hermanni rationem probare posse, qui, veritus etiam hiatum in v. 1501., nuper scripsit: *ὤλεσεν αἵματι Δεινῷ κρανθεῖσ', αἵματι λυγρῷ*. Sic enim evertitur gravitas repetitae vocis: *αἵματι δεινῷ, αἵματι λυγρῷ*, ut satius sit hiatum, qui in eiusmodi locis, quia est necessarius, saepius invenitur, ferre, quam vim et vehementiam orationis infringere.

v. 1503. *μουσοπόλον δὲ στοναχήν· ἔστι γὰρ καὶ θρῆνος μουσικός· Ὅμηρος* [Il. XXIV, 720.]· *πάρα δ' εἷσαν ἀοιδοὺς Θρήνων ἐξάρχους, οἵτε στονόεσσαν ἀοιδὴν καὶ τὰ ἑξῆς*. SCHOL.

v. 1506. *αἵματα σύγγονα*] caedes consanguineas interpretatur Musgravius, afferens Aeschyl. Choeph. 648. Eumen. 253.

v. 1508. *πρόπαρ ὤλεσε*] Sic scripsi e MSS. Askew. ap. Musgravium et cod. Mosqu. D. pro vulgato *πρόπαν*, quod recte dubitavit G. Hermannus num pro adverbio satis usitatum esset. *πρόπαρ* pertinet ad sequens *ὅτε*, quia inde ab eo tempore iam culpam contraxit Oedipus, quo die aenigma Sphingis solvit.

v. 1510. *δυςξυνέτου ξυνετὸς μέλος ἔγνω*] Miror omnium fere librorum auctoritatem *δυςξυνέτου ξυνετὸς* a quoquam mutari potuisse. Nam ut primum de libris dicam, *δυςξυνέτου* praeter cod. Aug. et Flor. 33. omnes libri agnoscunt, tum *ξυνετὸς*, non *ξυνετὸν*, habent MS. C. C. C. Leid. A. Guelph. Florr. omnes, Aug. b. Est autem lusus in verbo, quo magis appareat oppositionis ratio, quod Sphingis ad obscuritatem implicatae perspicax aenigma solvisset. Quod contra si *δυςξύνετον ξυνετὸς* scribimus et *δυςξύνετον* ad *μέλος* referimus, non magis oppositionis ratio, quod non iam inter personas, sed inter rem et personam contentio est, tollitur, quam si auctore G. Hermanno scribimus: *δυςξυνέτου ξυνετὸν μέλος*. Apposite ad h. l.

Σφιγγὸς ἀοιδοῦ σῶμα φονεύσας.
ἰώ μοι, πάτερ,
τίς Ἑλλὰς ἢ βάρβαρος ἢ
τῶν προπάροιθ' εὐγενετᾶν
ἕτερος ἔτλα κακῶν τόσωνδ'
αἵματος ἁμερίου
τοιάδ' ἄχεα φανερά, τάλαιν'
ὡς ἐλελίζω. τίς ἄρ' ὄρνις

v. 1510. *ἔγνω*] Sic plerique libri et edd. vett. *ἔγνως* MS. C. C. C. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9.

v. 1514. *προπάροιθ'*] Sic A. Matthiae et Dindorfii scripserunt. *προπάροιθεν* plerique libri, *πάροιθεν* pauci. *πρόπαρ* A. Seidlerus et G. Hermannus.

v. 1515. *ἕτερος*] *ἄλλος* coniecit G. Hermannus. Mox *τόσωνδ'* libri tantum non omnes. Olim legebatur *τόσων δι'*.

v. 1517 seq. *τάλαιν' ὡς ἐλελίζω*] Sic MS. C. C. C. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. quinque, Vict. et Scholiastae. *ἐλελίζει* edd. vett. Paris. A. Flor. 2. 10. 33. Aug. d. Havn. *ἐλελίξει* Harl.

v. 1518. *τίς ἄρ' ὄρνις*] Aldus et rell. Leid. B. Florr. sex, Havn. *τίς τ' ἄρ' ὄρνις* MS. C. C. C. Guelph. Flor. 5. 6. 9. Mosqu. D. Leid. A.

affert Valckenarius Dionis Chrysost. orat. X. p. 151. A: *Τὸν Οἰδίπουν οἱ Ἕλληνες οἴονται — συνετὸν πάντων μάλιστα, μόνον — λῦσαι τὸ αἴνιγμα τῆς Σφιγγός.*

v. 1511. *Σφιγγὸς ἀοιδοῦ σῶμα φονεύσας*] Quia genitivus *Σφιγγὸς ἀοιδοῦ* tam ad superiorem orationem pertinet, quam ad posteriorem, recte recentiores interpretes sustulerunt interpunctionem. Ceterum *σῶμα φονεύσας* recte iam Scholiasta explicat: *ἀντὶ τοῦ φόνου καὶ ἀναιρέσεως γενόμενος αὐτῇ αἴτιος.*

v. 1512. *ἰώ μοι, πάτερ*] Haec verba nullo modo coeptum orationis cursum impediunt et utpote mera interiectio interponuntur, ut supra v. 1498. verba *ὤμοι, Θῆβαι.* Nam infra demum v. 1534. vere patrem appellat Antigona.

v. 1513. *τίς Ἑλλὰς ἢ βάρβαρος κτἑ.*] Scholiastarum unus pessime: *τίς Ἑλλάς, ἤτοι Ἑλληνικὴ γῆ, ἢ βαρβαρική, ἢ τίς ἕτερος τῶν προπάροιθεν εὐγενῶν, αἵματος καὶ γένους ὑπάρχων ἀνθρωπείου.* Videtur ille eo ad hanc interpretationem adductus esse, quod non recte distingui putaret Graecos et barbaros et qui mortalium olim nobiles fuissent. At Euripides, quum *τίς Ἑλλὰς ἢ βάρβαρος* dixit, viros voluit intelligi, a quibus recte distinguuntur qui olim umquam nobiles vel Graecorum vel barbarorum fuerunt. G. HERMANNUS. *Ἑλλάς* pro masculino agnoverunt reliqui Scholiastae. Cf. Antiatticistam Bekkeri p. 97, 4: *Ἑλλάς· ὁ ἀνήρ. Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ.*

v. 1516. *αἵματος ἁμερίου*] Vid. Soph. Antig. v. 783. cum annot. interpp.

v. 1517 seq. *τάλαιν' ὡς ἐλελίζω*] De *ὡς* ibi posito, ubi aliam pronominis relativi formam exspectaveris, A. Matthiae conferri iubet Animadv. suas in hymn. Hom. p. 373. G. H. Schaeferum ad Soph. Oed. Colon. 1124. et Gr. Gr. ampl. §. 485. p. 907 seq.

ἢ δρυὸς ἢ ἐλάτας
ἀκροκόμοις ἀμφὶ κλάδοις
ἑζομένα μονομάτορος
ὀδυρμοῖς ἐμοῖς ἄχεσι συνῳδός,
αἴλινον αἰάγμασιν ἃ

v. 1519. *ἢ δρυὸς*] Sic libri tantum non omnes. *δρυός* edd. vett. et pauci, ut videtur, libri.

v. 1524. *προκλαίω*] Hanc scripturam libri multi ac Scholiasta, etiam metrum confirmant. *προσκλαίω* MS. C. C. C. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 10. 18. 21. 34. Vict. Mosqu. D., usitato errore. — Tum ed. II. Contra G. Hermannus nuper eam orationem languidissimam esse pronuntiavit et aliquid post *φανερά* excidisse suspicans verba: *τάλαιν' ὡς ἑλελίζω*, ita ad sequentem orationem assumpsit, ut scriberet: *τάλαινα, τίς ποτ' ἄρ' ὄρνις ἑλελίζει δρυὸς ἢ ἐλάτας κτέ.*, de quo conatu aliorum esto arbitrium.

v. 1521. *μονομάτορος*] Hanc scripturam habent Flor. A. M. 2. 10. 18. 21. 33. 34. ab eaque non multum recedunt Aldus et edd. vett., tum MS. C. C. C. Leid. B. Mosqu. D. Flor. 5. 6. 9. Guelph. Aug. b. d. *μονομάτερος* scribentes et Leid. A. *μονομήτερος* exhibens, quamquam haec ipsa forma errorem obiecisse videtur Scholiastis, qui paene constanter non genitivum hoc loco, sed nominativum agnoscunt. Explicant enim *στερηθεῖσα τῆς μητρός, ἐστερημένη τῆς μητρός, ἢ μεμονωμένη τῆς μητρός.* Hinc tamen non recte quum olim Barnesius, quem alii etiam secuti erant, tum nuper G. Hermannus collegerunt Euripidem *μονομάτωρ* scripsisse. Nam neque sententia huius loci eam scripturam postulat neque auctoritas Scholiastarum satis tuetur. Nam illos ipsos *μονομάτορος* vel *μονομάτερος* olim in libris suis invenisse, sed eam formam male pro nominativo habuisse luculenter doceri potest. Quid enim? libri Guelph. et Mosqu. D. hoc ipsum verbi *μονομάτερος*, quod praemittunt, explicant *μητρὸς μεμονωμένη*, *στερηθεῖσα τῆς μητρός*, ut ceteros quoque Scholiastas, in quorum lemmate haec vox plane non habetur, non *μονομάτωρ*, sed *μονομάτορος* legisse certum plane ac testatum esse videatur. *Μονομάτορος* autem recte adiungi verbo *ὀδυρμοῖς ἐμοῖς* et notum hodie erit et a Valckenario permultis ad h. l. exemplis comprobatum est, ut Soph. Ai. 1034: *τὰ σὰ Κράτη θανόντος.* et aliis locis multis. — De lugubri lusciniae cantu cf. Eur. Helen. *1109.* Pflugk. Soph. Oed. Col. 671 seqq. Brunck. Catulli carm. LXV, 13: Qualia sub densis ramorum concinit umbris Daulias, absumpti fata gemens Ityli.

v. 1522. *ὀδυρμοῖς ἐμοῖς ἄχεσι συνῳδός*] Permirum est criticorum, quotquot fuerunt, recentiorem neminem haec verba, quae, ut supra a me posita sunt, a libris omnibus et Scholiastis agnoscuntur, satis intellexisse, praesertim quum Scholiastae veteres iam recte sententiam eorum verborum facilem ac necessariam expedivissent. Nam quod critici mirantur duo hic nomina sine copula quasi *ἐκ παραλλήλου* posita, id propterea nullam habet vim, quod qui recte hunc locum considerat facile intelligit istos dativos alio quodam modo inter se coniunctos esse. Unus enim, id quod pronomen primae perso-

τοῖςδε προκλαίω; μονάδ' αἰ-
ῶνα διάξουσα τὸν ἀ-
εὶ χρόνον ἐν λειβομένοι-
σιν δακρύοις ἰαχήσω.
τίν' ἐπὶ πρῶτον ἀπὸ χαίτας

μονάδ' recte nunc scriptum est, etiam Scholiastae auctoritate; edd. vett. *μόνα δ'*.

v. 1526 seq. *λειβομένοισιν δακρύοις ἰαχήσω*] Sic libri, nisi quod plerique *λειβομένοισι* et *δακρύοισιν*, pauciores *δάκρυσιν* habent. Vid. explicationem.

nae possessivum *ἐμοῖς* satis arguit, ad Antigonam pertinet, alter autem ad avem, quae in contentione ponitur, atque, ut apertius dicam, quod res est, *ὀδυρμοῖς ἐμοῖς* verus dativus est, alter *ἄχεσι* pro ablativo Latinorum. Quod quum ita sit, necesse est intelligi haec verba ita potius interpretanda esse: Quae avis — lamentationibus meis moerore suo concinet? Id adeo Scholiastae quum aperte ac perspicue significassent: *Τίς ἄρα ὄρνις*, inquit, — *ἐστὶν ἐν τοῖς οἰκείοις ἄχεσι συνῳδὸς καὶ συνθρηνήτρια τοῖς ἐμοῖς ὀδυρμοῖς*, et alter: *Τίς ἄρα ὄρνις — συνῳδὸς καὶ σύμφωνος ἔσται τοῖς ἐμοῖς ὀδυρμοῖς ἐν ἄχεσι καὶ λύπαις εἰς αἴλινον καὶ θρῆνον κτὲ.*; atque ea ipsa sententia naturae huius loci esset accommodatissima, miror tot principes grammaticorum hunc locum correxisse, A. autem Matthiae ad artificiosam nec veram duorum nominum *ἐκ παραλλήλου* positorum explicationem confugisse eamque alienis ab hoc loco exemplis confirmare voluisse.

v. 1523 seq. *αἴλινον αἰάγμασιν ἃ τοῖςδε προκλαίω;*] Reieci post haec demum verba interrogationis signum, non quo falsam per se putarem vulgatam interpunctionem, qua, posito post *συνῳδός* interrogationis signo, haec verba iam positivam superioris orationis amplificationem continent, sed ut appareret haec ipsa verba aptius cum interrogatione coniungenda esse, quae autem iam sequerentur: *μονάδ' αἰῶνα διάξουσα τὸν ἀεὶ χρόνον κτὲ.* magis per se constare et a superiore oratione separanda videri.

v. 1523. *ἅ*, quod est idem quod *ἢ* hoc loco neque cum nonnullis Scholiastis pro neutro habendum, recte refertur ita ad superiorem orationem, quia in voce *ὀδυρμοῖς ἐμοῖς* primae personae significatio satis aperta inest.

v. 1524 seq. *μονάδ' αἰῶνα· ἀντὶ τοῦ μονάδα βίον, ὀρφανόν, μονήρη, μεμονωμένον, ἔρημον.* SCHOL.

v. 1526 seq. *ἐν λειβομένοισιν δακρύοις ἰαχήσω*] Adduci non potui, ut haec verba cum novissimis editoribus pro corruptis haberem, quae sunt aptissima, si per se intelliguntur. Nam quid lucramur, si ante *ἰαχήσω* pronomen *τίνα* interponimus et sic istud occupamus, quod postea paulo uberius explicatur his verbis: *τίν' ἐπὶ πρῶτον κτὲ.*? ut omnium librorum auctoritatem ac Scholiastarum testimonia, qui post *προκλαίω* maiorem interpunctionem faciendam esse aperte significaverunt, quoniam illa a multis criticis hodie quoque nimium quantum negliguntur, taceamus.

v. 1528 seq. *τίν' ἐπὶ πρῶτον· ἐπὶ τίνα πρῶτον βάλω ἀπαρχὰς θρήνου ἐν σπαραγμοῖς ἀπὸ τῆς ἐμῆς χαίτης, τουτέστι τίνα πρῶτον θρηνήσω, τὰς τρί-*

σπαραγμοῖσιν ἀπαρχὰς βάλω;
ματρὸς ἐμᾶς διδύμοισι γάλα-
κτος παρὰ μαστοῖς,
ἢ πρὸς ἀδελφῶν
οὔλόμεν' αἰκίσματα δισσῶν;
ὀτοτοῖ, ὀτοτοῖ, λίπε σοὺς δόμους,
ἀλαὸν ὄμμα φέρων,
πάτερ γεραιέ, δεῖξον,
Οἰδίποδα, σὸν αἰῶνα μέλεον, ὃς ἐπὶ
δώμασιν, ἀέριον σκότον ὄμμασι σοῖσι βαλών, ἕλ-
κεις μακρόπουν ζοάν.

v. 1529. *σπαραγμοῖσιν — βάλω*] Sic libri tantum non omnes. *σπαραγμοῖς — βαλῶ* Aldus et edd. vett.

v. 1530. *ματρὸς*] Sic Leid. A. Guelph. Flor. 6. 9. 18. 21. 34. Aug. b. *ματέρος* Aldus, Flor. 2. 10. 33. Mox libri fere *ἐν διδύμοις* vel *ἐν διδύμοισι*. Codd. Harl. Flor. 33. *ἐν* omittunt.

v. 1531. *παρὰ μαστοῖς*] Sic Leid. B. *παρὰ μαστοῖσιν* vel *παραμαστοῖσιν* fere libri.

v. 1533. *δισσῶν*] Sic MS. C. C. C Bodleii. Leid. A. B. Mosqu. D., Guelph. Florr. septem, Aug. b. *νεκρῶν* Aldus, Flor. 2. 10. Paris. A.

v. 1534. *ὀτοτοῖ*] Bis MS. C. C. C. Guelph. Florr. quinque, Aug. b., alii libri semel, ut Mosqu. D. Flor. 2. 6. Aug. d., alii aliter.

v. 1538. *δώμασιν*] Sic libri et Scholiastae. *δάκρυσιν* G. Her-

χας σπαράττουσα καὶ πρὸς αὐτὸν ῥίπτουσα; παρὰ τοῖς διδύμοις μαστοῖς τῆς μητρὸς τοῦ γάλακτος — ἐντεῦθεν γὰρ τέθραμμαι ἡ τάλαινα — ἢ πρὸς τὰ οὐλόμενα καὶ ἐφθαρμένα αἰκίσματα τῶν δισσῶν ἀδελφῶν; SCHOLIASTA.

v. 1530 seq. *γάλακτος παρὰ μαστοῖς*] *Τοῖς τὸ ἀναθρέψαν με γάλα ἐκβλύσασι.* SCHOL. De constructione vide Matth. §. 316. f.

v. 1534. *λίπε σοὺς δόμους*] Quod in hac scriptura optimorum librorum, MS. C. C. C. Guelph. Mosqu. D. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34., offensi sunt critici atque hic et infra v. 1685. *λεῖπε* potius quam *λίπε* scribendum fuisse pronuntiarunt, commemoro aliter dici *λίπε*, aliter *λεῖπε*, quorum ad hunc locum accommodatius est *λίπε* propterea, quod ad praesentem actionem momento temporis absolutam, non ad durantem statum pertinet.

v. 1537 seq. *ἐπὶ δώμασιν*] Non satis recte in addita praepositione offensi sunt interpretes, quae ideo adiecta videtur, quod Oedipus in aedibus vitam suam continebat. Sic etiam Latine domi et in domo inter se differunt.

v. 1539. *μακρόπουν ζοάν*] *μακρόπουν* libri fere omnes, MS. C. C. C. Leid. A. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34., ac Scholiastae tuentur, quum *μακρόπνουν* vix pauci libri habeant. Id videtur ab iis profectum, qui non intelligebant hic *μακρόπουν* oppositum sibi habere *ὀξύπουν*, non *μικρόπουν*, ut *μακρόθυμος* et *ὀξύθυμος* multaque id genus alia dicuntur. Recte igitur Scholiastae nonnulli *μακρόπουν* explicarunt *πολυ-*

κλύεις, ὦ κατ' αὐλὰν ἀλαίνων γεραι-
ὸν πόδα δύστανον
δεμνίοις ἰαύων;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τί μ', ὦ παρθένε, βακτρεύμασι τυ-
φλοῦ ποδὸς ἐξάγαγες εἰς φῶς
λεχήρη σκοτίων ἐκ θαλάμων
οἰκτροτάτοισιν δακρύοισιν,
πολιὸν αἰθέρος ἀφανὲς εἴδωλον, ἢ
νέκυν ἔνερθεν, ἢ
πτανὸν ὄνειρον;

mannus.

v. 1541 seq. δύστανον δεμνίοις] Sic libri plerique, Mosqu. D. Guelph. Aug. b. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. δεμνίοις δύστανον aliquot libri et edd. vett., quod nuper G. Hermannus recepit.

v. 1543. τί μ'] τί δ' Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Vict. Aug. b. Hoc recepto G. Hermannus infra versibus aliter dispositis scripsit με λεχήρη.

v. 1546. δακρύοισιν vel δακρύοισι Guelph. Florr. octo, Aug. b. δάκρυσι Flor. 33. δάκρυσιν Mosqu. D.

v. 1547. αἰθέρος] αἰθέριον Harl. αἰθέρ' ὡς G. Hermannus.

v. 1549. πτανὸν] ποτανὸν de A. Seidleri coniectura G. Hermannus.

χρόνιον, et alii etiam apertius: Μακρόπουν, inquiunt, ἀντὶ τοῦ ἐπιπολὺ παρατεινομένην· ὁ ποὺς γὰρ ἀντὶ τῆς κινήσεως καὶ παρατάσεως ἐνταῦθα λαμβάνεται, μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ζώων· οὐ γὰρ διὰ ποδῶν ἡ ζωὴ τὴν ἑαυτῆς ἀνύει ὁδόν.

v. 1541. δύστανον] Nullam video causam, quamobrem veterem correctionem Flor. 2. Vict. δύστανος nuper recipiendam putarint interpretes. Eadem enim denique nascitur sententia, utrum ad ipsam personam hoc epitheton assumas, an ad singularem eius personae partem.

v. 1547 seq. πολιὸν αἰθέρος ἀφανὲς εἴδωλον κτλ.] Tres hae imagines, quibus miseram suam conditionem iam adumbrat Oedipus, nullo modo indigent particula comparationis indice, immo multo aptior sermo est, si ea omissa quasi iusta appositio haec omnia ponuntur. Ceterum πολιόν non ad με referas, sed ad αἰθέρος ἀφανὲς εἴδωλον.

v. 1548. νέκυν ἔνερθεν] Non satis accurate Scholiasta νέκυν καταχθόνιον explicat. Est mortuus, quasi ab inferis procedens, quod nos dicamus: einen Todten aus der Unterwelt, eadem qua Graeci ratione.

v. 1549. πτανὸν ὄνειρον] Cf. Aeschyl. Agam. v. 82: ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει. et quem hunc ipsum Euripidis locum ante oculos habuisse putat Valckenarius, Apollon. Rhod. II, 197 seq.: ἀκήριον ἠΰτ' ὄνειρον, Βάκτρῳ σκηπτόμενος. et infra v. 1725: ὥστ' ὄνειρον ἰσχύν. et Eurip. fragm. Aeol. XVIII. v. 2 seq.: Γέροντές ἐσμεν οὐδὲν ἄλλο

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

δυςτυχὲς ἀγγελίας ἔπος οἴσει,
πάτερ· οὐκέτι σοι τέκνα λεύσσει
φάος, οὐδ' ἄλοχος, παραβάκτροις
ἃ πόδα σὸν τυφλόπουν θεραπεύμασιν αἰὲν
ἐμόχθει,
ὦ πάτερ, ὤμοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὤμοι ἐμῶν παθέων. πάρα γὰρ στενάχειν τάδ',
ἀΰτειν.
τρισσαὶ ψυχαὶ ποίᾳ μοίρᾳ,
πῶς ἔλιπον φάος, ὦ τέκνον, αὔδα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὐκ ἐπ' ὀνείδεσιν, οὐδ' ἐπιχάρμασιν,

v. 1551. σοι] σου Mosqu. D. σὼ Paris. A. σὰ Bodl. unus.

v. 1553. ἃ πόδα] Sic MS. C. C. C. Flor. A. Leidd. A. B. Flor. 33. Quod ἃ priore loco ponendum videretur, venit in Guelph. Flor. 5. 6. 9. 10. 18. 21. 34. Aug. b. d. ἃ παρὰ βάκτροις ἃ πόδα, quo facilius explicare possis scripturam aliorum librorum ἢ παρὰ βάκτροις et quae sunt similia.

v. 1554. ὦ πάτερ] G. Hermannus. Libri: πάτερ.

v. 1557. φάος, ὦ τέκνον] φῶς, τέκνον Porsonus, φῶς, ὦ τέκνον G. Hermannus. Utrumque sine idonea causa.

πλὴν ὄχλος Καὶ σχῆμ', ὀνείρων δ' ἕρπομεν μιμήματα.

v. 1550. δυςτυχὲς ἀγγελίας ἔπος οἴσει] Etsi Battierii coniectura εἴσει eo confirmari videtur, quod in cod. Harleiano ad οἴσει adscriptum est γνώσῃ, tamen nullo modo omnium librorum scriptura, agnita etiam a Scholiasta, qui κομίσῃ explicat, mutanda est; recte iam explicata a Valckenario: tristem nuntium accipies.

v. 1552. παραβάκτροις] Sic, quemadmodum I. I. Reiskius scribendum coniecit, ut id ad θεραπεύμασιν referretur essetque cura, quae ad baculum pedem sustinens praestaretur, scriptum habent MS. C. C. C. Flor. 2. 10. 33. Receperunt praeter Porsonum Seidlerus et Hermannus. Libri ac Scholiastae fere παρὰ βάκτροις scriptum exhibent, quod per se falsum non est, sed elegantius illud.

v. 1553. πόδα σὸν τυφλόπουν] Sic Aldus, tum Harl. K. Flor. A. 2. 10. 33. eaque scriptura eo minus in dubitationem vocanda est, quod etiam in quibusdam eorum librorum, qui τυφλὸν pro τυφλόπουν habent, explicatio Scholiastarum demonstrat olim τυφλόπλουν scriptum fuisse, ut in MS. C. C. C. Guelph. m. l. legitur: τυφλόν· ἐστερημένον ὁδηγίας οἰκείων ὀφθαλμῶν. Ne quis autem hoc dicat, πόδα non satis recte τυφλόπουν dici, conferat quae diximus ipsi supra ad v. 185 seq. p. 49. Accusativum autem πόδα σὸν τυφλόπουν a voce παραβάκτροις θεραπεύμασιν ἐμόχθει suspensum recte ita explicavit A. Matthiae, quod di-

ἀλλ' ὀδύναισι λέγω· σὸς ἀλάστωρ
ξίφεσιν βρίθων
καὶ πυρὶ καὶ σχετλίαισι μάχαις ἐπὶ παῖδας ἔβα
σούς,
ὦ πάτερ, ὤμοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

αἰαῖ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τί τάδε καταστένεις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ τέκνα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

δι' ὀδύνας ἔβας,

v. 1558. ἐπιχάρμασιν] Sic Mosqu. D. Florr. septem. ἐπὶ χάρμασιν vett. edd. et aliquot libri.

v. 1559. σὸς ἀλάστωρ] Sic unus liber e vetere correctione. Ceteri peccant: ὁ σὸς ἀλάστωρ.

v. 1562 seq. ὦ πάτερ, ὤμοι. ΟΙΔ. αἰαῖ] Sic scripsit G. Hermannus. Libri multa hic turbant et Antigonae fere ὦ πάτερ, cetera Oedipodi tribuunt.

v. 1564. ὦ τέκνα] G. Hermannus. Libri: τέκνα. Tum δι' ὀδύνας ἂν ἔβας pauci libri interpolati.

xit θεραπεύμασιν ἐμόχθει ad sententiam idem esse quod ἐθεράπευε, hinc accusativum additum esse πόδα σὸν τυφλόπουν, coll. Erfurdt. ad Soph. Antig. v. 212. ed. min.

v. 1555. πάρα γὰρ στενάχειν τάδ', ἀϋτεῖν] G. Hermannus, cui asyndeton molestum esset, scripsit audacius: πάρ' ἀϋτεῖν, ceteris omissis. Asyndeton ad h. l. aptissimum est, qua de re vide quae explicavimus ad v. 742. p. 129. Comparavit A. Matth. ad h. l. Aeschyl. Sept. adv. Theb. 149. στόνων, ἀϋτᾶς. et A. Seidlerum de verss. dochm. p. 352.

v. 1556 seq. ποία μοίρα, πῶς ἔλιπον κτέ.] „Animum vehementem decent geminata ποία μοίρα, πῶς, ut Hec. 684." A. MATTHIAE.

v. 1558. οὐκ ἐπ' ὀνείδεσιν, οὐδ' ἐπιχάρμασιν· οὐκ ἐπιχαίρουσα οὔτε ὀνειδίζουσα νῦν λέγω τοῦτο, ἀλλ' ὀδυνωμένη καὶ συναλγοῦσα τὴν ψυχήν. SCHOLIASTA. Ἐπίχαρμα eam laetitiam significat, quae ex alterius malo nascitur, quam Graeci saepe ὕβριν dicunt, veluti infra v. 1595. dicitur: καὶ τάδ' οὐχ ὕβρει λέγω, Οὐδ' ἐχθρὸς ὢν σοι κτέ.

v. 1561. σχετλίαισι] Quod habet Flor. 33. φονίαισι, Harl. φονίαις, id apparet e glossemate natum esse, quia in aliquot libris φονίαις additum est aut supra scriptum, neque id debebat Seidlerum eo movere, ut id φονίοισι scriptum reciperet ad versum explendum, in quo G. Hermannus post βρίθων lacunae signa posuit.

v. 1564. δι' ὀδύνας ἔβας] Ma-

εἰ τὰ τέθριππά γ' ἐς ἅρματα λεύσσων
ἀελίου τάδε σώματα νεκρῶν
ὄμματος αὐγαῖς σαῖς ἐπενώμας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τῶν μὲν ἐμῶν τεκέων φανερὸν κακόν·
ἃ δὲ τάλαιν' ἄλοχος τίνι μοι, τέκνον, ὤλετο μοίρᾳ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

δάκρυα γοερὰ φανερὰ πᾶσι τιθεμένα,
τέκεσι μαστὸν
ἔφερεν, ἔφερεν ἱκέτις ἱκέταν αἰρομένα.
εὗρε δ' ἐν Ἠλέκτραισι πύλαις τέκνα
λωτοτρόφον κατὰ λείμακα λόγχαις
κοινὸν ἐνυάλιον

v. 1570. πᾶσι] πασὶ Grotius, tum cod. K. Leid. B. Flor. 10. — Mox τιθεμένα MS. C. C. C. Leidd. A. B. Paris. A. Florr. omnes, Guelph. Aug. b. τεθειμένα Aldus, Aug. d. Havn.

v. 1572. ἱκέταν αἰρομένα] Sic libri plerique, etiam Scholiastae. Ut metrum fulcirent, alii aliud substituerunt. Et ἱκέτιν quidem Grotius, cod. K. Mosqu. D. Aug. b., quamquam id potest ortum esse ex ἱκέτην Guelph. Flor. 5. 6. 9., tum αἰωρομένα Cant., ὀρομένα Schol. pro var. lect., ἀρομένα A. Seidlerus. ἵκτορ' ὀρομένα G. Hermannus.

v. 1577. ἐπὶ τραύμασιν αἵματος] ἐπὶ τραύμασί τ' αἵματος Flor. A. 10. Bodl. unus. ἐπὶ τραύμασιν ἀμφὶ τύχαν ex indicio incerto Schol. cod. Aug. G. Hermannus.

ζόνως ἂν ὠδυνήθης, εἰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχων ὁρῶντας καθεώρας τούτους κειμένους νεκρούς. τὸ γὰρ ἐπενώμας ἀντὶ τοῦ διέκρινας καὶ ἐπεσκόπεις. SCHOL.

v. 1565 seq. τὰ τέθριππά γ' ἐς ἅρματα λεύσσων ἀελίου] Non satis recte in his verbis offensi sunt novissimi interpretes et ex paucorum librorum obscuris indiciis, τέθριππα δ' ἐς Harl. Flor. 33. et τέθριππά τ' ἐς Bodl. unius, scripserunt τέθριππά γ' ἔθ' ἅρματα. Nam perinde est, utrum dicatur: facultatem habens intuendi in solis quadrigas, an: facultatem intuendi solis quadrigas.

v. 1571 seq. τέκεσι μαστὸν — ἱκέτις ἱκέταν αἰρομένα] Ἱκέτις αὐτὴ οὖσα, ἱκέτην τὸν μαστὸν αἰρομένη καὶ μετεωρίζουσα, ἵνα οἱ παῖδες ἰδόντες λήξωσι τῆς μάχης. SCHOL. Attulit in eam rem Valckenarius Hecubae exemplum et Hectoris ex Iliad. XXII, 79 seqq.: μήτηρ δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ὀδύρετο δακρυχέουσα, Κόλπον ἀνιεμένη, ἑτέρηφι δὲ μαζὸν ἀνέσχεν. Aeschyl. Choeph. v. 894 seqq.: Ἐπίσχες, ὦ παῖ, τόνδε δ' αἴδεσαι, τέκνον, Μαστόν, πρὸς ᾧ σὺ πολλὰ δὴ βρίζων ἅμα Οὔλοισιν ἐξήμελξας εὐτραφὲς γάλα, tum Charitonis lib. III. p. 52. ed. Dorv.: ἡ μήτηρ προτείνουσα τὰς θηλάς· τέκνον, φησί, τάδε τ' αἴδεο καὶ μ' ἐλέησον, coll. Bergl. ad Alciphr. p. 131.

μάτηρ, ὥςτε λέοντας ἐναύλους,
μαρναμένους ἐπὶ τραύμασιν, αἵματος,
ἤδη ψυχρὰν λοιβὰν, φονίαν,
ἃν ἔλαχ' Ἅιδας, ὤπασε δ' Ἄρης.
χαλκόκροτον δὲ λαβοῦσα νεκρῶν πάρα φάσγανον εἴσω
σαρκὸς ἔβαψεν, ἄχει δὲ τέκνων ἔπεσ' ἀμφὶ τέκνοισιν.
πάντα δ' ἐν ἄματι τῷδε συνάγαγεν,
ὦ πάτερ, ἀμετέροισι δόμοισιν ἄχη θεός, ὅςτις
τᾶδε τελευτᾷ.

ΧΟΡΟΣ.

πολλῶν κακῶν ὑπῆρξεν Οἰδίπου δόμοις
τόδ' ἦμαρ· εἴη δ' εὐτυχέστερος βίος.

v. 1581. ἔβαψεν] ἔπεμψεν Aldus, Flor. 2. Paris. A. Vulgatam scripturam praeter libros tuetur etiam Eustathius ad Odyss. p. 1554, 7. Mox ἄχει edd. vett. Barocc. unus, Harl. Flor. 2. 5. 10. 33. Havn. ἄχη Aug. d. Laud. ἄχι Cant. pro var. lect. ἄγχη MS. C. C. C. ἄγχει M. ἔχει Paris. A. ἄγχι K. L. Mosqu. D. Guelph. Flor. 6. 9. 18. 21. 34. e falsa correctione mendorum supra indicatorum.

v. 1582. ἄματι] Valckenarius e Leid. B.; eodem ducit var. lect. Cantabr. αἵματι. Olim legebatur ἤματι.

v. 1583. ὦ πάτερ] Hoc loco libri tantum non omnes. Post θεός posuerunt Grotius et Kingius, tum Valckenarius e Leid. B. aliique. Mox ὅςτις τᾶδε est coniectura G. Hermanni. Libri ὃς τάδε.

v. 1575. κοινὸν ἐνυάλιον· ὃν πρὸς ἄλληλα δηλονότι ἐμαχέσαντο τὰ τέκνα πόλεμον. SCHOL.

v. 1576. ἐναύλους· συνοίκους ἢ ἐν ἐπαύλει μαχομένους. SCHOL.

v. 1577. ἐπὶ τραύμασιν αἵματος] Τουτέστιν ἐπὶ τῷ θανατῶσαι ἀλλήλους. SCHOL.

v. 1580 seq. φάσγανον εἴσω σαρκὸς ἔβαψεν] De constructione attulit Valckenarius Eur. Electr. v. 1222 seq.: φασγάνῳ κατηρξάμην, Ματέρος ἔσω δέρας μεθείς., de usu autem verbi βάπτειν Abresch. ad Aeschyl. p. 588. (p. 272 seq. ed. Hal.) et similitudines Latinae linguae has: Senecae Agam. 972: iugulo iuvat Mersisse ferrum. Herc. in Oeta 991: seu tibi iugulo placet Mersisse ferrum.

v. 1585. πολλῶν κακῶν ὑπῆρξεν Οἰδίπου δόμοις] Nescio, quamobrem hunc verborum ordinem plurimorum librorum mutatum voluerint novissimi interpretes, ad quem tuendum recte attulit Porsonus Electr. v. 213: πολλῶν κακῶν Ἕλλησιν αἰτίαν ἔχει. Tum plerique libri ac Scholiasta ὑπῆρξεν pro vulgato olim κατῆρξεν. ὑπῆρξεν eo magis tutandum erat, quo saepius explicatum est per κατῆρξεν a grammaticis, in quam rem comparavit Valckenarius Ammonii ὑπάρξαι — καὶ τὸ κα-

ΚΡΕΩΝ.

οἴκτων μὲν ἤδη λήγεθ', ὡς ὥρα τάφου
μνήμην τίθεσθαι· τῶνδε δ', Οἰδίπου, λόγων
ἄκουσον· ἀρχὰς τῆσδε γῆς ἔδωκέ μοι
Ἐτεοκλέης παῖς σός, γάμων φερνὰς διδοὺς
Αἵμονι κόρης τε λέκτρον Ἀντιγόνης σέθεν.
οὔκουν σ' ἐάσω τήνδε γῆν οἰκεῖν ἔτι·
σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας οὐ μή ποτε
σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος εὖ πράξειν πόλιν·

v. 1588. τῶνδε δ'] Sic Flor. A. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. omnes aliique libri. τῶνδ' est mendum vett. edd. et paucorum codd.

v. 1596. ὤν σοι] Sic libri prope omnes. ὢν σός Aldus, Flor. 2. Paris. A. Vict.

κατάρξασθαι, Hesychii ὑπάρξας· κατάρξας, et ὑπάρχει· προκατάρχει, Suidae ὑπαρξάμενος· κατάρξας, tum Herc. fur. v. 1169. Androm. v. 273.

v. 1590. παῖς σός] Hanc omnium librorum scripturam, recte receptam a Valckenario, nuper mutavit G. Hermannus cum edd. vett. σὸς παῖς scribens, quod, si diceretur παῖς σός, quia σός sub ictu esset, nimium hoc efferretur, Oedipi filium, non alius intelligi. Permirum est doctos, etiam post explosam Bentleii rationem in Latinis fabulis, numquam tamen desinere confundere sonum metricum cum grammatico. Nam παῖς σός non minus recte hic dicitur, quam Latine filius tuus in simili causa, qua verborum collocatione minime effertur pronomen possessivum, quod contra est, si dicas σὸς παῖς, tuus filius.

v. 1590 seq. γάμων φερνὰς διδοὺς Αἵμονι] Non satis recte ex hoc loco collegit Eustathius ad Iliad. p. 639, 36. φερνάς etiam de eo dici, quod viro in nuptias daretur. Nam Eteocles, qui desponderat sororem, tamquam sororis dotem regnum Haemoni, si sibi quid accidisset, concesserat.

v. 1593. σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας κτἑ.] Pertinet ad hunc locum quod habet Nonius p. 185, 8. ed. Merc. ex Accii Phoenissis: Iussit proficisci exsilium quovis gentium, Ne scelere tuo Thebani vastescant agri.

v. 1595. καὶ τάδ' οὐχ ὕβρει λέγω] Vide quae modo diximus ad v. 1558.

v. 1599. καὶ τλήμον', εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ] Non satis recte in horum verborum constructione offensi sunt novissimi interpretes. Nam etsi talia alias strictius fere dicuntur a Graecis, cuius rei exempla permulta posuit Valckenarius, tamen nihil impediebat, quominus haec etiam explicatius diceret poeta in hunc modum: O fortuna, ab initio ut me nasci voluisti miserum et infelicem, si quisquam alius hominum miser et infelix natus est. Eo enim, quod priora verba: ὥς μ' ἔφυσας ἄθλιον καὶ τλήμονα, nihil denique aliud continent, nisi hoc: infelicissimus ego natus sum, recte illud adiunctum est: εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ. Vide etiam

ἀλλ' ἐκκομίζου. καὶ τάδ' οὐχ ὕβρει λέγω,
οὐδ' ἐχθρὸς ὢν σοι, διὰ δὲ τοὺς ἀλάστορας
τοὺς σοὺς δεδοικώς, μή τι γῆ πάθῃ κακόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ μοῖρ', ἀπ' ἀρχῆς ὥς μ' ἔφυσας ἄθλιον
καὶ τλήμον', εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ·
ὃν καὶ πρὶν εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν
ἄγονον Ἀπόλλων Λαΐῳ μ' ἐθέσπισεν
φονέα γενέσθαι πατρός· ὦ τάλας ἐγώ.

v. 1600. *μητρὸς*] Per compendium scriptum, excidit e libris e Cantabr. Harl. M. Flor. 21. 33., quorum Cant. et M. ad lacunam versus sarciendam in fine addunt *ἔτι*. Ceteri libri ac Scholiastae *μητρὸς* satis tuentur.

Matth. §. 617. e. p. 1250. ed. II. Quas autem proposuerunt correctiones horum verborum, quae a libris fere omnibus uno consensu confirmantur, eas multo librorum scriptura deteriores esse facile apparet, ut eorum libidinem taceam, qui nuper quem non intellexissent versum ocius eiecerunt.

v. 1600. *ὃν καὶ πρὶν εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν*] Quod Porsonus in pronomine relativo *ὃν* propterea offensus erat, quod mox, quasi non praecessisset *ὅν*, diceretur *Λαΐῳ μ' ἐθέσπισεν*, id iure improbavit A. Matthiae. Saepe enim Graeci ad iuvandam singularum enuntiationum intelligentiam post pronomina relativa intulerunt personalia aut quae eorum locum sustinerent demonstrativa, veluti in Demosth. orat. de Haloneso §. 38. p. 86, 6. ed. Reisk.: *ὃν τὸν μὲν Καρύστιον, τὸν πρόξενον τῆς ἡμετέρας πόλεως — τοῦτον τὸν ἄνδρα ἐκεῖνος οὕτω σφόδρα ὑμῖν ἐβούλετο χαρίσασθαι κτἑ.*, ad quem locum vide Weisk. in Appar. crit. et exeg. Vol. I. p. 478. ed. Schaef. et in Eur. Androm. v. 651: *ἣν χρῆν σ' ἐλαύνειν τήνδ' ὑπὲρ Νείλου ῥοὰς κτἑ.*, ad quem locum vide quae Pflugkius annotavit p. 58 seq., tum Matth. §. 472, 3. p. 882. ed. II.

v. 1601. *ἄγονον Ἀπόλλων Λαΐῳ μ' ἐθέσπισεν*] Si verum est quod statuit Valckenarius, ridere Aristophanem in persona Aeschyli Ran. v. 1183 seqq.: *Μὰ τὸν Δί' οὐ δῆτ', ἀλλὰ κακοδαίμων φύσει, Ὅντινά γε, πρὶν φῦναι μέν, Ἀπόλλων ἔφη Ἀποκτενεῖν τὸν πατέρα, πρὶν καὶ γεγονέναι κτἑ.* hanc tautologiam Euripidis, qua, postquam dixisset: *πρὶν εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν*, mox repetiverit *ἄγονον*, quod ad sententiam nihil aliud contineret, recte quidem Aristophanes, ut poeta comicus, id fecit, sed Graeci tamen, si quando rem quampiam magis efferre vellent, saepius hoc modo locuti sunt. Neque enim plane otiosum est *ἄγονον* hoc loco, sed rem, quae indicata alio modo erat, significat magis, quasi nostra lingua dicas: das Geschick machte mich, noch ehe ich das Licht der Welt sah, den *Ungeborenen* schon unglücklich. Neque enim verbum *ἄγονον* aliam hoc loco significationem recipit. Argutiae sunt quidquid de hoc nomine loquuntur Scholiastae.

ἐπεὶ δ' ἐγενόμην, αὖθις ὁ σπείρας πατὴρ
κτείνει με, νομίσας πολέμιον πεφυκέναι·
χρῆν γὰρ θανεῖν νιν ἐξ ἐμοῦ· πέμπει δέ με
μαστὸν ποθοῦντα θηρσὶν ἀθλίαν βοράν·
οὗ σωζόμεσθα. Ταρτάρου γὰρ ὤφελεν
ἐλθεῖν Κιθαιρὼν εἰς ἄβυσσα χάσματα,
ὅς μ' οὐ διώλεσ', ἀλλὰ δουλεῦσαί γέ μοι
δαίμων ἔδωκε Πόλυβον ἀμφὶ δεσπότην.
κτανὼν δ' ἐμαυτοῦ πατέρ' ὁ δυςδαίμων ἐγὼ
εἰς μητρὸς ἦλθον τῆς ταλαιπώρου λέχος,
παῖδάς τ' ἀδελφοὺς ἔτεκον, οὓς ἀπώλεσα
ἀρὰς παραλαβὼν Λαΐου καὶ παισὶ δούς.
οὐ γὰρ τοσοῦτον ἀσύνετος πέφυκ' ἐγώ,

v. 1604. *πεφυκέναι*] Sic libri prope omnes. *δυςδαίμονα* cdd. vett. et perpauci libri, e glossemate.

v. 1606. *θηρσὶν ἀθλίαν βοράν*] Recepi hanc plurimorum librorum scripturam, quod concinniorem orationem habet. Nam quod Valckenarius *ἄθλιον* retinuit, ut id ad personam pertineret, recte monuit G. Hermannus non minus *ἄθλιον* fuisse Oedipum, si feris datus est *ἄθλιος βορά*. Ipse enim formam *ἄθλιον* retinuit, quae plurimorum librorum auctoritati, qui *ἀθλίαν* habent, concedere debuit.

v. 1607. *οὗ σωζόμεσθα*] Quod G. Hermannus annotavit sibi mirum videri, quod libri omnes et Scholiasta *οὗ* tenerent, ubi exspectares *ᾧ*, commemoro *οὗ σωζόμεσθα* esse: qua in re servati sumus, quod dicitur *ἔν τινι σώζεσθαι*, salutem suam in aliqua re invenire, contra *ᾧ σωζόμεσθα* esse: qua re servati sumus. Aptissimum sane ad h. l. est *οὗ σωζόμεσθα*, quod non ea ipsa res saluti erat, sed tantummodo causam salutis in se continebat.

v. 1609 seq. *ἀλλὰ δουλεῦσαί γέ μοι δαίμων ἔδωκε Πόλυβον ἀμφὶ δεσπότην*] Sic ego scribenda haec verba putavi, in quo nihil aliud in Aldina scriptura mutavi praeter *γέ*. *Τὲ* enim, quod vulgo legitur, nullam sententiam hoc loco habet, aptissimum autem *γὲ* est, quo verbum *δουλεῦσαι* magis effertur, quasi id quod a persona sua alienissimum esse debuit, quemadmodum infra v. 1625. *ἐλίξας γε* dicitur. Nam quod v. 1611. scribunt ex uno libro *κτανών τ' ἐμαυτοῦ*, id propterea nihil iuvat, quod quae res sic inter se coniungi volunt, eae inter se externa quidem orationis forma, ut totus locus comparatus est, coniungi vix possunt. Quod autem multi libri omisso verbo *δαίμων* scribunt *Πόλυβον ἐξέδωκεν ἀμφὶ δεσπότην*, id recte G. Hermannus e falsa correctione natum esse statuit, quum casu quodam *δαίμων* excidisset. *Δαίμων* iam habuit et recte explicavit paraphrastes: *ἀλλὰ ἔδωκεν ἐμοὶ ὁ δαίμων δουλεῦσαί τε* [corrige *γε*] *ἀμφὶ δεσπότην τὸν Πόλυβον*. Nec male Scholiasta: *ἀλλὰ δουλ.· ἀλλὰ καὶ δουλεῦσαί μοι ἔδωκε πρὸς δεσπότην τὸν Πόλυβον*.

v. 1614. *ἀρὰς παραλαβὼν Λαΐ-*

ὥστ' εἰς ἔμ' ὄμματ' εἴς τ' ἐμῶν παίδων βίον
ἄνευ θεῶν του ταῦτ' ἐμηχανησάμην.
εἶεν· τί δράσω δῆθ' ὁ δυσδαίμων ἐγώ;
τίς ἡγεμὼν μοι ποδὸς ἁμαρτήσει τυφλοῦ;
ἥδ' ἡ θανοῦσα; ζῶσα γὰρ σάφ' οἶδ' ὅτι.
ἀλλ' εὔιππος ξυνωρίς; ἀλλ' οὐκ ἔστι μοι.
ἀλλ' ἔτι νεάζων αὐτὸς εὕροιμ' ἂν βίον;
πόθεν; τί μ' ἄρδην ὧδ' ἀποκτείνεις, Κρέον;
ἀποκτενεῖς γάρ, εἴ με γῆς ἔξω βαλεῖς.
οὐ μὴν ἑλίξας γ' ἀμφὶ σὸν χεῖρας γόνυ
κακὸς φανοῦμαι· τὸ γὰρ ἐμόν ποτ' εὐγενὲς
οὐκ ἂν προδοίην, οὐδέπερ πράσσων κακῶς.

v. 1611. κτανὼν δ'] Sic libri ac Scholiasta. κτανών τ' Flor. 22.

ου] Κατάρας παρὰ τοῦ Λαΐου λαβὼν ἀντὶ τοῦ κληρονομήσας καὶ πρὸς τοὺς παῖδας παραπέμψας. Ἀρὰς δὲ λέγει τὰς παρακολουθούσας τῷ γένει αὐτῶν ἀπὸ τοῦ Πέλοπος, οὐχ ἃς αὐτῷ ὁ Λάϊος κατηράσατο, ἐπεὶ οὐδὲ φέρεταί τι τοιοῦτον ἀπὸ τοῦ Λαΐου πρὸς τὸν Οἰδίποδα, ἀλλ' ὡς ὁ Πέλοψ Λαΐῳ κατηράσατο δυσθυμήσας ἐπὶ τῇ υἱοῦ αὐτοῦ Χρυσίππου ἁρπαγῇ, ἣν ἡρπάξατο ὁ Λάϊος. SCHOL.

v. 1620. ζῶσα γὰρ σάφ' οἶδ' ὅτι] Non satis recte, ut opinor, novissimi editores hanc plurimorum librorum ac Scholiastae auctoritatem levi librorum interpolatorum indicio posthabuerunt. Nam praeter vett. edd. libri Pariss. A. Mosqu. D. Guelph. Florr. praeter 2. omnes γάρ exhibent, liber autem Baroccianus unus et paraphrastes ex interpolatione aperta legunt γὰρ ἄν, quod in paucis libris, quia metro non convenire id videbant, librarii in γ' ἄν contraxerunt. Non opus est particula ἄν, quod verbum finitum, ad quod illa pertineret, positum non est, participium autem ζῶσα per se ista particula non indiget. Multo autem concinnior oratio est, si γάρ, quam si γὲ simplex ponas hoc loco.

v. 1623. πόθεν;] Recte hoc Scholiasta per οὐδαμῶς explicavit. Saepe enim formulae πόθεν; πόθεν γάρ; πόθεν δέ; nihil aliud in se continent, nisi vehementiorem quandam negationem, qua de re vide Hemsterhusium et Iacobitzium ad Luciani Timonem §. 8., tum Matth. §. 611, 1. p. 1236. ed. II. Rost. §. 123. V, 11. ann. 4, p. 675. ed. VI.

v. 1625. οὐ μὴν ἑλίξας γ'] Non satis recte libri non mali, Paris. A. Leid. A. Havn. Aug. b., omittunt γ', Flor. 10. autem post οὐ μήν habet. Porsonus eo quo plerique libri habent loco aptissimam esse γὲ particulam multis exemplis probavit ad h. l.; vide etiam quae supra aperui ad v. 1609. De sententia Valckenarius comparavit Statium Theb. XI, 688 seq.: An exspectas, ut pronus supplice dextra Sternar et immitis domini vestigia quaeram?

v. 1627. οὐδέπερ πράσσων κα-

KPEΩN.

σοί τ' εὖ λέλεκται γόνατα μὴ χρῄζειν ἐμά·
ἐγὼ δὲ ναίειν σ' οὐκ ἐάσαιμ' ἂν χθόνα.
νεκρῶν δὲ τῶνδε τὸν μὲν εἰς δόμους χρεὼν
ἤδη κομίζειν, τόνδε δ', ὃς πέρσων πόλιν,
πατρίδα σὺν ἄλλοις ἦλθε, Πολυνείκους νέκυν

v. 1631. ἤδη] δμώας Flor. 33. Voluit δμῶας, quod habet Harleianus. Sed hoc e glossemate natum est.

v. 1633. ἐκβάλετ' ἄθαπτον] ἐκβάλετ' Bodl. Cant. Harl. L. Guelph. Flor. 5. 9. 18. 21. 33. 34. Olim legebatur ἐκβάλλετ', unde

κῶς] Singuli libri hoc loco corruptelas habent, ut Florr. οὐδέπω, alii etiam correctiones, ut Flor. 2. Vict. καίπερ. Tu conferas Aristophanis Acharn. 221 seq.: διωκτέος δέ, μὴ γάρ ἐγχάνῃ ποτὲ Μηδέπερ γέροντας ὄντας ἐκφυγὼν Ἀχαρνέας. et quae ego dixi ad Devarium Vol. II. p. 723. et G. H. Schaeferus ad Demosthenem 100, 10. in App. Vol. I. p. 520.

v. 1628. σοί τ' εὖ λέλεκται κτέ.] Recte quidem novissimi critici tutati sunt omnium librorum scripturam σοί τ', quum Valckenario auctore Brunckius ac Porsonus recepissent σοί γ', sed non recte tamen isti fecerunt, quod quae versu seq. in omnibus libris ac scholiis habetur scriptura ἐγὼ δέ, ex uno libro Flor. 5. non bono in ἐγώ τε mutaverunt. Nam ex correctione ἐγώ τε natum esse quum per se facile intelligitur, tum monstrat Flor. 2., qui τέ, quod non aptum videretur, omisit. Non minus tamen σοί et ἐγώ inter se respondent, sed id, quod saepe alias factum est, ita, ut δέ per liberiorem enuntiationis conformationem referendum sit ad antecedens τέ, qua de re hodie nullo modo potest ulla esse dubitatio. Vide Rost. p. 725., me ad Devarium Vol. II. p. 741 seqq.

v. 1631 seq. ὃς πέρσων πόλιν πατρίδα σὺν ἄλλοις ἦλθε] In his verbis multum sunt offensi interpretes, partim quod, ut Porsonus, πόλιν πατρίδα dici potuisse negaverunt, quos contra recte docuit homo doctus in Diario classico fasc. IV. p. 895. iungenda haec ita esse: ὃς πατρίδα ἦλθε, πέρσων πόλιν, partim etiam, quod σὺν ἄλλοις inepte dici hoc loco putabant, quod Valckenarius non male quidem tutari studuit eo, quod attulit Herc. fur. v. 1163 seqq.: Ἥκω σὺν ἄλλοις, οἳ παρ' Ἀσωποῦ ῥοὰς μένουσ' ἔνοπλοι γῆς Ἀθηναίων κόροι, Σῷ παιδί, πρέσβυ, σύμμαχον φέρων δόρυ, quamquam adiecta relativa enuntiatio vim eius exempli aliquantum infringit. Illud miror, non intellexisse viros doctissimos e iuris ratione multo gravius videri, si quis coactis hominibus venerit, quam si solus, si quis hostes in patriam concitaverit, quam si solus vim intulerit. Tantum igitur abest, ut verba σὺν ἄλλοις, pro quibus plerique σὺν ὅπλοις scribi voluerunt, sollicitem hoc loco, ut mihi aptissime dicta esse videantur. Nam quod G. Hermannus nuper dixit, quia, ubi hoc ipsum imperasset Eteocles, v. 775., illud non esset adiectum, propterea hoc quoque loco id dici non potuisse, levissimum sane est. Nam invidiam Argivi exercitus, quem adduxerat Polynices, illi nocere e multis locis huius fabulae intelligitur, veluti e v. 513 seqq.

ἐκβάλετ' ἄθαπτον τῆσδ' ὅρων ἔξω χθονός.
κηρύξεται δὲ πᾶσι Καδμείοις τάδε,
ὃς ἂν νεκρὸν τόνδ' ἢ καταστέφων ἁλῷ
ἢ γῇ καλύπτων, θάνατον ἀνταλλάξεται·
ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς βοράν.

ἄταφον pro ἄθαπτον, quod habent libri omnes, quidam intulerunt.
v. 1634. κηρύξεται] Sic Schol. Guelph. Flor. 6. 9. 18. 21. 34. Olim legebatur κηρύξατε.

v. 1633. ἐκβάλετ' ἄθαπτον] Cf. Aeschyli Sept. adv. Theb. 1022: Τόνδε Πολυνείκους νεκρὸν Ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον, ἁρπαγὴν κυσίν.

v. 1637. ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς βοράν] Quod Sophocles in Antigona v. 29. in eadem causa dixisset: ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς, quod nullo nexu cum praecedentibus hic versus iunctus videretur quodque nihil contineret aliud, nisi quod ex edicto regis iam cognitum esset, Valckenarius hunc quoque versum suppositum esse clamavit, quem secuti sunt critici recentiores omnes. Contra quos rectissime ac prudentissime disputavit Firnhaberus in libro de Euripidis versibus in suspicionem vocatis p. 113 seqq. Nam quod nihil aliud in hoc versu contineri dixerunt, nisi quod iam ante dictum esset, id, si verum esset, caderet etiam in locum Sophoclis, ubi eodem modo et affirmative et negative eadem res dicitur verbis his: ἀστοῖσί φασιν ἐκκεκηρῦχθαι τὸ μὴ Τάφῳ καλύψαι, μηδὲ κωκῦσαί τινα, Ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρὸν κτέ. Sed est omnino hoc moris Graecorum, ut, si quam rem paulo magis efferre volunt, dicant id dupliciter et fortasse saepius quam alii populi. Quod autem negaverunt iustum verborum nexum intercedere inter hanc et praecedentem orationem, in eo vehementer isti erraverunt. Nam quum post vocem: κηρύξεται δὲ πᾶσι Καδμείοις τάδε, et verbum finitum poni posset et vero infinitivus, eo iure, quod usus Graeci sermonis ei concessit, usus poeta est, ut ad variandam orationem quoque magis attentos haberet auditores, si cogerentur singula, quae dicta essent, mente firmius retinere, diversas illas constructiones ab una voce suspenderet. Quod ille non sine exemplo fecit. Nam innumerabiles afferri loci possunt, ubi in similibus causis hoc idem factum est. Quod autem tantam esse horum verborum Euripidis et Sophoclis similitudinem dixerunt, ut iam propterea ferri hic versus hoc loco non posset, id accipere nullo modo possumus. Nam in aperto illud est, tragicos poetas veteres famas non solum voce hominum traditas, verum etiam literis mandatas in fabulis suis secutos esse. Quid igitur mirum, eos, qui communem fontem habuerunt, praesertim in iis locis, ubi vel singula verba famae antiquitus traditae referre debebant, quum re deberent, interdum etiam ipsis verbis consensisse? Atque id hoc loco etiam minus mirandum est, quod coniunctio verborum ἄκλαυστος et ἄταφος ac similium inde ab Homero in sermone Graeco frequenti usu sancita fuit. Et de Homero conferas Iliad. XXII, 386 seq.: Κεῖται πὰρ νήεσσι νέ-

σὺ δ', ἐκλιποῦσα τριπτύχους θρήνους νεκρῶν,
κόμιζε σαυτήν, Ἀντιγόνη, δόμων ἔσω,
καὶ παρθενεύου τὴν ἰοῦσαν ἡμέραν
μένουσ', ἐν ᾗ σε λέκτρον Αἵμονος μενεῖ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ πάτερ, ἐν οἵοις κείμεθ' ἀθλίοις κακοῖς.
ὥς σε στενάζω τῶν τεθνηκότων πλέον.

v. 1641. *μενεῖ*] Sic libri boni, MS. C. C. C. Mosqu. D. Guelph. Flor. 18. 34. Scholiasta. Vulgo: *μένει*.

κυς ἄκλαυτος, ἄθαπτος, *Πάτροκλος*. Odyss. XI, 72: *μή μ' ἄκλαυτον, ἄθαπτον, ἰὼν ὄπισθεν καταλείπειν*. et in eadem rapsodia v. 53 seq.: *σῶμα γὰρ ἐν Κίρκης μεγάρῳ κατελείπομεν ἡμεῖς ἄκλαυτον καὶ ἄθαπτον*, de ipso autem Euripide comparavit iam Firnhaberus Hecubae v. 30: *ἄκλαυστος, ἄταφος*. et Alcest. 173: *ἄκλαυστος, ἀστένακτος*. Quin etiam Latini, ut fassus est ipse Valckenarius, haec quasi solenni formula coniunxerunt, uti Virgilius Aen. XI, 372: Nos, animae viles, inhumata infletaque turba, Sternamur campis, et Ovidius Trist. III, 3, 15: Sine honore sepulcri, Indeploratus. In his igitur coniunctis verbis nihil offensionis esse poterit. Quod autem *ἐὰν δέ*, ut Sophocles, dixit Euripides, recte iam Firnhaberus observasse videtur, quod Sophocles in Antigona duobus locis et v. 29: *ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον κτλ.* et v. 205: *ἐᾶν δ' ἄθαπτον καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας κτλ.* hanc eandem formulam posuisset, in antiquo, quem tragici poetae habuerunt, fonte sic verba concepta fuisse. Nam quod *οἰωνοῖς* eodem modo dixit, quo Sophocles, poeta noster, id, quum esset ad sententiam necessarium, nullam iam offensionis ansam praebebit.

v. 1638. *ἐκλιποῦσα τριπτύχους θρήνους νεκρῶν*] Recte hanc scripturam plurimorum librorum, MS. C. C. C. Flor. A. Leid. A. Mosqu. D. Guelph. Flor. 18. 21. 34. Aug. b., in annotatione defendit A. Matthiae, quum ipse auctore Valckenario edidisset: *τριπτύχων θρήνους νεκρῶν*, ut est in Florr. sex. Comparavit huius fab. v. 1356: *λευκοπήχεις κτύπους χεροῖν*. Orest. 379: *τὸ πτανὸν δίωγμα κώλων*. Brunck. ad Trach. 508. Musgrav. ad Oed. reg. 1273. Lobeck. ad Ai. 9. Vid. quae supra ad v. 30. annotavimus ipsi p. 20 seq. Aldina autem scriptura *νεκρῶν γόους* inde enata videtur, quod, quum casu scriptum esset *νεκρῶν θρήνους*, metrum sarcire volebant. Nulla enim librorum auctoritate videtur niti.

v. 1640 seq. *τὴν ἰοῦσαν ἡμέραν μένουσ'*] *τὴν ἰοῦσαν* lib. Put. et Flor. 2. e vetere correctione, quae adiuvatur eo, quod in codd. Florr. simpliciter explicatur *τὴν ἐλευσομένην*. „Edidi," inquit Porsonus, „e lib. Put. *ἰοῦσαν*, nec puto *ἐπιοῦσαν ἡμέραν*, utpote sermoni propius, dicturos tragicos, librarios autem facillime scripturos. Sic pro *τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος* Aristoph. Thesm. 877. citat Scholiastes ad Hecub. 225: *τῆς ἐπιούσης ἡμέρας*. Sed, ubi verbum *ἐπιοῦσαν* adhibent tragici, *ἡμέραν* circumlocutione exprimunt, ut Med. 356: *εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ*. Rhes. 331: *πέποιθα· δεῖξαι τοῦ-*

οὐ γὰρ τὸ μέν σοι βαρὺ κακῶν, τὸ δ' οὐ βαρύ,
ἀλλ' εἰς ἅπαντα δυςτυχὴς ἔφυς, πάτερ.
ἀτὰρ σ' ἐρωτῶ τὸν νεωστὶ κοίρανον·
τί τόνδ' ὑβρίζεις πατέρ' ἀποστέλλων χθονός;
τί θεσμοποιεῖς ἐπὶ ταλαιπώρῳ νεκρῷ;

ΚΡΕΩΝ.

Ἐτεοκλέους βουλεύματ', οὐχ ἡμῶν, τάδε.

κιὸν σέλας θεοῦ. Noster apud Stobaeum CXXII. p. 499. Grot.: οἳ τὴν ἐπιστείχουσαν ἡμέραν ἰδεῖν Ποθοῦσ'. In Rheso 995. et verbum et nomen variatur: ἡμέραν ἐλευθέραν Ἀκτῖνα τὴν στείχουσαν ἡλίου φέρειν. Sic ἡλίου τέλλοντος pro ἀνατέλλοντος dixit Sophocles Electr. 699." Omnino quum in Graeca oratione, tum in Latina verba simplicia, quo magis eorum significatio in quoque loco exstaret, saepe per verba composita explicata sunt.

v. 1642. ἐν οἵοις κείμεθ' ἀθλίοις κακοῖς] Quod e Barnesii coniectura Valckenarius aliique scripserant ἄθλιοι pro ἀθλίοις, recte G. H. Schaeferus ad Orest. v. 352: κύκλῳ γὰρ εἱλιχθεῖσαν ἀθλίοις κακοῖς κτἑ., confutavit, praeter eum ipsum locum appellans Troad. v. 504. ed. Seidl.: τὸ λοίσθιον δὲ θριγκὸς ἀθλίων κακῶν.

v. 1647 seq. τί τόνδ' ὑβρίζεις πατέρ' ἀποστέλλων χθονός;] Hunc quoque versum, quem Valckenarius suppositum esse pronuntiaverat, iure defendit Firnhaberus l. l. p. 121 seqq. Nam quod Valckenarius dixit, negligi hunc versum plane in responso Creontis, hoc propterea mirum non est, quia vehemens haec altercatio, quae iam oritur regem inter atque Antigonam, quietam et temperatam disputationem non recipit, et quum Antigona posteriore loco hoc dixisset: τί θεσμοποιεῖς ἐπὶ ταλαιπώρῳ νεκρῷ; recte facit Creon, quod id potissimum arripit, in quo fratris iussum, non suum exsequatur, ut facilius defendendum. Quod autem Valckenarius dixit, exsilium Oedipi non ingratum Antigonae esse, quod v. 1682. diceret: ξυμφεύξομαι τῷδ' ἀθλιωτάτῳ πατρί, id falsissimum est. Neque enim ulla gratae rei significatio in illis verbis est, ac, si esset, non ad superiorem locum id faceret, ut recte intellexit Firnhaberus. Quod autem nuper G. Hermannus omnes difficultates removisse sibi eo visus est, quod e coniectura, quam Io. Siebelis fecisse dicit, scripsit: Εἰ τόνδ' ὑβρίζεις πατέρ' ἀποστέλλων χθονός, τί θεσμοποιεῖς κτἑ., non decet commotum Antigonae animum subtilis haec disputatio, praesertim quum parum pia esse videretur Antigona, si patris exsilium libente animo acciperet, illud autem, quod in libris omnibus est itemque in scholiis, repetitum τί ad hunc locum aptissimum est et ex Graecorum consuetudine forensi profectum. Sic enim loqueris, si adversarium interrogando atque exprobrando quasi obruere ac prosternere studes. Quamobrem recte etiam particulae copulativae omissae sunt et factum ἀσύνδετον orationis. Defendit versum rectissime etiam Heathius Not. in Phoenissas p. 39.

v. 1649. Ἐτεοκλέους βουλεύματ'] Cf. supra v. 776.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ἄφρονά γε, καὶ σὺ μωρός, ὃς ἐπείθου τάδε.
ΚΡΕΩΝ.
πῶς; τἀντεταλμέν' οὐ δίκαιον ἐκτελεῖν;
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
οὐκ, ἢν πονηρά γ' ᾖ κακῶς τ' εἰρημένα.
ΚΡΕΩΝ.
τί δ'; οὐ δικαίως ὅδε κυσὶν δοθήσεται;
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
οὐκ ἔννομον γὰρ τὴν δίκην πράσσεσθέ νιν.
ΚΡΕΩΝ.
εἴπερ γε πόλεως ἐχθρὸς ἦν, οὐκ ἐχθρὸς ὤν.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
οὐκοῦν ἔδωκε τῇ τύχῃ τὸν δαίμονα.
ΚΡΕΩΝ.
καὶ τῷ τάφῳ νῦν τὴν δίκην παρασχέτω.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
τί πλημμελήσας, τὸ μέρος εἰ μετῆλθε γῆς;
ΚΡΕΩΝ.
ἄταφος ὅδ' ἀνήρ, ὡς μάθῃς, γενήσεται.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ἐγώ σφε θάψω, κἂν ἀπεννέπῃ πόλις.

v. 1650. γε] τε Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Male. Tum ἐπίθου MS. C. C. C. Flor. 2. Vict. ἐπείθου ceteri libri ac Scholiasta.

v. 1652. πονηρά γ'] Sic libri plurimi. Olim legebatur πονηρά τ'.

v. 1651. τἀντεταλμέν' οὐ δίκαιον ἐκτελεῖν;] Permirum est, quod viri docti, quum plurimi libri, MS. C. C. C. Flor. A. Leid. B. Mosqu. D. Guelph, Flor. 5. 9. 10. 18. 21. 34. Vict. Aug. b. aliique, haberent ἐκτελεῖν, pauciores, Harl. M. Paris. A. Flor. 2. 33., ἐκπονεῖν, quia hoc apud Euripidem frequentissimum esset, ἐκπονεῖν recipere maluerunt, quam ἐκτελεῖν. Quod contra esse debuit. Nam ἐκτελεῖν, quod etiam Scholiastae agnoscunt, τελεῖν, πληροῦν explicantes, quoniam rarius invenerant librarii, cessit aperte glossemati ἐκπονεῖν. Nam quod Euripideum verbum negavit esse ἐκτελεῖν Porsonus, id maiorem non vim habet, quam si quis in Sophoclis Trachin. v. 1187. ed. Brunck., ubi dicitur: ἦ μὴν ἐμοὶ τὸ λεχθὲν ἔργον ἐκτελεῖν, quia Sophocles numquam alias ἐκτελεῖν verbum posuit, saepe ἐκπράσσειν aliaque, id verbum Sophocleum esse negaret. Immo quia in istis locis ἐκτελεῖν maxime idoneum ad sententiam erat, uterque poeta, quod alias numquam, verbum usurpavit.

v. 1654. οὐκ ἔννομον γὰρ τὴν

ΚΡΕΩΝ.

σαυτὴν ἄρ' ἐγγὺς τῷδε συνθάψεις νεκρῷ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' εὐκλεές τοι δύο φίλω κεῖσθαι πέλας.

ΚΡΕΩΝ.

λάζυσθε τήνδε, κεἰς δόμους κομίζετε.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὐ δῆτ', ἐπεὶ τοῦδ' οὐ μεθήσομαι νεκροῦ.

ΚΡΕΩΝ.

ἔκριν' ὁ δαίμων, παρθέν', οὐχ ἃ σοὶ δοκεῖ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

κἀκεῖνα κέκριται, μὴ 'φυβρίζεσθαι νεκρούς.

ΚΡΕΩΝ.

ὡς οὔτις ἀμφὶ τῷδ' ὑγρὰν θήσει κόνιν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ναὶ πρός σε τῆσδε μητρὸς Ἰοκάστης, Κρέον.

ΚΡΕΩΝ.

μάταια μοχθεῖς· οὐ γὰρ ἂν τύχοις τάδε.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

σὺ δ' ἀλλὰ νεκρῷ λουτρὰ περιβαλεῖν μ' ἔα.

ΚΡΕΩΝ.

ἓν τοῦτ' ἂν εἴη τῶν ἀπορρήτων πόλει.

v. 1659. ὅδ' ἀνήρ] Sic Porsonus. Libri ὅδ' ἀνήρ, nisi quod pauci e correctione ἀνὴρ ὅδ'.

v. 1661. ἄρ'] Sic plurimi libri. Olim legebatur ἄν. Tum συνθάψεις plerique libri, συνθάψῃς perpauci.

v. 1667. τῷδ'] δῶμ' Grotius, cod. K, Leid. β. ex interpolatione.

δίκην κτέ.] Οὐκ ἔννομον τιμωρίαν ἀπαιτεῖτε αὐτόν. SCHOL.

v. 1655. οὐκ ἐχθρὸς ὤν] i. e. ἐκ φίλου.

v. 1656. οὐκοῦν ἔδωκε τῇ τύχῃ τὸν δαίμονα] Sententia horum verborum haec est: Submisit igitur fortunae genium suum vel salutem suam, vel potius: Obtulit igitur animam suam fortunae, ut eo iam satis poenae dedisse videatur.

v. 1657. καὶ τῷ τάφῳ· ἤγουν ἐν τῷ τάφου μὴ τυχεῖν τιμωρηθήτω. SCHOL.

v. 1660. ἀπεννέπω] Fortasse ex hoc loco Hesychius: ἀπεννέπῃ· ἀπαγορεύσῃ.

v. 1661. σαυτὴν ἄρ' ἐγγὺς τῷδε συνθάψεις νεκρῷ] Similiter Sophocles in Aiace v. 1098 seq. ed. Brunck.: Καί σοι προφωνῶ τόνδε μὴ θάπτειν, ὅπως Μὴ τόνδε θάπτων αὐτὸς ἐς ταφὰς πέσῃς.

v. 1670. σὺ δ' ἀλλά] Falso Valckenarius οὐκ ἀλλὰ monuit. Vide quae diximus ad Devarium Vol. II. p. 381.

v. 1671. τῶν ἀπορρήτων πόλει] Eandem constructionem ha-

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' ἀμφὶ τραύματ' ἄγρια τελαμῶνας βαλεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

οὐκ ἔσθ', ὅπως σὺ τόνδε τιμήσεις νέκυν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ φίλτατ', ἀλλὰ στόμα γε σὸν προσπτύξομαι.

ΚΡΕΩΝ.

οὐκ εἰς γάμους σοὺς συμφορὰν κτήσει γόοις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἦ γὰρ γαμοῦμαι ζῶσα παιδὶ σῷ ποτε;

ΚΡΕΩΝ.

πολλή γ' ἀνάγκη· ποῖ γὰρ ἐκφεύξει λέχος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

νὺξ ἄρ' ἐκείνη Δαναΐδων μ' ἕξει μίαν.

ΚΡΕΩΝ.

εἶδες τὸ τόλμημ' οἷον ἐξωνείδισεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἴστω σίδηρος ὅρκιόν τέ μοι ξίφος.

v. 1673. νέκυν] νεκρόν Flor. 34. Aug. b.

bes in Sophoclis Antig. v. 44: ἀπόῤῥητον πόλει. V. Matth. §. 395.

v. 1677. πολλή γ' ἀνάγκη] Hanc plurimorum librorum scripturam iure dixit graviorem esse A. Matthiae, quam vulgatam olim πολλή σ' ἀνάγκη, quasi Latine dicas: Et quidem magna est necessitas. Vide imprimis G. Hermannum ad Soph. Trach. v. 294. p. 64 seq.

v. 1678. νὺξ ἄρ' ἐκείνη] Quod in libro Flor. 34. legitur γάρ, G. Hermannus in τἄρ' mutatum recepit. Equidem de librorum lectione non recedo et de ἄρα satis explicatum est ad Devarium Vol. II. p. 187 seqq. De re ipsa comparavit Valckenarius Senecae Herc. fur. 500: Deest una numero Danais: explebo nefas, et eiusdem Herc. in Oeta v. 948: Vacat una Danais: has ego explebo vices.

v. 1680. ὅρκιόν τέ μοι] Quod Valckenarius cod. Cant. scripturam ὅρκιον δέ μοι probarat, quam Schol. cod. Aug. explicaret: γινωσκέτω τὸ ξίφος, ὅρκος γάρ μοι τὸ ξίφος αὐτό, quae est etiam apud Eustathium p. 809, 15., quum idem p. 92, 11. vulgatam tueatur, recte G. Hermannus: „Eodem redit vulgata, cuius haec sententia est: Testor ferrum et per quem iuro ensem."

v. 1683. μωρία δ' ἔνεστί τις] Recte dixit G. Hermannus hic τὶς magis augere, quam minuere, idque voluisse videri Scholiastam indicare, qui haec scripsisset: "Ὅτι μὲν συμπονεῖς τῷ πατρὶ δυστυχοῦντι καὶ οὐκ ἀπολείπεις, γενναῖον ἔργον ποιεῖς·

ΚΡΕΩΝ.

τί δ' ἐκπροθυμεῖ τῶνδ' ἀπηλλάχθαι γάμων;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

συμφεύξομαι τῷδ' ἀθλιωτάτῳ πατρί.

ΚΡΕΩΝ.

γενναιότης σοι, μωρία δ' ἔνεστί τις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

καὶ ξυνθανοῦμαί γ', ὡς μάθῃς περαιτέρω.

ΚΡΕΩΝ.

ἴθ', οὐ φονεύσεις παῖδ' ἐμόν, λίπε χθόνα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ θύγατερ, αἰνῶ μέν σε τῆς προθυμίας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' εἰ γαμοίμην, σὺ δὲ μόνος φεύγοις, πάτερ—

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

μέν' εὐτυχοῦσα, τἄμ' ἐγὼ στέρξω κακά.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

καὶ τίς σε τυφλὸν ὄντα θεραπεύσει, πάτερ;

v. 1675. γόοις] Sic libri tantum non omnes. Olim legebatur γόον.

ὅτι δέ, ἐξόν σοι μετὰ τοὐμοῦ παιδὸς βασιλεύειν συναφθεῖσαν αὐτῷ, σὺ δ' ἐθέλεις, τοῦτο σαφὴς εὐήθεια.

v. 1685. λίπε χθόνα] Quod Valckenarius et Porsonus de coniectura, G. Hermannus e Flor. 10. recepit λεῖπε, minus aptum ad hunc locum est. Vide quae supra diximus ad v. 1534.

v. 1686. ὦ θύγατερ, αἰνῶ μέν σε κτέ.] Ὦ θύγατερ, ἐπαινῶ μέν σε ἕνεκα τῆς προθυμίας, οὐ θέλω δὲ σὲ τοῦτο ποιῆσαι· τοῦτο γὰρ συνυπακούεται. SCHOL. Sic αἰνεῖν, ἐπαινεῖν aliis locis continet nihil aliud, nisi deprecationem. Hinc fit, ut Antigona inferat: ἀλλ' εἰ γαμοίμην.

v. 1687. ἀλλ' εἰ γαμοίμην, σὺ δὲ μόνος φεύγοις, πάτερ.] Hanc plurimorum librorum scripturam illi falso intellexerunt, qui, minore post πάτερ interpunctione posita, apodosin incipere voluerunt a verbis: καὶ τίς σε τυφλὸν κτέ. Id enim quominus fiat, ipsa quae illis verbis praemissa est καί particula impedit. Apodosis a verbis: σὺ δὲ φεύγεις, incipit et ut saepe alias δέ in apodosi collocatum est, qua de re vide nos ad Devarium Vol. II. p. 370 seqq. Quod quum ita sit, facile apparet φεύγεις recte dici, quod e libris duobus Flor. 34. Ven. a. non optimis in φεύγοις mutatum est. Nam etsi futurum tempus exspectari potuit; aptum tamen etiam praesens videtur, quod ille jamjam in fuga est. Omninoque talia saepe praesenti tempore efferuntur, quum exspectes futurum, ut εἶμι, πορεύομαι, coll. hujus fab. v. 1716.

v. 1688. τἄμ' ἐγώ] Recte hinc abest copula, quam fuerant qui

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πεσὼν, ὅπου μοι μοῖρα, κείσομαι θανών.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὁ δ' Οἰδίπους ποῦ καὶ τὰ κλείν' αἰνίγματα;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὄλωλ'· ἓν ἦμάρ μ' ὤλβισ', ἓν δ' ἀπώλεσεν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὔκουν μετασχεῖν κἀμὲ δεῖ τῶν σῶν κακῶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

αἰσχρὰ φυγὴ θυγατρὶ σὺν τυφλῷ πατρί.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὐ σωφρονούσῃ γ', ἀλλὰ γενναία, πάτερ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

προσάγαγέ νύν με, μητρὸς ὡς ψαύσω σέθεν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἰδού, γεραιᾶς φιλτάτης ψαῦσον χερί.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ μῆτερ, ὦ ξυνάορ' ἀθλιωτάτη.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οἰκτρὰ πρόκειται, πάντ' ἔχουσ' ὁμοῦ κακά.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἐτεοκλέους δὲ πτῶμα Πολυνείκους τε ποῦ;

v. 1692. μ'] om. Leid. A. Paris. A. Aug. b. Habent pronomen reliqui libri ac Scholiastae.

v. 1693. κἀμὲ δεῖ] Sic Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34. Cant. Grot., Barn. δεῖ κἀμὲ Flor. A. 2. 10. 33. Vict. Aug. d. δὴ κἀμὲ Aldus.

v. 1695. γενναία] Edd. vett. falso γενναίᾳ.

adderent, τἀμὰ δ' ἐγὼ vel τἀμὰ δὲ στέρξω scribentes, sed illud optimi ac plurimi libri tuentur.

v. 1690. κείσομαι θανών] Recepi hanc librorum Flor. A. Paris. A. Mosqu. D. Laud. Flor. 5. 10. 34. scripturam, quam pro varia lectione habent Guelph. Flor. 6. 21., quod verisimilius est offendisse librarios in duplici participio, quam in nomine πέδῳ, si antiquitus scriptum fuisset: κείσομαι πέδῳ, quod habent Aldus et edd. vett., tum Guelph. Flor. 6. 21. et pro var. lect. Flor. 5. 9. 56. 59. 76.

v. 1691. ὁ δ' Οἰδίπους ποῦ καὶ τὰ κλείν' αἰνίγματα;] Hanc orationem ad excitandum Oedipi animum maxime idoneam fuisse iam Plutarch. Moral. Tom. II. p. 72. C. agnovit. Vide quem praeterea comparavit Herc. fur. v. 1414: ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς ποῦ κεῖνος ὤν; et Suppl. 127: Τὸ δ' Ἄργος ὑμῖν ποῦ 'στιν; ἢ κόμπει μάτην; tum Senecae Phoeniss. v. 77 seq.: Sed flecte mentem: pectus antiquum advoca,

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τῇδ' ἐκτάδην σοι κεῖσθον ἀλλήλοιν πέλας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρόσθες τυφλὴν χεῖρ' ἐπὶ πρόσωπα δυστυχῆ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἰδού, θανόντων σῶν τέκνων ἅπτου χερί.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ φίλα πεσήματ' ἄθλι' ἀθλίου πατρός.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ φίλτατον δῆτ' ὄνομα Πολυνείκους ἐμοί.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

νῦν χρησμός, ὦ παῖ, Λοξίου περαίνεται.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὁ ποῖος; ἀλλ' ἦ πρὸς κακοῖς ἐρεῖς κακά;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἐν ταῖς Ἀθήναις κατθανεῖν μ' ἀλώμενον.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ποῦ, τίς σε πύργος Ἀτθίδος προσδέξεται;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἱερὸς Κολωνός, δώμαθ' ἱππίου θεοῦ.
ἀλλ' εἶα, τυφλῷ τῷδ' ὑπηρέτει πατρί,
ἐπεὶ προθυμεῖ τῆσδε κοινοῦσθαι φυγῆς.

v. 1697. φιλτάτης] Sic edd. vett. et pauci libri. φιλτάτη libri plerique.

v. 1702. χεῖρ'] Sic libri omnes praeter Flor. 2. Havn. Ven. b. idque recte recepit G. Hermannus. Vulgo: χέρ'.

v. 1710. ἱππίου] Sic multi libri. Olim legebatur ἱππείου.

v. 1711. πατρί] Sic libri ac Schol. ποδί Flor. 2. Vict., quod sine idonea causa commendavit Porsonus.

victasque magno robore aerumnas doma.

v. 1692. ἓν ἦμάρ μ' ὤλβισ', ἓν δ' ἀπώλεσεν] Similitudines ex utroque sermone multas attulerunt interpretes, in his Sosiphanem apud Stobaeum p. 111. Grot.: *Βροτοί, τί σεμνύνεσθε ταῖς ἐξουσίαις, Ἃς ἕν τ' ἔδωκε φέγγος, ἓν δ' ἀφείλετο.* et Ovidii Fast. II, 235 seq.: Una dies Fabios ad bellum miserat omnes, Ad bellum missos perdidit una dies.

v. 1695. οὐ σωφρονούσῃ γ', ἀλλὰ γενναία, πάτερ] *Αἰσχρὰ ἡ φυγὴ οὐ σωφρονούσῃ θυγατρί, ἀλλ' ἐγὼ γενναία καὶ σώφρων.* SCHOL.

v. 1707. ὁ ποῖος;] Cf. Rost. §. 98, 3. A. a. p. 436. ed. VI. — De ἀλλ' ἦ particulis vide me ad Devarium Vol. II. p. 51 seq.

v. 1709. τίς σε πύργος] ἀντὶ τοῦ πόλις· τετράπολις γὰρ ἡ Ἀττική. SCHOL.

v. 1710. δώμαθ' ἱππίου θεοῦ] Multo rectius δῶμα θ' legas, quam

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἔθ' εἰς φυγὰν τάλαιναν· ὄρεγε χέρα φίλαν,
πάτερ γεραιέ, πομπίμαν
ἔχων ἔμ', ὥστε ναυσίπομπον αὔραν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἰδού, πορεύομαι, τέκνον,
σύ μοι ποδαγὸς ἀθλία γενοῦ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

γενόμεθα, γενόμεθ' ἄθλιοί
γε δῆτα Θη-
βαιᾶν μάλιστα παρθένων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πόθι γεραιὸν ἴχνος τίθημι;
βάκτρα πρόσφερ', ὦ τέκνον.

v. 1713 seqq. Hoc quoque carmen, quod varie constitutum est a viris doctis (cf. G. Hermanni Elem. doctr. metr. p. 761. et eiusd. Epit. doctr. metr. p. 295.), ita comparatum est, ut, si iustam metrorum inter se responsionem instituere velis, plura, quam hodie nobis licet, mutanda esse videantur. Quamobrem hic quoque contra librorum auctoritatem plura mutare non sum ausus.

v. 1713. χέρα] G. Hermannus. Libri: χεῖρα.

v. 1714. γεραιέ] Sic libri prope omnes. γηραιέ edd. vett.

v. 1717. σύ μοι] Sic MS. C. C. C. Leid. A. Paris. A. Mosqu. D. Guelph. Florr. octo, Vict. σύ μου edd. vett. et pauci libri. Tum pro ποδαγὸς, quod cum Aldo et Schol. recte tuentur Flor. 2. 10. 33. (Paris. A. ποδηγός), multi libri ποδαγωγὸς et aliquot corruptius etiam παιδαγωγός.

v. 1718. γενόμεθα, γενόμεθ'] Sic Aldus et rell., tum Flor. 2. 33. Havn. γενόμεσθα, γενόμεσθ' Kingius et multi libri.

v. 1720. παρθένων] Sic Harl. Flor. 10. 34. παρθένων δὴ plerique libri.

δῶμά θ'. Nihil enim causae erat, quamobrem copulam adiiceres: multum autem confert pluralis δώματα ad amplificandam poetae orationem.

v. 1716. πορεύομαι] Quod libri Laud. Flor. 34. et pro var. lect. Guelph. habent πορεύσομαι, id apparet e glossemate natum esse. Vide quae modo diximus ad v. 1687. Ceterum G. Hermannus nuper exaequans haec omnia de coniectura sua edidit: Ἰδού, πορεύομαι, τέκνον. Σὺ δή, σύ μοι Ποδαγὸς ἀθλία γενοῦ.

v. 1717. σύ μοι ποδαγὸς ἀθλία γενοῦ] Aptissima plurimorum librorum atque editionum vett. scriptura ἀθλία propterea est, quod sic Oedipus filiam deplorat, quod non meliorem sortem ipsa nanciscatur. Id illi, qui, prouti vel μοι vel μου legebant, ἀθλίῳ vel ἀθλίου, iam antiquo tempore substitui voluerunt, non satis recte considerasse videntur.

v. 1718. ἄθλιοί] Sic constantem Graecae linguae usum spectans scribendum coniecit Pors. pro vulgato ἄθλιαι, quod etiam Scholiastae habuisse videntur. Cf. Matth. §. 436, 4. Rost.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τᾶδε, τᾶδε βᾶθί μοι,
τᾶδε, τᾶδε πόδα τίθει,
ὥςτ' ὄνειρον ἰσχύν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἰὼ ἰώ, δυςτυχεστάτας φυγᾶς·
ἐλαύνων τὸν γέροντά μ' ἐκ πάτρας.
ἰὼ ἰώ, δεινά, δείν' ἐγὼ τλάς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τί τλάς; τί τλάς; οὐχ ὁρᾷ Δίκα κακούς,
οὐδ' ἀμείβεται βροτῶν ἀσυνεσίας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅδ' εἰμί, μοῦσαν ὃς ἐπὶ καλ-

v. 1724. *τίθει*] *πάτερ* addunt MS. C. C. C. Leid. A. Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 21. 34., quo recepto alterum *τᾶδε* tollendum erit.

v. 1727. *ἐλαύνων*] Sic libri prope omnes et Scholiasta. *ἐλαύνει* Flor. 2. 10. et Schol. alter. Unde Valckenarius *ἐλαύνειν* fecit.

v. 1728. *δείν'*] om. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. praeter 34. omnes, Aug. b. Tum *ὁ τλάς* MS. C. C. C. Mosqu. D. Flor. 6. 9. 33. G. Hermannus plura excidisse ratus haec in hunc modum scripsit:

Ἰώ, ἰώ μοι δυςτυχεστάτας φυγᾶς,
* * *ἐλαύνων τὸν γέροντά μ' ἐκ πάτρας*
* * * * * * * * * *ἰώ, ἰώ,*
δεινά, δείν' ἐγὼ τλάς,

duos intermedios versus sic complens: *οἷαν ἐλαύνων τὸν γέροντά μ' ἐκ πάτρας Κρέων ὑβρίζει δυςθέως. ἰώ, ἰὼ κτὲ.*

v. 1729. *τί τλάς; τί τλάς;*] G. Hermannus scripsit: *ἔτλας, ἔτλας.*

§. 100. ann. 12. p. 480. ed. VI. Non officere huic masculino quod sequitur *Θηβαιᾶν μάλιστα παρθένων* idem Porson. et Schaeferus allatis ex utroque sermone exemplis evicerunt; cf. Matth. §. 459, I. p. 856. ed. II.

v. 1725. *ὥςτ' ὄνειρον ἰσχύν*] „Libri: *ὥςτ' ὄνειρον ἰσχὺν ἔχων*. Delevi *ἔχων*, ut manifestam interpretationem. Ipse pes vocatur *ἰσχὺς ὥςτ' ὄνειρος*. Sic v. 1751. vulgo additum *ἔχουσα* omittunt codices." G. HERM.

v. 1726 seqq. Quam ego e libris repraesentavi scripturam, eam habuit et explicavit Scholiasta: *Ἰώ, ἰώ*, inquit, *τῆς δυςτυχεστάτης φυγῆς καὶ ἐξορίας, ὦ Κρέον δηλονότι, ὁ ἐλαύνων καὶ διώκων τὸν γέροντα, ἐμὲ δηλονότι, ἐκ τῆς πατρίδος. ἰὼ ἐγὼ ὁ τλὰς καὶ ὑπομείνας δεινὰ καὶ χαλεπά.*

v. 1729. *τί τλάς· τί λέγεις τοῦτο τὸ τλάς; οὐ γάρ ἐστι Δίκη ἡ ἐφορῶσα τἀνθρώπινα καὶ τοὺς κακίστους τιμωρουμένη· εἰ γὰρ ἦν, οὐκ ἂν ἀτίμως αὐτὸς ἐλαύνου τῆς πατρίδος.* SCHOL.

v. 1731 seqq. *ὅδ' εἰμὶ κτὲ.*] *Ἐγώ εἰμι, ὃς ἦλθον ἐπὶ μοῦσαν καὶ*

λίνικον οὐράνιον ἔβαν,
παρθένου κόρας αἴ-
νιγμ' ἀσύνετον εὑρών.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Σφιγγὸς ἀναφέρεις ὄνειδος;
ἄπαγε τὰ πάρος εὐτυχήματ' αὐδῶν·
τάδε σ' ἐπέμενε μέλεα πάθεα
φυγάδα πατρίδος ἄπο γενόμενον,
ὦ πάτερ, θανεῖν που,
ποθεινὰ δάκρυα παρὰ φίλαισι παρθένοις
λιποῦσ' ἄπειμι πατρίδος ἀποπρὸ γαίας,
ἀπαρθένευτ' ἀλωμένα.
φεῦ, τὸ χρήσιμον φρενῶν
εἰς πατρός γε συμφορὰς
εὐκλεᾶ με θήσει·
τάλαιν' ἐγὼ συγγόνου θ' ὑβρισμάτων,
ὃς ἐκ δόμων νέκυς ἄθαπτος οἴχεται,
μέλεος, ὅν, εἴ με καὶ θανεῖν, πάτερ, χρεών,
σκότια γᾷ καλύψω.

v. 1732. καλλίνικον οὐράνιον] Sic libri tantum non omnes. καλλίνικόν τ' οὐράνιόν τ' Aldus et rell.

v. 1742. ἀπαρθένευτ' ἀλωμένα] Hunc versum nuper G. Hermannus post v. 1740. posuit propter strophicam rationem, quam ipse instituit.

v. 1743. Hunc versum, quem vulgo Oedipo assignant, auctore G. Hermanno e testimonio cod. Mosqu. D. atque indicio veterum grammaticorum apud Scholiastas Antigonae continuavi.

v. 1745. με θήσει] Sic libri plurimi. Olim legebatur μ' ἐθήσοι.

v. 1749. σκότια] Sic G. Hermannus. σκοτίᾳ libri.

v. 1731. ἔβαν] Quod addunt edd. vett. ἔχουσ' librorum auctoritate caret.

σοφίαν μεγάλην, καλλίνικον καὶ νικηφόρον, εὑρὼν τὸ αἴνιγμα τῆς παρθένου κόρης, ἤγουν τῆς Σφιγγός, τὸ ἀσύνετον καὶ δυσνόητον. SCHOL.

v. 1735. Σφιγγὸς ἀναφέρεις ὄνειδος;] Τὸ ὄνειδος ἀντὶ τοῦ κλέος, τῆς Σφιγγός, οὐχ ὃ εἶχεν ἡ Σφίγξ, ἀλλ' ὃ ἔλαβεν αὐτὸς διὰ τὴν Σφίγγα. SCHOL. Vide quae supra ad v. 825. dicta sunt.

v. 1736. ἄπαγε] Videtur huc pertinere Hesychii: Ἄπαγε· παῦσαι. Ad sententiam enim ἄπαγε cum participio constructum est, quasi παῦσαι scriptum esset.

v. 1742. ἀπαρθένευτ'] Praeter morem virginis. De accusativo neutri pro adverbio posito supra explicavimus ad v. 313 seq. p. 66.

v. 1746 seq. τάλαιν' ἐγὼ συγγόνου θ' ὑβρισμάτων, ὃς κτλ.] In his ego librorum plurimorum scripturam servavi. E Musgravii coniectura edidit G. Hermannus: τάλαιν' ἐγὼ σοῦ συγγόνου θ' ὑβρισμάτων, quod Scholiasta explicaret: Ἀθλία εἰμὶ ἕνεκα τῶν

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

πρὸς ἥλικας φάνηθι σάς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἅλις ὀδυρμάτων ἐμῶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

σὺ δ' ἀμφὶ βωμίους λιτάς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

κόρον ἔχουσ' ἐμῶν κακῶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἴθ' ἀλλὰ Βρόμιος ἵνα τε ση-
κὸς ἄβατος ὄρεσι μαινάδων.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Καδμείαν ᾧ
νεβρίδα στολιδωσαμένα ποτ' ἐγὼ
Σεμέλας ἱερὸν
θίασον ὄρεσιν ἀνεχόρευσα,
χάριν ἀχάριτον εἰς θεοὺς διδοῦσα;

ritate et Eustathii, qui p. 554, 38. laudat: ἅλις ὀδυρμῶν ἐμῶν, omissum est. Vide ad v. 1785. Mox ἐμοὶ pro ἐμῶν MS. C. C. C. Leid. A. (sed is γρ. ἐμῶν), Mosqu. D. Guelph. Flor. 5. 6. 9. 18. 21., quod recepit G. Hermannus.

v. 1753. κόρον] Libri ac Scholiastae. κόρους edd. vett.

v. 1758 seq. Σεμέλας ἱερὸν θίασον] Sic G. Hermannus, indicio etiam Scholiastae. Libri: Σεμέλας θίασον ἱερόν. θίασον Σεμέλας ἱερὸν Porsonus, quem plerique secuti erant.

v. 1760. ἀχάριτον] Sic G. Hermannus et P. Elmsleius ad Iphig. Taur. 566. ἀχάριστον libri.

σῶν κακῶν καὶ τῶν τοῦ ἀδελφοῦ Πολυνείκους ὕβρεων. Potuit id etiam esse: τάλαιν' ἐγὼ σῶν συγγόνου θ' ὕβρ., ut iam A. Matthiae vidit. Tum edidit G. Hermannus e libris interpolatis, K. Leid. B. Flor. 2. Vict.: ἄθαπτος οἴχεται νέκυς.

v. 1747. ὃς ἐκ δόμων] Comparavit Valckenarius Alc. 767: ἡ δ' ἐκ δόμων βέβηκε. et Bacch. 1312: νῦν δ' ἐκ δόμων ἄτιμος ἐκβεβλήσομαι.

v. 1751. ἅλις ὀδυρμάτων ἐμῶν] „Praecepit Aristoteles Eth. Nicom. X, 11: εἰς τὰς ἀτυχίας καλεῖν τοὺς φίλους ὀκνοῦντα. μεταδιδόναι γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖ τῶν κακῶν, ὅθεν τὸ "Ἅλις ἐγὼ δυστυχῶ." VALCK.

v. 1752. σὺ δ' ἀμφὶ βωμίους λιτάς] Verbum e v. 1750. repetas.

v. 1754. ἵνα τε] Cave ἵνα γε e MS. C. C. C. Leid. A. Flor. 5. 6. 9. 21. recipias. ἵνα τε boni libri tuentur et ex parte Schol. Vid. supra v. 648. cum annotatione nostra.

v. 1760. χάριν ἀχάριτον] Sic saepe Aeschylus χάριν ἄχαριν,

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ πάτρας κλεινοὶ πολῖται, λεύσσετ', Οἰδίπους ὅδε,
[ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ἔγνω καὶ μέγιστος ἦν ἀνήρ]
ὃς μόνος Σφιγγὸς κατέσχον τῆς μιαιφόνου κράτη,
νῦν ἄτιμος αὐτὸς οἰκτρὸς ἐξελαύνομαι χθονός.
ἀλλὰ γὰρ τί ταῦτα θρηνῶ καὶ μάτην ὀδύρομαι;
τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν.

v. 1765. *ἀλλὰ γὰρ τί*] Sic MS. C. C. C. Leidd. A. B. Mosqu. D. Guelph. Florr. septem. *ἀτὰρ τί* Aldus et edd. vett., tum Flor. 33. 34.

tum Euripides Iph. Taur. 566: *κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο*.

v. 1761. *ὦ πάτρας κλεινοὶ πολῖται*] Retinui hanc bonorum ac plurimorum librorum scripturam propterea, quod recte mihi Oedipus hac oratione cives suos decora ista appellatione honestare videtur, eodem fere modo, quo in simili causa Antigona apud Soph. in Antig. v. 833 seq.: *ὦ πόλεως εὐκτήμονες ἄνδρες*, dicit. Quamquam bene scio alteram scripturam, quam habuit etiam paraphrastes: *ὦ πάτρας κλεινῆς πολῖται*, bene stare posse.

v. 1762. *ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ἔγνω καὶ μέγιστος ἦν ἀνήρ*] Quoniam in antiqua de Oedipo narratione in ore populi procul dubio celeberrima similia his carmina lamentationum ac formulae luctus fuisse videntur, et Sophocles recte in Oedipo rege v. 1524 seqq. ed. Brunck. in extrema fabula sua his usus est dicens: *Ὦ πάτρας Θήβης ἔνοικοι, λεύσσετ', Οἰδίπους ὅδε, Ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ᾔδη καὶ κράτιστος ἦν ἀνὴρ κτλ.* et Euripides hoc loco recte eisdem formulis ad excitandam audientium misericordiam maxime idoneis usus est, mutatis ab utroque e sua ratione singulis verbis et vocibus. Hinc apparet, credo, non recte fecisse istos, qui nuper adventicium esse v. 1762. huius fabulae pronuntiaverunt, quem quum libri omnes, tum Scholiastae tuentur. Etenim eo versu, ut totus comparatus hic locus est, ad sententiam complendam vix possumus carere, et si a librariis e Sophoclis fabula petitus esset, mirum esset, si non totidem verbis, quibus ibi scriptus est, esset receptus. Conferas etiam Firnhaberum l. l. p. 127 seqq. et Const. Matthiae Quaest. Soph. II, 7. — Praeterea commemoro me, ut par erat, post v. 1762. maiorem interpunctionem fecisse. Nam eo versu iam completa erat atque absoluta prior enuntiatio. Verba autem, quae iam sequuntur: *ὃς μόνος Σφιγγὸς κατέσχον κτλ.*, aptius cum sequentibus: *νῦν ἄτιμος αὐτὸς κτλ.*, cohaerent. Hinc evanescet etiam illa dubitatio, quam plures interpretes de mutatione personae in verbo habuerunt.

v. 1764. *νῦν ἄτιμος αὐτὸς οἰκτρὸς ἐξελαύνομαι κτλ.*] Sic libri fere omnes, tum Scholiasta quum ad h. l., tum ad v. 1726. ed. Matth. scripta haec habuerunt, quorum auctoritatem, quod singula separatim pronuntiabant atque sic interpositum *αὐτός* non intelligebant, quum antiquo tempore, tum recentiore interpretes mutari voluerunt. Omnia bene sic procedunt. Pronomen *αὐτός* facit oppositionem ad priora: *ὃς μόνος Σφιγγὸς κατέσχον κτλ.*, verbum autem *οἰκτρὸς* non per se constat,

ΧΟΡΟΣ.

ὦ μέγα σεμνὰ Νίκα, τὸν ἐμὸν
βίοτον κατέχοις
καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα.

sed applicat sese ad verbum ἐξελαύνομαι χθονός, ut alias μέλεος, ἄθλιος, τάλας verbis adiunguntur. Habemus igitur hanc sententiam: Qui solus Sphingis cruentae vim atque auctoritatem infregi, nunc inhonestus ipse e patria miser exturbor. Vid. Matth. §. 467, l. p. 867. ed. II. Nam quod nuper e levi quorundam librorum indicio edidit G. Hermannus: νῦν ἄτιμος οἰκτρὸς οἰκτρῶς ἐξελαύνομαι χθονός, id neutiquam possum probare, ac si quid mutandum esset, libentius rescriberem, ut v. 630. legitur: νῦν ἄτιμος, οἰκτρὰ πάσχων, ἐξελαύνομαι χθονός. Sed nihil tamen mutandum.

v. 1767 seqq. ὦ μέγα σεμνὰ κτλ.] Lucianus in Piscatore §. 39: προσεκύνησα τήν γε πρώτην, μᾶλλον δὲ τραγικώτερον αὐτὸ ποιήσειν μοι δοκῶ, σεμνότερον γάρ — ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη, τὸν ἐμὸν βίοτον κατέχοις καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα. Hic versus ita collocati sunt, ut una poetae mentem explicent, propterea autem eisdem verbis etiam in Oreste et Iphigenia Taurica positi, quod auditores exeuntes eos non magni aestimabant. Vide annotationem ad Medeae v. 1415 seq. p. 130. ed. II.